

THEODOSIANI

LIBRI XVI

CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

TH. MOMMSEN ET **PAVLVS M. MEYER**

VOLVMEN II

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
[illegible]CCV

LEGES NOVELLAE

AD THEODOSIANVM

PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

CONSPECTVS OPERIS

Occidentales syllogae extant tres, quarum prima sub Maioriano imperatore (a. 457—461) condita, altera a. 506 legi Romanae Visigothorum (scilicet Breviario Alariciano) inserta, tertia ex duabus anterioribus et legibus extravagantibus saec. sexto in Gallia composita est.[1])

Tituli | Constitutiones a. 447 a Theodosio II. in Occidentem transmissas comprehensas esse sub titulo '*leges domini Theodosii quae latae sunt post Theodosianum*' novellae Valent. 26 rubrica in syllogae primae codice unico *Γ* proposita ostendit, quae sic habet: *de confirmatione legum divi* [sic scriptum a Maioriano] *Theod(osii) Aug(usti) quae latae sunt post Theodosianum.* Confirmat hoc novellae Theod. 1 rubrica, cuius verbis primitivis *de Theodosiani codicis auctoritate* in eiusdem libri *Γ* laterculo adiunguntur in Occidente addita *et de legibus que late sunt post theudosiano divi theudosi agusti* (sic). Sed singulis constitutionum libris, quos hic primae syllogae codex exhibet, praescribitur '*tituli legum novellarum*'. Opponuntur igitur Theodosiano, scilicet 'veteribus legibus' (sic habetur in Breviarii codicum *ΦΣΞ* Vaticani reg. 1050 praescriptis vel subscriptis, similiter in *O*), leges novellae (cf. nov. Valent. 35, 67) ad Theodosianum pertinentes. — Neque minus qui syllogen alteram condiderunt prudentes Alariciani *legum novellarum* vel *novellarum legum* aut *novellae legis* intitulatione utebantur; argumento est novellae Theod. 2, quam Visigothi soli nobis servarunt, rubrica *de confirmatione legum novellarum divi Theodosii A.*, cuius legis interpretatio haec est: *haec lex novellarum legum constitutiones praecipit confirmari.* Legitur porro nov. Valent. 35, 162 '*sublata novella lege*', Theod. 5, 18, 1, 13 '*in novellis legibus invenitur*'. Singulis vero constitutionum libris praescripta et subscripta parum accurate a codicum librariis tractata ad archetypi lectiones reddendas adhiberi vix possunt. — Tertiae denique syllogae codicum *Σ* et *Ξ* rubrica infra (p. XVIII) tractanda in extremis habet '*fiunt insimul veterum ac novellarum libri legum XXXI*'. — Ubi nostrae leges apud posteriores allegantur, semper fere sub eodem nomine citantur: sic in Edicto Theoderici c. 12 legitur '*privilegia antiquis vel novellis legibus concessa*', item c. 68 '*servato novellae legis tenore*', c. 155 '*ex novellis legibus et veteris iuris sanctimonia*'. In lege R. Burgundionum septies (c. 25 — 26, 1 — 31, 5 — 36, 4 — 36, 9 — 37, 6 — 39, 3) habetur *secundum legem novellam*; in collectione denique ecclesiastica codicis Parisini 12445 (nobis D) excerptis ex constitutionibus nostris sumptis praescriptum est '*item in libro primo legum novellarum*' (f. 210v) et '*in libro legum novellarum divi Valentiniani cap. VIII*' (f. 199; idem in Phillipps. 1741 f. 7). *Constitutionem novellam* inveni in lege R. Burg. c. 46; similiter Iustinianus in constitutionibus codici suo praemissis *novellas constitutiones* (vide etiam Theod. 1, 1, 6, 19 et Mos. et Rom. Leg. Collat. 14, 3, 6, 1) opponit *veteribus codicibus* (const. Haec quae necessario § 2; Summa rei publicae § 3) eodemque nomine significari vult leges post Codicem in posterum ferendas (const. Cordi nobis § 4). Rarius *Novellarum* tantum vocabulo constitutiones nostrae nuncupantur, ut in scholiis Vaticani reg. 886 ad Theod. 11, 30, 42 adscriptis *(novella Valentiniani)* et apud Reginonem Prumensem (de synodalibus causis II c. 173), ubi citatur '*ex lege Romana novellarum divi Maioriani*'; in legis R. Burg. capite 2, 2 scriptum denique est '*secundum legem ex corpore novellarum Theodosii et Valentiniani*'. Sed ex locis allatis satis perspicitur ab iis, qui inde a Maioriano syllogas composuerunt, constitutiones nostras sub *legum novellarum* legitimo titulo appellatas esse.

Ut Theodosianum, ita leges novellas ad Theodosianum pertinentes servavit Gallia, unde omnes fere libri originem trahunt; ubi et Maioriani memoria resque ab eo gestae diutius quam in reliquis imperii partibus viguerunt et legis Romanae Visigothorum usus forensis etiam sub Francis duravit (cf. Mommsen, *Theod. I* p. XXXVI sq. LXXXII; de Wretschko, *ibidem* p. CCCXIII sqq.).

Transeamus nunc ad syllogas nostras contemplandas.

---

[1]) Leges extra has syllogas earumque codices traditas, quae inde a Theodosio II. et Valentiniano III. usque ad Leonem et Anthemium latae sunt, etiam in laterculo in capite octavo proposito neglexi praeter servatas in codice Iustiniano. Nam Extravagantes has in canonicarum potissimum collectionum penetralibus conditas recensere neque huius editionis est neque fieri poterit sine amplioribus bibliothecarum perscrutationibus. Earum constitutionum delectum reperies in Haenelii libro qui inscribitur *Corpus Legum* et apud Maassen, *Geschichte der Quellen und der Litteratur des canonischen Rechts I (1870), 321 sqq.*

I. Sylloge primaria.

Syllogae primariae unicum exemplar fere plenum innotuit

(1.) *codex Vaticanus 7277* = Γ (f. 23—125) saec. X ineunte in Gallia scriptus. Novellarum textus descriptus ex archetypo mutilo deficit post prima verba Maioriani 7. Sed archetypum, quamquam in fine mutilum, tamen post Maiorianas aliorum imperatorum constitutiones nullas habuisse inde colligitur, quod ex eo sumpta alterius syllogae, scilicet epitomae Alaricianae, forma primitiva et ipsa Occidentalis imperii constitutiones nullas habuit Maioriano posteriores. Maioriano imperante compositam esse hanc syllogen vel inde apparet, quod, cum novellae Valent. 26 praescribatur 'de confirmatione legum *divi* Theodosii Augusti quae latae sunt post Theodosianum', Maioriani novellae primae rubrica sic legitur: (in laterculo) 'de ortu imperii *sui*', (in contextu) 'de ortu imperii *dni* Maioriani A.'. — Corpori huic Maioriani constitutiones insunt imperatorum trium, Theodosii II., Valentiniani III., Maioriani ipsius; singulorum imperatorum legibus indices praemittuntur. Totum corpus ad Occidentem solum pertinet. Marciani igitur imperatoris novellae in eo non fuerunt. Quae, si ibi fuissent, legerentur inter Valentinianas et Maiorianas, ubi adsunt in alterius syllogae (scil. Breviarii) libris.

Alterius exemplaris syllogen nostram complectentis reliquias repraesentant

(2.) *schedae Cuiacianae* lacerae duae, quae ad idem atque liber Γ archetypum redeunt:

a) altera incidit in hiatus codicis, ex quo Γ descriptus est, inter nov. Valent. 1, 2 et 2, 4 eosque ex parte explet,

b) altera post titulum Valent. 14 'de fructibus' habet novellam Valent. 15 'de siliquarum exactionibus' in Γ eiusque archetypo omissam.

Praeterea huius syllogae excerpta praebent

(3.) *corporis scriptorum gromaticorum* (nobis *Grom.*) libri ordinis secundi Vaticanus Palatinus 1564 saec. X et ex eo descriptus Guelferbytanus Gudianus 105 eiusdem fere aetatis, qui novellae Theod. 20 maximam partem, nov. Theod. 4 et 24 fragmenta receperunt,

(4.) *cardinalis Deusdedit collectio canonum* (nobis *Deusd.*) a. 1087 divulgata, quae novellam Valent. 17 fere plenam exhibet. Huius collectionis codex integer extat Vaticanus 3833 saec. XII ineunte in Gallia scriptus,

(5.) epitomae Monachi codex *Phillippsianus 1735* saec. VIII/IX scriptus f. 157/158 Aniani subscriptioni subiungit novellarum Valent. 16 et 24 inscriptionem subscriptionem et textum in brevem summam contractum atque interpolatum.

Usi denique sunt hoc corpore Maioriani et Euricus Visigothorum rex (a. 466—485), qui *codicem Euricianum* Gothis destinatum confecit, et Gundobadus Burgundionum rex (a. 473—516), quem *legem Romanam Burgundionum* condidisse verisimile est, et Theodericus Italiae rex (a. 493—526) in *Edicto* suo.

In pleno hoc corpore a Maioriano condito continebantur haec:

A. Theodosii II. leges novellae a. 448 confirmatae.

Indici praescribitur in Γ (f. 23v): *Tituli legum novellarum divi theudosiani augusto* (sic). Sed huius indicis non superest nisi rubrica prima, reliquae perierunt cum folio, quod excidit post f. 23. Ipsae rubricae sunt hae secundum contextus ordinem, quem Haenelius in editione sua restituit:

1. 438 Febr. 15 *de Theudosiani codecis auctoretate et de legibus que late sunt post Theudosiano divi Theudosi agusti* (sic). Rubrica haec superest ex indice; ipsius legis principium periit cum folio illo deperdito; praeterea etiam pars extrema inde a verbis 31/32 *ab invictissimo* desideratur propter hiatum archetypi. Haec est lex de Theodosiano publicando.

2. 447 Oct. 1 *de confirmatione legum novellarum divi Theodosii A.*: constitutio directa ad Valentinianum collegam de legibus novellis publicandis excidit in archetypo libri Γ; hiatum explet epitome Alariciana, cuius rubricam recepi.

3. 438 Ian. 31 (data igitur est ante Theodosianum emissum) *de Iudaeis* cet. Propter hiatum archetypi non superest in codice Γ nisi pars extrema (inde a 86/87 *quae insatiabili*); eum quoque hiatum explet epitome Alariciana.

4.	[numerum om. Γ^1, ii Γ^2][1]		438 Febr. 25	*ne duciani vel limitanei* cet.
5.	[num. om. Γ^1, iii Γ^2]			*de patrimonialibus* cet.
		1.	438 Mai. 9	
		2.	439 Iun. 8	
		3.	441 Iun. 26	
6.	[iiii Γ]		438 Nov. 4	*de bonis fabricensium.*
7.	[num. om. Γ^1, ui Γ^2]			*de amota militantibus fori praescriptione.*
		1.	439 Ian. 20	
		2.	440 Sept. 21	
		3.	440 Dec. 29	
		4.	441 Mart. 6	
8.	[uii Γ]		439 Apr. 7	*de navibus* cet.
9.	[uiii Γ]		439 Apr. 7	*ne curialis praedium* cet.
10.	[uiiii Γ]			*de postulando* cet.
		1.	439 Apr. 19	
		2.	439 Apr. 19	
11.	[num. om. Γ^1, x Γ^2]		439 Iul. 10	*de tutoribus.*
12.	[xi Γ]		439 Iul. 10	*de repudiis.*
13.	[xii Γ]		439 Aug. 11	*contra sententias* cet.
14.	[xiii Γ]		439 Sept. 7	*de paternis sive maternis bonis.*
15.	[xiiii Γ]			*ne curialis* cet.
		1.	439 Sept. 12	
		2.	444 Iul. 20	
16.	[xu Γ]		439 Sept. 12	*de testamentis.*
17.	[xui Γ]			*de competitionibus.*
		1.	439 Oct. 20	
		2.	444 Apr. 22	
18.	[xuii Γ]		439 Dec. 6	*de lenonibus.*
19.	[xuiii Γ]		440 Mai. 20	*de rescindendis venditionibus* cet.
20.	[xuiiii Γ]		440 Sept. 21	*de adluvionibus et paludibus.*
21.	[xx Γ]		441 Apr. 17	*de scholaribus* cet.
22.	[xxi Γ]			*de bonis decurionum* cet.
		1.	442 Dec. 16	
		2.	443 Mart. 9	
23.	[xxii Γ]		443 Mai. 22	*de locis rei publicae* cet.
24.	[xxiii Γ]		443 Sept. 12	*de ambitu* cet.
25.	[xxiiii Γ]		444 Ian. 16	*de metatis.*
26.	[xxu Γ]		444 Nov. 29	*de relevatis* cet.

B. Valentiniani III. leges novellae.

Incipiunt in codice Γ (f. 68ᵛ) a verbis: *Titulo* (sic) *legum novellarum divi valentiniani augusti*, sequitur index eorundem titulorum, quos contextus exhibet; rubricae sunt hae:

1.			*de indulgentiis reliquorum.*
	1.	438 Iul. 8	
	2.	(440/441?):	deficit Γ pars extr.
	3.	450 Mart. 5:	deficit Γ, servavit epitome Alariciana.

[1] Γ^1 significat eius, qui codicis Γ contextum scripsit, librarii manum, Γ^2 posteriorem correctoris cuiusdam; vide caput alterum.

2.				*de postulando.*
		1.	*deficit.*	
		2.	442 Aug. 13:	deficit Γ, servavit sylloge tertia.
		3.	443 Aug. 17:	deficit Γ, servavit scheda Cuiaciana prima.
		4.	454 Oct. 28:	deficit Γ pars prima, quam Cuiaciana prima servavit.
3.			439 Aug. 28	*de successionibus curialium* cet.
4.			440 Ian. 24	*in damnum publicum* cet.
5.			440 Mart. 3	*de pantapolis* cet.
6.				*de tironibus* cet.
		1.	440 Mart. 20	
		2.	443 Mai. 25	
		3.	444 Iul. 14:	deficit Γ, servavit sylloge tertia.
7.				*de palatinis.*
		1.	440 Iun. 4	
		2.	442 Sept. 27	
		3.	447 Apr. 25	
8.				*de invasoribus.*
		1.	440 Iun. 9	
		2.	441 Ian. 27	
9.			440 Iun. 24	*de reddito iure armorum.*
10.			441 Febr. 20	*neque domum divinam* cet.
11.			443 Mart. 13	*de honoratis* cet.
12.			443 Oct. 19	*de pecunia Afris credita* cet.
13.			445 Iun. 21	*de tributis fiscalibus* cet.
14.			444 Sept. 11	*de fructibus* cet.
15.			....	*de siliquarum exactionibus:* deficit Γ (lat. et context.), suppletur ex Cuiaciana altera.
16.			445 Ian. 18	*de pretio solidi* cet.: deficit Γ (lat. et context.), suppletur ex Phillipps. 1735 et sylloge tertia; numerum tituli servavit Phillipps. 1735.
17.	[xu Γ]		445 Iul. 8	*de episcoporum ordinatione.*
18.	[xui Γ]		445 Iun. 19	*de manichaeis.*
19.	[xuii Γ]		445 Dec. 8	*de homicidiis* cet.
20.	[xuiii Γ]		445 Apr. 14	*de corporatis* cet.
21.	[xuiiii Γ]			*de testamentis.*
		1.	446 Oct. 21	
		2.	446 Dec. 26	
22.	[xx Γ]		446 Dec. 15	*de officio* cet.
23.	[xxi Γ]		447 Mart. 13	*de sepulcri violatoribus.*
24.	[xxii Γ, xxiii *Phill. 1735*]		447 Apr. 25	*de negotiatoribus.*
25.	[xxiii Γ]		447 Iun. 3	*de libertis* cet.
26.	[xxiiii Γ]		448 Iun. 3	*de confirmatione legum* cet.
27.	[xxu Γ]		449 Iun. 17	*de triginta annorum praescriptione* cet.
28.	[sic Γ]		449 Sept. 11	*de principibus agentum in rebus.*
29.	[xxuii Γ]		450 Apr. 24?	*de naviculariis amnicis.*
30.	[xxuiiii Γ]		450 Oct. 3	*de lampadariis.*
31.	[xxui Γ]		451 Ian. 31	*de colonis vagis* cet.
32.	[xxx Γ]		451 Ian. 31	*de confirmandis* cet.
33.	[xxxi Γ]		451 Ian. 31	*de parentibus* cet.
34.			451 Iul. 13	*de praediis pistoriis* cet.: deficit Γ (lat. et context.), suppletur ex sylloge tertia.
35.	[xxxii Γ]		452 Apr. 15	*de episcopali iudicio* cet.
36.	[xxxiii Γ		452 Iun. 29	*de suariis* cet.

Constitutiones 33 numerat Γ, omissis et in indice et in contextu legibus novellis 15. 16. 34: quas libri Γ ordini titulorum suo quamque loco secundum Cuiacianas schedas, Phillippsianum 1735 et syllogen tertiam inserui. Haenelium igitur secutus non sum nisi in constitutionibus 28—31 ordinandis, quarum ordo in libro Γ eiusque archetypo turbatus est. Sed dissentio ab eo, qui Valentinianas rubricas omnes ad dies redegerit. Melius enim fecisset, si transpositionibus his abstinuisset librum secutus ibi quoque, ubi a dierum ordine recedit: nam huiusmodi errores proficiscuntur ab ipso Corporis conditore. Cui rei argumento sunt loci, quos constitutiones 13—20 et in Breviario obtinent et in sylloge tertia, ubi tantum 16 et 17 transpositae sunt, ut laterculus subiectus demonstrabit:

editio nostra	syll. prima	Brev. et syll. tertia	Haeneliana editio
13	Γ XIII	XXIII	Valent. 18
14	Γ XIIII	Brev. I	— 13
15	deficit Γ, servavit Cuiaciana scheda post 14	deficit	Theod. 26
16	deficit Γ; numerum 16 praebet Phillipps. 1735	XXV	Valent. 14
17	Γ XV	XXIIII	— 16
18	Γ XVI	Brev. II	— 17
19	Γ XVII	Brev. III	— 19
20	Γ XVIII	XXVI	— 15
21	Γ XVIIII	Brev. IIII	— 20
28	Γ XXVIII	XXXVII	— 27
29	Γ XXVII	XXXVIII	— 28
30	Γ XXVIIII	XXXVI	— 29
31	Γ XXVI	Brev. VIIII	— 30
32	Γ XXX	Brev. X	— 31
33	Γ XXXI	Brev. XI	— 32
34	deficit Γ	XL	— 33
35	Γ XXXII	Brev. XII	— 34
36	Γ XXXIII	XXXVIIII	— 35

C. Maioriani leges novellae.

Incipiunt in codice Γ a verbis (f. 115v): *Tituli legum novellarum divi maioriani augusti*, sequitur index constitutionum duodecim, quarum contextus sex primas integras habet et septimae principium, vacua deinde codicis pagina relicta utpote descripti ex archetypo mutilo. Rubricae sunt hae:

1. 458 Ian. 11 *de ortu imperii* cet.
2. 458 Mart. 10 *de indulgentiis reliquorum.*
3. 458 Mai. 8 *de defensoribus civitatum.*
4. 458 Iul. 11 *de aedificiis publicis.*
5. 458 Sept. 4 *de bonis caducis* cet.
6. 458 Oct. 26 *de sanctimonialibus* cet.
7. 458 Nov. 6 *de curialibus* cet.: Γ deficit post prima verba; hiatum explet epitome Alariciana.
8. . . . . . . *de reddito iure armorum:* rubrica adest in Γ, contextus deficit in libris nostris.
9. 459 Apr. 17 *de adulteriis:* rubrica est in Γ, contextum servavit sylloge tertia.
10. . . . . . . *neque senatorem* cet.: rubrica extat in Γ, contextus deficit in libris nostris.

11.	460 Mart. 28	*de episcopali iudicio* cet.: rubrica adest in Γ, ubi contextus deficit; particulam eius servarunt Additamenta ad epitomen Alaricianam.
12.	. . . .	*de aurigis et seditiosis:* rubrica est in Γ, contextus deficit in libris nostris.

II. Altera legum novellarum sylloge.

Altera novellarum sylloge extat in Breviario Alariciano. Ea, quatenus Theodosianas, Valentinianas, Maiorianas complectitur, non est nisi epitome primae syllogae. Alaricianos apparet usos esse codice non mutilo in fine et hic illic meliore quam Γ. Ex titulis *Theodosianis* XXVI receperunt undecim eodem ordine 1 — 2 — 3 — 9 — 11 — 13 — 14 — 15 — 16 — 20 — 22, 1. 2. Ex *Valentinianis* XXXVI duodecim 14 — 18 — 19 — 21, 1. 2 — 23 — 25 — 1, 3 — 27 — 31 — 32 — 33 — 35, eodem atque in sylloge prima ordine servato, nisi quod corporis Maioriani novella 1, 3 ex primo titulo sola recepta, septimum in Breviario locum inter novellas 25 et 27 obtinet, quamquam data a. 450 Mart. 5 rectius collocata esset post novellam 27 datam a. 449 Iun. 17. Ex *Maiorianis* denique iurisperiti Visigothi unam solam, scilicet septimam, receperunt.

Ad has autem syllogae primae novellas Visigothi nacti corpus simile imperatoris unius Constantinopolitani syllogen addiderunt constitutionum *Marcianarum* V, quas temporis ordinem secuti inter Valentinianas et Maiorianam collocaverunt. Earum rubricae hae sunt:

1.	450 Oct. 11	*neminem exhiberi* cet.
2.	450 post Oct. 11	*de indulgentiis reliquorum.*
3.	451 Ian. 18	*de praediis civitatum omnium.*
4.	454 Apr. 4	*de matrimoniis senatorum.*
5.	455 Apr. 22	*de testamentis clericorum.*

Praeter novellas laudatas in omnibus, quae extant Breviarii libris, post Maioriani novellam unam (= Corporis nov. Maioriani 7), in qua terminabantur Alaricianae, reperiuntur excerptum ex Maioriani novella 11 (deficiente in Γ) et *Severi* imperatoris Romani (a. 461—465) novella quae hodie prior numeratur (dat. a. 463 Febr. 20). Breviarium a prudentibus Visigothis absolutum non esse, sed imperfectum publicatum Mommsen (in huius operis volumine primo p. XXXV) demonstravit. Optime id Novellis confirmatur. Nam cum initio interpretationis nov. Valent. 35 (v. 116 sqq.) posteriore lege Maioriani (scil. nov. Maioriani 11) abrogata esse legamus quae in ipsa constitutione Valentiniani de clericis iudicium episcopale adeuntibus dicta sint, nihil eiusmodi in Breviario reperitur. Post Alaricianos igitur, quos non recepisse nisi leges integras certum est (Mommsen l. l. p. XXXVI), a Breviarii continuatoribus, priusquam tertia sylloge conficeretur neque minus ante scriptos omnes codices nostros, addita est novellae Maioriani 11 epitome. Quae, quamquam interpretationem habet formae Alaricianae, tamen incipiens a nota adbreviationis 'de re necessaria ad locum' (v. 2; cf. cod. Theod. 2, 10, 6, 2) non complectitur nisi genuinae novellae caput alterum (vide p. 178). Neque aliter res se habet in Severi novella (vide p. 199 sqq.) a Postalaricianis ex Extravagantibus sumpta, cuius principium (v. 1 sqq.: 'abrogatis capitibus iniustis legis divi Maioriani A. ad locum. Illud tantum ex eadem lege retinentes') breviatam esse legem ostendit. Etiam interpretatio ita a solita forma differt, ut diversum ab aliis Breviarii interpretationibus auctorem prodat.

III. Tertia legum novellarum sylloge.

Tertia sylloge tota fere duabus primis innititur: cum Breviarii enim continuati Novellis alias iungit ex syllogae primae exemplari mutilato in fine, ut Γ, depromptas. Ad has constitutiones accedunt *Anthemii* Romani imperatoris (a. 467—472) novellae tres extravagantes. Praeter recentiora haec, quae tertia sylloge sola servavit, eo nomine utilis neque parvi momenti est, quod complures codicis Γ hiatus explet, id quod supra

(p. XIV sqq.) in Valentinianarum indice significavi. — Composita est sylloge nostra haud multo post Breviarium continuatum, certe saeculo sexto. Leovigildum enim Visigothorum regem (a. 567—586), qui codicem Euricianum emendavit atque auxit, syllogae tertiae constitutionem (scil. nov. Anthemii 1) adhibuisse certum est (vide infra in capite V). Ad definiendam regionem, ubi haec sylloge conscripta est posteaque in usu fuit, fortasse alicuius momenti est, quod novellam Theod. 11 in *Γ* atque Breviarii libris 'de tutoribus' inscriptam cum tertiae syllogae libri fere omnes tum legis R. Burgundionum (36, 4) codices universi sub titulo 'de tutoribus pupillis nominandis' laudant. Accedit, quod novella extravagans Severi 2 eiusdem legis R. Burg. capiti 46 adscripta inde in nonnullos syllogae nostrae codices transiit.

Tertiae huius syllogae archetypum non solum Novellas, sed Breviarium totum complectens, quem ordinem habuerit, codicum *Vaticani reg. 1023* (saec. X) = *Σ* (fol. 2 v) et *Parisini 4412* (saec. IX) = *Ξ* (fol. 8 r) rubrica quae sequitur optime explanat: *In XPI nomine (in . . . nomine* def. *Ξ) incipiunt sententiae cum diebus et consulibus excerptae cum interpretationibus libri legum ex corpore Theodosii* (theudosii *Ξ*). *Ipsius Theodosii* (theudosii *Ξ*) *sunt libri XVI, Novellarum (libri* ins. *Ξ) cum auctoribus eorum, id est Valentiniani*[1]) *Martiani Maiuriani Severi Maximi*[1]), *(sunt* ins. *Ξ) lib. V* (libri quinque insimul *Ξ). Hic in fine* (-nem *Σ*) *istorum et ante initium Gagi* (-gy *Ξ*) *arborem* (-rum *Σ*) *iure* (sic) *require. Gagi* (-gy *Ξ*) *liber* (-bro *Ξ*) *I, Pauli sententiarum libri* (lib̄ *Σ*) *V, Gregoriani lib̄* (-bro *Ξ*) *I, Hermogeniani lib̄* (-bro *Ξ*) *I, Papiani lib̄* (-bro *Ξ*) *I, Anthemii* (antimi *Ξ*) *lib̄* (-bro *Ξ*) *I. Fiunt insimul veterum ac novellarum libri legum XXXI* (xxx et uno *Ξ*).

Ad Novellas vero quod attinet, hoc librorum genus plenius quam reliqui repraesentat *Fuldensis* libri epitomati (D 1: saec. VIII) laterculus, qui hunc in modum dispositus est:

A a) b) (fol. 10 r): *Incipit liber legum novellarum di tituli diviae* (scrib. *divi theudosi*), sequuntur rubricae L, scilicet novellarum Breviarii Theodosii II. = I—XI, novellarum extra Breviarium Theodosii II. et Valentiniani III. commixtarum = XII—XLVIIII, novellae denique Maioriani 9 = L.

A c) (fol. 11 v): *expliciunt tituli legum novellarum divi theudosi incipit liber legum valentiniani*, sequuntur rubricae XII, scilicet novellarum Breviarii Valentiniani III.[2])

B a) (fol. 13 r): *explic̄ liber papiani incipiunt tituli devi marciani*, sequuntur rubricae V nov. Breviarii Marciani.

B b) (fol. 13 v): *explicit novellarum divi marciani incipiunt novellarum divi marciani* (scrib. *maioriani*), sequuntur rubricae II nov. Breviarii Maioriani.

B c): *explicit novellarun divi maiorani* (sic) *incip̄. divi siviri*, sequitur rubrica I nov. Breviarii Seueri.

B d): *incipiunt tituli divi maximi de summos laquidi* (sic).

C) (f. 14 r): *explicit tituli maximi incipiunt tituli legum divi antimini* (sic), sequuntur rubricae III novellarum extravagantium Anthemii.

Explicit ad integrum scintilla de libro legum.

Fuldensis cum praeter laterculum non habeat nisi constitutionum epitomas brevissimas, alii eiusdem originis libri, qui per se minus pleni et in ordine et in numeris adscriptis cum Fuldensi consentiunt, leges receptas integras exhibent. Pertinet id potissimum ad *Pithoeanum deperditum:* in Sichardianae enim editionis exemplari olim P. Pithoeorum patris et filii, nunc bibliothecae publicae Parisinae in repositis (en réserve) F 380 (F 4), f. 94 v laterculum invenimus novellarum a Sichardo non receptarum, scilicet novel-

---

[1]) In hac codicum *ΣΞ* rubrica, in qua, ut in tertiae syllogae archetypo, ficticia Maximi qui dicitur novella (vide p. XXIV) libri quinti Novellarum locum obtineat, Theodosii II. leges novellae, servato legitimo librorum numero, omittuntur.

[2]) Inter *A* c) et *B* a) interpositi sunt Gaius Gregorianus Hermogenianus Alariciani, deinde sub rubrica Papiniani in Breviarium recepti *incipit lib̄ papianus sponsaliorum I de pactis int̄ virum et uxorem* (pariter atque in **Δ*) sequitur novella Seueri 2 (vide p. XXIV), tum praefixis *II de reorum custodia* Theodosiani 9, 1, 18 interpretatio habetur. Ut Gaius Gregorianus Hermogenianus, ita Paulus Theodosianum excipiens falso in loco collocati sunt, id quod librorum *ΣΞ* rubrica (vide supra) docet.

larum extra Breviarium, Petri Pithoei patris manu (*Δ) ex libro illo deperdito descriptum editumque inde a Cuiacio in priore a. 1566 editione (Cui. ed. 1). Continet hic laterculus, Sichardianis omissis, rubricas, quae Theodosianis Valentinianisque extra Breviarium positis (A^b) et Anthemianis novellis *(C)*, ut sunt in Fuldensi libro, respondent. Earundem constitutionum textum eodem ordine dispositum exhibet apographum Pithoeani deperditi, ***Parisinus 4420,*** nobis *Δ*, adiectis post Anthemianas (f. 64^v) Breviarii Valentinianis cum interpretationibus (A^c) ex eodem libro depromptis. Breviarii Theodosianae (A^a), quas extitisse in codice deperdito in capite quarto explicabitur, non describuntur in *Δ*; at Marciani Maioriani Severi constitutiones Alaricianae $(B^aB^bB^c)$ deficiebant in illo, id quod adnotatio 'deest in nostro' Pithoei patris manu in Sichardiana F 380 f. 110 et 115^v ad locum adscripta demonstrat.

Ad idem syllogae nostrae archetypum redire libros ***Fuldensem, Pithoeanum deperditum*** cum ***Parisino 4420 (Δ)*** neque minus decurtatos ***Vaticanum reg. 1023 (Σ)*** et ***Parisinum 4412 (Ξ)*** atque ***Oxoniensem Bodleianum 3362 (nobis O)*** saec. XII a Willelmo Malmesburiensi conscriptum rubricarum laterculus subiectus ostendit[1]):

Editionis ordo (vide p. XIII sqq.)	Fuldensis	*ΔΔ	Σ	Ξ	O
A^a)					
Theod. 1	Theod. I	deficit in *Δ (lat.) Δ	Theod. I	Theod. I	epistola Theodosii.
— 2	— II	„ „	— II	— II	epistola eiusdem.
— 3	— III	„ „	deficit [addita in contextus margine]	deficit	Theod. I
— 9	— IIII	„ „	deficit	deficit	— II
— 11	— V	„ „	Th. V	Th. V [extr. pars deficit in context.]	— III
— 13	— VI	„ „	— VI	— VI [deficit in context.]	— IIII
— 14	— VII (VIII in context.)	„ „	— VII	— VII [deficit in context.]	— V
— 15, 1	— VIIII (scrib. VIII)	„ „	deficit [addita in contextus margine]	deficit	— VI
— 16	— VIIII (X in lat.)	„ „	Th. VIIII	Th. VIIII [prima pars deficit in context.]	— VII
— 20	— X (XI in lat.)	„ „	— X	— X	— VIII
— 22, 1	— XI (XII in lat.)	„ „	— XI, 1	— XI, 1	— VIIII, 1
— 22, 2	deficit	„ „	— XI, 2	— XI, 2	— VIIII, 2
A^b)					
Th. 5, 1	Th. XII	Th. XII, 1			Th. X, 1
— 5, 2	deficit	— XII, 2	deficit	deficit	— X, 2
— 5, 3	deficit	— XII, 3			— X, 3

[1]) Eiusdem familiae sunt libri *ΨΘΩ* (vide p. XXII. XXIII), Vaticanus reg. 1050, praeterea qui Breviarii tantum novellas continent Parisini 4408. 4411. 4413. 9653, Leidensis Voss. quart. 47, de quibus in capite quarto disseretur; eodem pertinent legum novellarum excerpta in codicibus Berolinensi Phillipps. 1741, Parisinis 12445 (= D). 10753, Vaticano reg. 520 et in epitome Aegidiana servata, id quod in capite quinto videbimus.

Editionis ordo	Fuldensis	*ΔΔ	Σ	Ξ	O
Th. 6	Th. XIII	Th. XIII	deficit		Th. XI
— 7, 1	deficit	— XIIII, 1	deficit		— XII, 1
— 7, 2	deficit	— XIIII, 2			— XII, 2
— 7, 3	deficit	— XIIII, 3			— XII, 3
— 7, 4	Th. XIIII	— XIIII, 4			— XII, 4
— 8	— XV	— XV	deficit		— XIII
— 10, 1	— XVI	— XVI, 1	deficit		— XIIII, 1
— 10, 2	deficit	— XVI, 2			— XIIII, 2
— 12	Th. XVII	— XVII	Th. XVII (XIIII in context.)	Th. XVII	— XV (sic in context., XVI in lat.)
— 18	— XVIII	— XVIII	deficit		— XVI
Val. 8, 1	deficit	— XVIIII, 1	deficit		— XVII, 1
— 8, 2	Th. XVIIII	— XVIIII, 2	Th. XVIIII (XVII in context.)	Th. XVIII (sic)	— XVII, 2
— 9	— XX	— XX	deficit		Val. II
— 10	— XXI	— XXI	deficit		— VIII
— 12	— XXII	— XXII	deficit		— III
— 13	— XXIII	— XXIII	deficit		— VIIII
— 17	— XXIIII	— XXIIII	Th. XXIIII	Th. XVIIII (sic)	— IIII
— 16	— XXV	— XXV	deficit		— V
— 20	— XXVI	— XXVI	deficit		— VI
— 24	— XXVII	— XXVII	deficit		— VII
Th. 19	— XXVIII	— XXVIII	deficit		Th. XVIII
— 21	— XXVIIII	— XXVIIII	deficit		— XVIIII (sic in context., XVII in lat.)
— 23	— XXX	— XXX	deficit		— XX (sic in context., XVIII in lat.)
— 24	— XXXI	— XXXI	Th. XXXI	Th. XXI (sic)	— XXI (sic in context., XVIIII in lat.)
— 25	— XXXII	— XXXII	— XXXII	— XXXII (sic in context., XXII in lat.)	— XXII
— 26	— XXXIII	— XXXIII	— XXXIII	— XXXIII	— XXIII
Val. 2, 2	— XXXIIII	— XXXIIII	deficit		Val. X
— 26	— XXXV	— XXXV	Th. XXXV	Th. XXXV	— I
— 30	— XXXVI	— XXXVI	deficit		— XI (sic in context.; deficit in lat.)
— 28	— XXXVII	— XXXVII	Th. XXXVII	Th. XXXVII	— XII (sic in context., XI in lat.)
— 29	— XXXVIII	— XXXVIII	deficit		— XIII (sic in context., XII in lat.)
— 36	— XXXVIIII	— XXXVIIII	Th. XXXVIIII	Th. XXXVIIII	— [X]XIII (sic in context.; numerus deficit in lat.)
— 34	— XL	— XL	deficit		— XV (sic in context., XIIII in lat.)

Editionis ordo	Fuldensis	*ΔΔ	Σ	Ξ	O
Val. 3	Th. XLI	Th. XLI	deficit		Val. XIIII (sic in context., XIII in lat.)
— 4	— XLII	— XLII	deficit		— XVI (sic in context., XV in lat.)
— 5	— XLIII	— XLIII	deficit		— XVI (sic)
— 6, 1	deficit	— XLIIII, 1			— XVII, 1
— 6, 2	deficit	— XLIIII, 2	deficit		— XVII, 2
— 6, 3	Th. XLIIII	— XLIIII, 3			— XVII, 3
— 7, 1	— XLV	— XLV, 1			— XVIII, 1
— 7, 2	deficit	— XLV, 2	deficit		— XVIII, 2
— 7, 3	deficit	— XLV, 3			— XVIII, 3
Th. 4	Th. XLVI	— XLVI	deficit		Th. XXIIII
— 17, 1	— XLVII	— XLVII	deficit		— XXV
Val. 11	Th. XLVIII	Th. XLVIII	deficit		Val. XVIIII
— 22	— XLVIIII	— XLVIIII	deficit		— XX
Maiorian. 9	— L	— L	deficit		Maiorian. III
A[c])					
Val. 14	Val. I	Val. I	Val. I	Val. I	Val. XXI
— 18	— II	— II	deficit		— XXII
— 19	— III	— III	Val. III	Val. III	— XXIII
— 21, 1	— IIII	— IIII, 1	— IIII, 1	— IIII, 1	— XXIIII
— 21, 2	deficit	— IIII, 2	— IIII, 2	— IIII, 2	deficit
— 23	Val. V	— V	— V	— V	Val. XXV
— 25	— VI	— VI (VII in context.)	— VI [deficit in context.]	— VI	— XXVI
— 1, 3	— VII	— VII	deficit		— XXVII
— 27	— VIII	— VIII	Val. VIII [deficit in context.]	Val. VIII	— XXVIII (sic in lat. et context.[2], XXVII in context.[1])
— 31	— VIIII	— VIIII	— VIIII [deficit in context.]	— VIIII	— XXIX
— 32	— X	— X	deficit		— XXX
— 33	— XI	— XI	Val. XI [deficit in context.]	Val. XI	— XXXII (sic in lat., XXX) in context.
— 35	— XII	deficit	— XII [deficit in context.]	— XII	— XXXI
B[a])					
Marcian. 1	Marcian. I	deficit	Marcian. I [deficit in context.]	Marcian. I	Marcian. I
— 2	— II	„	deficit		— II (sic in context., III in lat.)
— 3	— III	„	Marcian. II [sic in lat., deficit in context.]	Marcian. III	— III

Editionis ordo	Fuldensis	*Δ Δ	Σ	Ξ	O	ΨΘΩ Aegid.
Marcian. 4	Marcian. IIII	deficit	deficit	Marcian. IIII	Marcian. IIII	
— 5	— V	„	Marcian. V [deficit in context.]	— V	— V	
B[b])						
Maiorian. 7	Maiorian. I	deficit	deficit		Maiorian. I	Maiorian. I
— 11	— II	„	Maiorian. II [deficit in context.]	Maiorian. II	— II	— II
— 1	deficit	„	deficit		deficit	— III
— 2	„	„	deficit		„	— IIII
— 3	„	„	Maiorian. V [deficit in context.]	Maiorian. V	„	— V
— 4	„	„	deficit		„	— VI
— 5	„	„	deficit		„	— VII
— 6	„	„	Maiorian. VIII [deficit in context.]	deficit	„	— VIII
B[c])						
Sever. 1	Sever. I	deficit	deficit		lex Severi	Sever. I
B[d])						
Maximi qui dicitur novella (vide p. XXIV not. 1)	nov. Maximi	deficit	Maximi liber memoratur in rubrica (vide p. XVIII)		deficit	deficit
C)						
Anthem. 1	Anthem. I	Anthem. I	Anthem. I [deficit in context.]	Anthem. [I]	Anthem. [I]	deficit
— 2	— II	— II	Anthem. II [deficit in context.]	Anthem. II	— II	„
— 3	— III	— III	Anthem. III [deficit in context.]	Anthem. III	— [III]	„

Ex hoc laterculo perspicimus prorsus concordare libros *Fuldensem* et *Pithoeanum deperditum* cum apographo Δ neque abhorrere ab iis mutilorum codicum ΣΞ numeros raro mendose scriptos. Syllogae ordinator quid in animo habuerit Theodosianas et Valentinianas *(A)* ita disponens, dici non potest. Has enim habemus novellarum series:

A^a) I—XI = *Brev. Theod.* 1 — 2 — 3 — 9 — 11 — 13 — 14 — 15, 1 — 16 — 20 — 22.
A^b) XII—L = *Novellae extra Breviarium:*
- *α)* XII—XVIII = *Theod.* 5 — 6 — 7 — 8 — 10 — 12 — 18.
- *β)* XVIIII—XXVII = *Valent.* 8 — 9 — 10 — 12 — 13 — 17 — 16 — 20 — 24.
- *γ)* XXVIII—XXXIII = *Theod.* 19 — 21 — 23 — 24 — 25 — 26.
- *δ)* XXXIIII—XLV = *Valent.* 2, 2 — 26 — 30 — 28 — 29 — 36 — 34 — 3 — 4 — 5 — 6 — 7.
- *ε)* XLVI. XLVII = *Theod.* 4 — 17, 1.

ζ)	XLVIII. XLVIIII	= *Valent.* 11 — 22.
η)	L	= *Maiorian.* 9.
A^{c})	I—XII	= *Brev. Valent.* 14 — 18 — 19 — 21 — 23 — 25 — 1, 3 — 27 — 31 — 32 — 33 — 35.

Sunt igitur ^{a}) et ^{b}) α. γ. ε Theodosianae, ^{b}) β. δ. ζ et ^{c}) Valentinianae. Hinc apparet ordinatorem in novellis Breviarii Theodosianas et Valentinianas recte separavisse, reliquas extra Breviarium positas cum Maioriana nona omnes tribuisse Theodosio.

Quibus explicatis *Oxoniensis libri O* dispositio quid sibi velit clare perspicitur. Willelmus enim Malmesburiensis, qui librum conscripsit, cum id agat, ut suas utrique imperatori constitutiones in sylloge commixtas attribuat, series illas supra significatas ita ordinat:

Brev. Theod.: duae epistulae et I—VIIII	= A^{a}).
Extra Brev. Theod.	
X—XVI	= A^{b}) α.
XVII	= *Valent. 8* iniuria inter Theodosianas relata.
XVIII—XXIII	= A^{b}) γ.
XXIIII. XXV	= A^{b}) ε.
Extra Brev. Valent.	
I	= *Valent. 26* 'de confirmatione legum divi Theod. Aug.' ante ceteras Valentinianas collocata (vide A^{b}) *δ)*.
II—VIIII	= A^{b}) β (Valent. 9 — 12 — 17 — 16 — 20 — 24 — 10 — 13).
X—XVIII (numero XVI iterato)	= A^{b}) δ (Valent. 2, 2 — 30 [deficit in lat.] — 28 — 29 — 3 — 34 — 4 — 5 — 6 — 7).
XVIIII. XX	= A^{b}) ζ.
Brev. Valent.	
XXI—XXXII	= A^{c}).
XXXIII	= *Valent. 36* ad finem collocata, ut in prima sylloge.

Quae cum ita sint, *Theodosii II.* novellae, quae extant in corporis Maioriani codice Γ, excepta nov. 17, 2 omnes leguntur in tertia sylloge servato ordine, nisi quod receptae in Breviarium a reliquis separantur et novellae 4—17, 1 in fine collocantur.

Valentiniani III. novellae in tertia sylloge auctae reperiuntur constitutionibus quattuor in nostra editione numeratis 2, 2 — 6, 3 — 16 (cuius epitomen ex syllogae primae codice aliquo deprомptam praebet Phillipps. 1735) — 34: descendunt sine dubio ex syllogae primae codice pleniore quam Γ. Contra absunt a sylloge tertia nov. 1, 1, quam totam servavit Γ, et 1, 2, cuius prima pars in eodem codice extat, porro 2, 3, quam exhibent Cuiaciana, et 2, 4, cuius partem primam servavit Cuiacius, extremam Γ; nov. 15 non habetur nisi in Cuiacianis. Novellam 1, 3 servavit Breviarium. Deficiunt in libris omnibus nov. 1, 2 pars extrema et 2, 1 tota.

Ex *Maioriani* novellis nona in tertiae syllogae codicibus Fuldensi, Pithoeano deperdito cum Δ, O solis reperitur, sed inter Theodosianas relata numerum 'L' fert. Verisimile igitur est in syllogae huius archetypo praescriptum fuisse novellae 'L. de adulteriis divi Maioriani'. Quam rubricam cum Fuldensis vix mutet ('l. aduteriis [sic] divi maioriani'), in Pithoeano, littera 'l' [= 50] perperam intellecta, scribitur 'll. [= leges] novellae de adulteriis divi maorani' (sic). Unde iniuria plures fuisse Maioriani 'de adulteriis' novellas P. Pithoeus filius (in Pithoeana a. 1571 editione [= Pith. ed.] ad p. 43) collegit, id quod iam Haenelius *(nov. constitutiones* p. 327/28*)* refutavit. — Sex autem primas Maioriani novellas non solum in mutilo codicis Γ archetypo extitisse, verum etiam in libro et ipso mutilato, a quo omnes syllogae tertiae codices pendent, et libri ΣΞ docent et codices decurtati *Berolinensis lat. quart. 150* (nobis Θ), *Varsoviensis n. 480* (nobis Ψ), *Parisinus 9652*

adiuncto quaternione inde avulso, hodie coniuncto cum *Parisino 4406* (fol. 60—67) [nobis Ω], quos singulis lectionibus plerumque consentire cum *ΔΔΣΞO, semper fere dissentire a Γ infra monstrabitur. Reicienda igitur est Mommseni opinio (*Theod. I* p. XCVI), qui novellas Maioriani 1—6 ex archetypo codicis Γ in hos libros translatas esse putat. Servat autem libri Σ laterculus novellarum 3 (= V) et 6 (= VIII) rubricas, Ξ novellam 3 (= V) et in laterculo et in contextu integram; ΨΘΩ sex primas Maioriani plenas exhibent, quarum rubricae in *epitomae Aegidianae* libris leguntur.

Hanc igitur Maiorianarum habemus rationem: syllogae primae codex Γ cum habeat sex primas et septimae principium deficiente reliquarum contextu in libro mutilato, Breviarii conditores usi exemplo pleno inde non receperunt nisi septimam, ad quam continuatores partem undecimae adiecerunt. Ad quas duas novellas in tertiae syllogae archetypo accedunt et novella 9 inter Theodosianas relata, cuius fons latet, et novellae 1—6 ex syllogae primae exemplari mutilato, sed diverso a Γ, descriptae, quae Breviarii Maiorianis postponuntur.

Marciani imperatoris Orientis corpus Novellarum habuerunt Alariciani prudentes et inde Breviario suo epitomam inseruerunt, quae deinde neque aucta neque imminuta in syllogam tertiam transiit.

Severi novellam eam, quae prior numeratur, tam quod non integra recepta est quam interpretationis forma patefaciunt afuisse ab archetypo Alariciano, ut supra (p. XVII) vidimus. Praeter Breviarii codices exhibent eam tertiae syllogae libri Fuldensis et *O*. — Secunda novella Severi (a. 465 Sept. 25 data) originem habet diuersam; ex legis enim R. Burgundionum codice antiquissimo, in quo capiti 46 adscripta erat, novellam hanc extravagantem in nonnullos tertiae syllogae libros translatam esse probabile est, ubi cum Papiniano finem Breviarii faciente coniungebatur. Huiusmodi liber erat Pithoeanus deperditus, ex quo sumptam constitutionem integram P. Pithoeus pater in Sichardianae exemplari Parisino F 380 supra (p. XVIII) laudato f. 167v suo loco adscripsit adscriptamque a. 1566 edidit Cuiacius. Praeterea frustum legis in Fuldensi (f. 128v) sub Papiniani nomine adest (vide p. XVIII not. 2) maioremque partem legimus in Vaticano reg. 1050 (f. 118) inter auctorum indicem Breviario subscriptum et legem R. Burgundionum.

Anthemii constitutiones tres tertia sylloge servavit; habentur in codicibus Fuldensi, Pithoeano cum Δ, Ξ, O; rubricae praeterea extant in Σ. Novellae 2 rubrica, quae sic traditur: 'de confirmatione legis *d. n.* Leonis A.', genuinam harum novellarum formam nobis servari docet. Novellas 2 et 3 eodem die promulgatas ita inter se cohaerere supra (p. XI) dixi, ut tertia a Leone Anthemio missa alteri subiungatur (vide ad nov. Anth. 3, 1 p. 206).

Pauca denique dicenda sunt de '*divi Maximi*' qui dicitur fragmento informi, quod reperitur in Fuldensi f. 13v (vide p. XVIII) et 132v sub praescripto *incipiunt tituli divi Maximi de summo silaquidio* (summos laquidi *in lat.*) itemque memoratur in rubrica codicum Σ (fol. 2v) et Ξ (fol. 8r), quam p. XVIII descripsi. Fragmentum hoc Petronio Maximo ei, qui post interfectum Valentinianum III. a. 455 per paucos menses regnavit, iniuria tribui solet: nam et Fuldensis et rubrica illa Maximum post Severum nominat neque probabile est ullam illius imperatoris constitutionem in legum volumina relatam esse. Quapropter inter editionis nostrae leges novellas fragmentum illud non rettuli, cuius verba infra in adnotatione dantur[1]).

---

[1]) 'Humanitate (-ti *in lat.*) concidemus si recusaverint admittetur quid autem de concessa sibi condicione ubium singularem maticiae obieccione viri preferitur prepter pullata nobis coria perquaeret cuius ad omnis provincies nostre serenitatis aedicto mox scripta remiscitis (*vel* remiscitur).'

CAPVT ALTERVM.

CODICES CORPORIS MAIORIANI (PRIMAE SYLLOGAE).

Syllogae primariae exemplaria extant duo et re et forma plane diversa, scilicet codex fere integer Vaticanus lat. 7277 (*Γ*) et schedarum duarum a Cuiacio inventarum atque editarum, quae fragmenta minora continebant, apographa Pithoeana.

Vaticanus lat. 7277 (= Haenel, nov. const. 1: Vaticano-Ottobonianus, olim Iosephi Garampii) scriptus est saec. IX litteris minusculis, ut folii 1v scripturae specimen apud Amadutium (*Leges Novellae V anecdotae*, Romae 1767, p. XIX) docet. Originem unde traxerit quamquam testem nullum habemus, tamen et archetypum et ipsum in Gallia scriptos esse vel inde colligi potest, quod praeter Novellas non continet nisi legem R. Burgundionum sub titulo 'legis Romanae' Gaiumque Alaricianum. Fuit praeterea inter Christinae Suecorum reginae libros, quorum plerosque et gravissimos inde ab anno 1650 ab Isaacio Vossio in Gallia adquisitos esse novimus (cf. Blume, *Iter Italicum III* [1830] p. 55 sqq.). Sed certiora non constant. Reperiuntur autem in primi folii lacerati recta bibliothecarum litterae quae sequuntur: *Ag. VI* (numero *VI* virgula expuncto) — *25* (item expunct.) — *327* — *S. X. 20* (expunct.) — *E. 6. 3* — *7277*. Quorum signorum ultimum cum interpretatione non egeat, litteras *S. X. 20* ad bibliothecam Ottobonianam spectare Henricus Brencmannus (in *Epistola ad Hadrianum Relandum de consulibus quorum in Pandectis fit mentio data* ... [Traiecti Batavorum 1715]) testatur, qui de codice nostro post alia haec scribit: 'Relatus autem est in indice splendidissimae illius bibliothecae' (sc. Ottobonianae) 'sub litera S. X. 20'. Siglum porro *E. 6. 3* (sic legendum est) pertinere ad Iosephi Garampii bibliothecam Haenelius (*nov. const.* p. III) adnotat. Praecedentium litterarum vim pro certo explicare non possum, sed ex laterculo in adnotatione [1]) subiecto, quo nonnullorum Vaticanae bibliothecae librorum numeros examinatos proposui, conicere licet in Christinae reginae bibliotheca codici nostro numerum fuisse *327*. Signo *Ag. VI* nostrum antea in eadem fuisse bibliotheca docemur, in qua Vaticanus reg. 1023 (*Ag. VII* signatus [1])) fuit. — Mortuis Christina

[1])

Numeri Vaticanae bibliothecae	*Numeri vel inscriptiones librorum a Christina regina adquisitorum*	*Numeri bibliothecae reginae*	*Numeri bibliothecae reginae in Vaticanum translatae qui fuerunt Montfauconii temporibus*	*Numeri bibliothecae Ottobonianae*
Vat. reg. 158	'numero 12 N(on) Pet(aviano) 1656 Bourdelot'		1441 (cf. Montf. Bibl. I p. 46)	
— 520 (cod. miscellan.)	Petri Danielis et A. Petavii nomina inscripta sunt	184	numerum 184 notat Montf. Bibl. I p. 93	
— 846	A. Petavii nomen inscriptum est	320 (sic)	1170 (cf. Montf. I p. 38. 93)	
— 852	'numero 116 No(n) P(etaviano) 1656'		1168 (cf. Montf. I p. 38)	

regina et Azzolino, quem heredem instituerat, bibliotheca a. 1689 Petro Ottobonio cardinali vendita est (cf. *Mémoires concernant Christine reine de Suède* [Arckenholtz], I [1751] p. 267 sqq. II p. 322 sqq.). Qui pontifex maximus renuntiatus adscito nomine Alexan-

Numeri Vaticanae bibliothecae	*Numeri vel inscriptiones librorum a regina adquisitorum*	*Numeri bibl. reginae*	*Numeri bibl. reginae in Vaticanum translatae qui fuerunt Montfauconii temporibus*	*Num. bibl. Ottobonianae*	*Num. bibl. Garampianae*
Vat. reg. 857	A. Petavii nomen inscriptum est		1171 (cf. Montf. I p. 38. 93)		
— 886	A. Petavii nomen inscriptum est		1166 (cf. Montf. I p. 38. 93)		
— 982	A. Petavii librum fuisse Montf. I p. 70 dicit	244	numerum 244 notat Montf. I p. 19. 70	X. 49 (?)	
— 991	A. Petavii nomen inscriptum est	320 (sic)	1175 (cf. Montf. I p. 39. 93)		
— 992	'numero 109 no(n) Pet. 1656'		1525		
— 1023 (= Σ)	Ag. VII — 'numero 115 N. P. 1656'	197	1169 (cf. Montf. I p. 38)		
— 1024	'numero 124/1656 N. Pet.' (errore Montf. I p. 93 librum inter Petavianos refert)		1176 (cf. Montf. I p. 39. 93)		
— 1048	H 35 — Petri Danielis et A. Petavii nomina inscripta sunt	373	numerum 373 notat Montf. I p. 22. 93		
— 1049	'numero CXXV non Pet.' (errore Montf. I p. 93 librum inter Petavianos refert)	371	numerum 371 notat Montf. I p. 22. 93		
— 1050	A. Petavii nomen inscriptum est	379	numerum 379 notat Montf. I p. 22. 93		
— 1124	A. Petavii librum fuisse Montf. I p. 93 dicit	376	numerum 376 notat Montf. I p. 22. 93	XI. 33 (?)	
— 1128	A. Petavii nomen inscriptum est	377	numerum 377 notat Montf. I p. 22. 93		
— 1283		481	numerum 481 notat Montf. I p. 24		
— 1873		369	numerum 369 notat Montf. I p. 22		
Ottob. 2225 (antea 3025)	V (?) 36 — 'numero 114 no(n) P(etaviano) 1656' (errore Montf. I p. 93 librum inter Petavianos refert)	'Ex Bibliotheca Serenissimae Reginae Num. 378'	numerum 378 notat Montf. I p. 22. 93	'cod. 7 Otthob.' — S. X. 11 (cf. Montf. I p. 189)	
Vat. 1321		428		S. 8	
— 7277 (= Γ)	Ag. VI — 25	327		S. X. 20 (cf. Montf. I p. 187 A)	E. 6. 3

Signum *Δb: IV cod. 30*, quod chartae inter involucrum pristinum et codicem ipsum interpositae inscriptum esse Haenelius (l. l. p. III) commemorat, hodie et involucro et charta sublatis deficit; ad quam bibliothecam pertinuerit dici non potest.

dri VIII. postquam a. 1690 maximam librorum illorum partem in Vaticanum sub nuncupatione Alexandrinae bibliothecae transtulit, librum nostrum et 99 alios codices selectos in domestica sua bibliotheca, scilicet Ottoboniana, retinuit. Ubi a. 1711 a Brencmanno inspectus a. circiter 1741, quo Ottoboniana a Benedicto XIV. empta Vaticanae attributa est, iam non erat (cf. Amadutius *l. l.* p. XVIII. XXVI). Sed quando et a quo distractus fuerit, omnino non constat. Certum autem est postea librum fuisse Constantini Ruggieri, qui et Zirardino per aliquot annos eum commodavit et paulo antequam a. 1763 moreretur Amadutio donavit (cf. Haenel *l. l.* p. VII). Cuius ex manibus in Iosephi Garampii bibliothecam transiit (Amadutius *l. l.* LXXIII). Post obitum eius cum Romae ceteris cum Garampianis diu latuisset, inter a. 1815 et 1824 in Vaticanum rediit (Blume, *Iter Italicum II* p. 234), ubi ab Haenelio denuo in lucem protractus est. — Involucro reginae Christinae et Ottobonianae bibliothecae insignia ferenti, quod Haenelius descripsit (*l. l.* p. III), Gregorio XVI. pontifice (1831—1846) novum substitutum est, quod huius pontificis et Lambruschinii cardinalis bibliothecae Vaticanae praefecti insignia exhibet atque numerum Vat. lat. 7277.

Codex ex archetypo descriptus, qui hiabat locis quinque (omissis nov. Theod. 1, 31/32 *ab invictissimo* usque ad 3, 86/87 *quae insatiabili* — nov. Valent. 1, 2 parte extrema usque ad 2, 4, 12 *storaci* — Valent. 6, 3 — 15 et 16 — 34) et mutilus erat in Novellarum fine post nov. Maioriani 7, 2 *ac vi* |, ex 128 foliis constat; quaterniones numerati sunt litteris Romanis. Perierunt folia duo, quaternionis A folium alterum (in quo periit legis R. Burgund. index capitum inde a capite XV) et quat. D folium primum (in quo interciderunt index titulorum legum novellarum Theodosii II. praeter rubricam primam et initium nov. Theod. 1). In quaternionis N folio septimo (= fol. 100) numerus ab eo omittitur, qui postea folia numeravit; folia igitur numeris 100—127 signata revera respondent foliis 101—128. Supersunt ergo quaternionum 16 (A—Q) folia 126 et quaternionis R folia duo. Quaternionis Q folium 8^r (f. 126^r) inde a versu septimo post nov. Maioriani 7, 2 *ac vi*| litteris vacat. — Folia 1—23^v legem Romanam Burgundionum continent, praemisso indice mutilo, cui praescribitur *Incipit capila* (sic) *de lege Romanae* (sic). Sequuntur leges novellae f. 23^v—126^r, quas excipiunt Gai Alariciani tituli I. II. VIII. VIIII usque ad verba paragraphi 6 *aliena praesump*|, quibus codex f. 128^v terminatur. Ad Novellas ipsas quod attinet, Theodosianae continentur fol. 23^v—68^v, Valentinianae finiunt f. 116^r, Maiorianae denique insunt foliis 116^r—126^r. Singulorum imperatorum constitutionibus praemittuntur indices, quos in capite primo (p. XIII sqq.) de corporis Maioriani neque minus editionis nostrae ordine disserentes tractavimus. In indice rubricis semper praescribuntur numeri, in contextu ad nov. Theod. 4 — 5 — 7 — 11 omissi posteriore manu *(Γ^2)* adduntur.

Tres eiusdem aetatis manus discernuntur; manu prima scripta sunt f. 1—97 et f. 103^r inde a versu decimo usque ad f. 117: pagina versus 21 habet, versus litteras 36 ad 38 (f. 103^r versus 27 exhibet, versus 10—20 huius paginae litteras 56 ad 58 continent). Alteri manui forma quidem nitidiori et subtiliori, sed re neglegentiori attribuenda sunt folia 98—103^r v. 9: versuum numerus non differt, versuum litterae ad sexagenas fere numerantur. Tertiae denique manus sunt f. 118—128: singulae paginae 30 versus continent, singuli versus 36 ad 40 litteras.

Qui codicem descripserunt librarii haud ita magna diligentia usi sunt. Satis autem diiudicari non potest, quid librariis tribuendum, quid ex archetypo descriptum sit, a quo maiores certe hiatus proficiscuntur. Hic illic dittographiae occurrunt; crebra sunt verba singula omissa interdum spatio vacuo relicto, crebriores litterae excisae. Saepissime verba inepte coniunguntur vel dividuntur adeoque corrumpuntur. Huius generis corruptelas utpote minoris momenti in apparatum non recepi; pleraque in Amadutianae editionis adnotationibus et praefatione (p. XXXII sqq.) allata invenies. Neque minus neglexi menda orthographica; plena enim orthographia est barbarismis vitiisque. Nihilominus librum quamquam multo recentiorem Theodosiani integri codicibus *R V*, quorum orthographiam Mommseni editio repraesentat, ut est unicum corporis Maioriani exemplar fere integrum, in editione mea in orthographicis pariter atque in compendiis secutus sum, correctis scilicet falsis scripturis consultisque vetustioribus Breviarii libris *PM*. — Ad recensendum textum quantum valeat, in capite septimo explicabitur.

Restat ut de emendationibus et adnotationibus agam. Emendata autem quae sunt in codice nostro pleraque *(Γ^b)* redeunt ad ipsos librarios primitivam lectionem plerumque sanantes, raro corrumpentes, saepius falsis falsa substituentes (ut Theod. 26, 67, ubi Γ^b praebet *multa*, non *multos*, ut in apparatu scripsi — Valent. 3, 10 — 5, 18/19 — 8, 1, 2 — 12 inscr. — 12, 6 — Maiorian. 2, 46). Emendationes a librariis ipsis alienae et recentiori aetati tribuendae in textu raro occurrunt *(Γ^1)*, ut Theod. 1, 27 — 4, 35 — 22, 1, 9. Marginales autem adnotationes plurimae reperiuntur diversis manibus scriptae, quarum una, eiusdem fortasse aetatis atque Γ^1, textum emendat; nam praeter rubricarum nov. Theod. 4 — 5 — 7 — 11 numeros omissos, quos addit, nonnullos locos corrigit. Reliquarum vero manuum notae in margine adscriptae nihil valent, quippe quae non sint nisi recentiorum criticorum observationes. Prima manus acceptoris, cui quaeque constitutio inscripta est, et alterius consulis nomina repetit. Aliae tres ad singulas novellas, exceptis eis, quae in Γ solo extant neque editae erant ante a. 1766/1767 (vide infra), adnotant, ubi impressae reperiantur in editionibus Cuiaciana altera a. 1586 (1.), Pithoeana cura Francisci Desmarés Parisiis a. 1689 denuo prodita (2.), denique in Gothofredi editione Lugdunensi anni 1665 et in Ritteri Lipsiensi anni 1743 (3.). Secunda manus ad Pithoeanam pertinens raro occurrit. Duo exempla afferre placet; ad nov. Theod. 8 notantur: (1.) *Cuiac. 552* — (2.) *p. 707* — (3.) *Tit. XV*; ad nov. Valent. 28: (1.) *Cuiac. 572* — (3.) *Inter Nov. Valen. tit. XIV sec. ed. Goth. inter Th. tit. XXXVII sec. ed. Ritter.* Qui Cuiacianae et Pithoeanae editionum laudatores fuerint cum incertum sit, tertiae manus auctorem Amadutium fuisse vel inde apparet, quod hic et in editionis suae adnotationibus Gothofredi neque minus Ritteri editionum numeros solos respicit.

Librum Γ primus Brencmannus a. 1711 examinavit, qui rubricas inscriptiones subscriptiones collatas atque quinque novellas ineditas descriptas publici iuris non fecit (Haenel *l. l.* p. VI not. 34). Neque magis Adamus Volsiniensis, cum paulo post codicem collatum a. 1719 moreretur, editionem, quam paraverat, perficere potuit (*l. l.* not. 37). Zirardinus demum *(Imperatorum Theodosii Iunioris et Valentiniani III. Novellae Leges* cet., Faventiae 1766*)* et Amadutius *(Leges Novellae V anecdotae imperatorum Theodosii iunioris et Valentiniani III.* cet., Romae 1767*)* eodem fere tempore codicis nostri partes commentariis instructas divulgaverunt, scilicet ille novellas omnino ineditas Theod. 15, 2 — 17, 2 — Valent. 1, 1 — 1, 2 — 2, 4 extr. et novellam Theod. 10, 2 magna ex parte anecdotam una cum indice titulorum, hic easdem novellas atque indicem additis variis lectionibus novellarum editarum, praeterea legem Romanam Burgundionum. Post quos Haenelius omnibus libri Γ novellis collatis a. 1844 novam editionem in lucem protulit. Ipse codicem a. 1901 Romae contuli.

Schedae Cuiacianae Schedas duas hodie deperditas, quae primae syllogae codicis fragmenta exhibuerunt, Cuiacius primus divulgavit in Observationum (nobis *Cui. [obss.]*) libro 16 (cf. *I. Cuiacii operum quae de iure fecit tomus quartus*, Parisiis 1577, p. 407 sq. = *I. Cuiacii operum priorum tomus tertius,* Neapoli 1758, p. 471 sq.). Cuius libri capiti 22 rubricam ferenti 'de non perpetuandis advocatis et de his constitutiones quaedam novae' tituli Valentiniani 'de postulando' inscripti novellas duas inseruit. Nam praemissis his: 'inveni novellam 'Valentiniani et Martiani ..... Proponam eius novellae verba quae habeo; ea enim 'tantum habeo, quae lacera quaedam vetus scheda dedit, quae adglutinata erat involucro 'libri cuiusdam theologici' primum novellae Valent. 2, 4 inscriptionem et textus principium dedit. Tum post alia pergens: 'his addam aliam constitutionem Valentiniani nondum 'editam ..... Et verba constitutionis haec sunt' novellam Valent. 2, 3 integram attulit. In sequenti autem eiusdem libri capite 23 de siliquarum exactionibus disserens Cuiacius praemissis his: 'Est et tertium onus siliquatici .... Inveni id primum definisse Theodo'sium et Valentinianum augendo aerario quod fuerat exhaustum ..... et hac de re edicti 'eorum verba quae reperi haec sunt' novellae Valent. 15 textum solum dedit, quem unde hauserit ubique invenerit non dicit. Novellas has in altera editione Parisina a. 1586 (nobis *Cui. ed. 2*) ex 'Observationibus' suis repetitas ita ceterarum novellarum ordini inseruit, ut novellas Valent. 2, 3 et 15 post XLIX novellas Theodosio attributas numeris L. LI usurpatis collocaret, novellam Valent. 2, 4 inter Marcianas poneret. Quae vero

eodem anno 1586 Aurelianae Allobrogum divulgata est editio, novellas tres sine numeris post Valentinianas typis impressit his additis rubricis: *de advocatis non perpetuandis* (Valent. 2, 4) — *de Afris Vandalis Alanis* (Valent. 2, 3) — *de siliquarum exactionibus* (Valent. 15). Aurelianensis ordinem secutus est Rittershusius (in novellarum editione 1615 divulgata), Cuiacianae alterius vero Ritter (in editionibus a. 1743 et 1750 proditis). In editionibus autem Lugdunensi anni 1593 et Gothofredi bis reperiuntur novellae Valent. 2, 3 et 15, et in fine Theodosianarum, ubi in Cuiaciana extant, et post Valentinianas, ubi ab Aurelianensi dantur; novella Valent. 2, 4 eundem locum atque in Aurelianensi obtinet. Haenelius primus (*nov. const.* p. 131 sqq.) novellas Valent. 2, 3 et 2, 4 eiusdem tituli 'de postulando' constitutiones esse itaque ut nunc numerantur ordinandas recte perspexit. Novellae vero Valent. 15, ut Cui. ed. 2, inter Theodosianas locum adsignavit, quamquam ipse (*l. l.* p. 117/118) legem hanc propter rem, de qua ageret, potius ad Occidentem quam ad Orientem spectare affirmavit. Praeterea ad constitutiones eas recensendas, ut omnibus qui antehac novellas ediderunt, praesto ei non erat nisi textus in 'Observationibus' Cuiacianis exhibitus.

Sed paucis annis post feliciter evenit, ut utriusque Cuiacianae schedae apographa a Petro Pithoeo filio eiusque amanuensi confecta marginalibusque adnotationibus instructa in *Parisinae bibliothecae codice Dupuy n. 702* fol. 117/118 reperirentur. Quae suo iussu descripta Haenelius in libello gratulatorio Savignio dedicato proposuit, cuius titulus est: *Friderico Carolo de Savigny I. C. faustum diem prid. kal. nov. quo ante X lustra summos in iure honores adeptus est pie gratulatur Gustavus Haenel, Lipsiae 1850*. Unde et primam schedam novellas exhibuisse Valent. 2, 3 et 2, 4 secundum ordinem collocatas ab Haenelio in editione constitutum neque minus novellam, quae in altera scheda continebatur, Valentiniano tribuendam esse apparuit. Sed cum inter eos, qui apographa Pithoeana descripserant, dissensus essent de marginalium adnotationum lectionibus, quas magni momenti esse videbimus ad genuina fragmentorum verba cognoscenda ordinemque novellis his inter ceteras adsignandum, Paulum Fridericum Girardum, cui apographorum illorum notitiam debemus, precibus adii, ut folia duo codicis Dupuy in usum meum denuo conferret. Qui summa, qua erga me esse solet, benevolentia precibus obsecutus est; has igitur habemus adnotationes:

In folii 117 margine superiore P. Pithoei manu scripta habentur: *In vet. scheda Cui(acii) post no(vellam) Valentin. de fructibus inter maritum et uxorem expensis* (= nov. Valent. 14) *et cum interpretatione ut edita est in C(odice) Th(eodosiano) pag. 550* (= Cui. ed. 1 a. 1566 p. 550) *seq(ui)t(ur)*. Sequuntur in folio ipso altera manu descriptae, quam Cuiacii non esse Girardus testatur, novellae Valent. 15 rubrica et constitutio ipsa (nobis *Pith. [Dupuy]*); variae lectiones in margine a Pithoeo adduntur (nobis *Pith. [Dupuy] in margine*). Quae cum nota *v. c.*, id est *v(etus) c(odex)*, hic illic significentur, genuina schedae verba exhibent: exemplo sunt loci 15, 3. 9 (bis). 49, ubi marginalis adnotatio sola, 15, 40, ubi una cum *Cui. (obss.)* veram lectionem praebet, 15, 36 et 48, ubi quamquam corrupta verae lectioni propior est quam *Cui. (obss.)* et *Pith. (Dupuy)*, qui corruptelas coniectura sanare student; semel tantum (15, 40 *ex curialis*) *v. c.* his cedit. *Pith. (Dupuy)* neque a scheda ipsa pendet neque ab 'Observationum' editione (quacum saepenumero concordat, e. c. 15, 3. 9 [bis]. 36. 40 [altero loco]. 48), ut loci 15 inscr. — 15, 14 — 15, 23 — 15, 43/44 docent, sed ab altero exemplo Cuiaciano similem in modum correcto. — Ex Pithoei verbis constitutionis ipsius textui praemissis in libro, cuius fragmentum scheda repraesentabat, novellam nostram excepisse apparet Valentiniani 'de fructibus' legem, scilicet novellam Valent. 14, spretam a Cuiacio neque minus a Pithoeo utpote editam. Optimo igitur iure suum inter Valentinianas locum novellae 'de siliquarum exactionibus' in hac editione attribuimus.

Folio 118 codicis *Dupuy 702* haec inscripta sunt a P. Pithoeo filio: *Ex vet. scheda lacera quae adglutinata erat involucro libri cuiusdam theologici a D. Cuiacio recepta. Valentiniani Novella de Indulgentiis reliquorum* [adscriptum *sine inscripti(one) tit(uli)*]. *Novella de postulando*. Sequuntur ex scheda ipsa Pithoei manu descriptae novellae Valent. 2, 3 et 2, 4, 1—20, paucis tantum correctionibus ab eodem additis, scilicet in textu *(Pith. [Dupuy][b])* 2, 4, 8 (bis) et 9, in margine *(Pith. [Dupuy] in margine)* 2, 4, 4, quae cum Cuiaciana editione in margine laudata *(obs. 15* [sic] *22 sq.)* concordant. — Ante novellas Valent. 2, 3 et 2, 4

Cuiacius tituli Valentiniani 'de indulgentiis reliquorum' partem extremam (scil. nov. Valent. 1, 3) repperit (unde dicitur *sine inscript(ione) tit(uli)*), praeterea tituli Valent. 2 'de postulando' rubricam cum lege secunda ex codice Δ Pithoeanaque editione sibi nota, quas et hic et Pithoeus spreverunt. Tituli Valent. 2 legem primam (quam requirit series dierum) deficientem in Γ ceterisque libris nostris, si repperissent in laciniis, sine dubio descripsissent.

Itaque schedae Cuiacianae, quae nov. Valent. 2, 3 et 2, 4 princ. atque nov. Valent. 15 servant, duos libri Γ eiusque archetypi hiatus ex parte explent eundemque novellarum ordinem praebent, quem in capite primo (p. XIV sq.) corporis Maioriani fuisse vidimus. Quae cum ita sint, primae syllogae codicis reliquias ab iis repraesentari certum est.

CAPVT TERTIVM.

CODICES BREVIARII (ALTERIVS LEGVM NOVELLARVM SYLLOGAE).

Capite hoc eos tantum codices tractabo, qui a Breviarii primitivi neque aucti archetypo pendent. Et duas quidem familias habemus, in quas Breviarii libri Novellas complectentes discedunt; meliorem repraesentant integri *HNEKLΦ*, deteriorem libri item integri *GXCPMS*. Sed utriusque familiae fines propter contaminationes aliasque causas, ut in Theodosiano, saepenumero perturbari infra in capite septimo, ubi de crisi Novellarum agetur, videbimus. Hoc autem discrimen intercedit inter Theodosianum et Novellas nostras, quod harum textum recensenti decurtati qui dicuntur haud ita parvam utilitatem praebent. Nam ut eas novellas praetermittam, quibus tertiae syllogae libri *ΨΘΩΣΞ* Vaticanus reg. 1050 et Fuldensis codex epitomatus proximo capite tractandi Breviarium augent (de quibus conferendus laterculus in capite primo p. XIX sqq. propositus), etiam Breviarii ipsius decurtati nonnullarum constitutionum textum integrum exhibent. In multis porro subscriptionibus restituendis, ubi libri integri deficiunt, decurtatis magnopere adiuvamur, ut in capite septimo explicabitur. — In omnibus fere libris decurtatis reperiuntur quae interpretatione carent novellae Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27, sive plenae sive imperfectae. Praeterea Parisinus 4409 (saec. X) constitutiones servat Theod. 1—2, Parisinus 4410 (saec. IX/X) Theod. 1—2 — Maiorian. 11, Parisini 4414 (saec. X). 4415 (saec. IX) Maiorian. 11, Parisinus 4411 (saec. IX) Valent. 35 — Maiorian. 11 — Sev. 1, Parisinus 9653 (saec. IX) Theod. 11 — Marcian. 1 — Maiorian. 11.

Priusquam nunc ad Breviarii codices describendos aggrediamur, librorum et integrorum et decurtatorum laterculum secundum diversarum classium ordinem dispositum subiciamus, quem disputatio mea sequetur:

I. integri *Eporediensis bibliothecae capituli codex 35,* nobis *E* (saec. IX exeuntis)
Rosanbinus codex + *Parisini 4406 folia 1—56,* nobis **E*;
decurtati *Parisini 4414* (saec. X). *4415* (saec. IX)
Parisinus 4409 (saec. X), *Vaticanus reg. 1048* (saec. IX exeuntis), *Bernensis 263* (saec. IX).

II. integri *Parisinus nouv. acq. lat. 1631,* nobis *K* (saec. X)
Parisinus 4403, nobis *L* (saec. VIII/IX).

III. integer *Parisinus 4403 A,* nobis *Φ* (saec. IX).

IV. integer *Parisinus 4404,* nobis *N* (saec. IX);
decurtati *Parisinus 4410* (saec. IX/X), *Berolinensis Savignianus 1* (saec. X).

V. integer *Legionensis,* nobis *H* (inter a. 546 et 660).

VI. integer *Gothanus fol. 84,* nobis *G* (saec. X).

VII. integri *Eporediensis bibl. capituli codex 36,* nobis *X* (saec. IX/X)
Basileensis C III 1, nobis *C* (saec. XVI ineuntis).

VIII.	integri	*Phillippsianus Berolinensis 1761,* nobis *P* (saec. VI)
		Monacensis 22501, nobis *M* (saec. VI)
		Vaticanus Ottobonianus 2225 (saec. IX).
IX.	integer	*Parisinus 4405,* nobis *S* (saec. IX exeuntis), cum apographo
		Parisinis 16001/2 (saec. XVI).
X.	integer	*Vaticanus reg. 1128* (saec. X).

Ex libris in laterculo allatis omnes contuli praeter integros Ottobonianum 2225 ad classem *PM* pertinentem et Parisinos 16001/2 codicis *S* apographum, quos inspexi, decurtatum Berolinensem Savignianum 1, quem multo inferiorem esse perspexi quam eiusdem classis decurtatum Parisinum 4410. Praeterea in apparatu neglexi libros collatos integrum Vaticanum reg. 1128 deteriori familiae attribuendum, decurtatos Bernensem 263 et Vaticanum reginae 1048 concordantes cum Parisino 4409.

Breviarii codices ad Novellas pertinentes cum eidem sint atque Theodosianum complectentes, qui in voluminis primi Prolegomenis a Mommseno descripti sunt, hoc volumine nostra tantum interest enarrare, quae sint cuiusque libri in Novellarum parte notandae singularitates. Sed facere non potero, quin hic illic in nonnullorum codicum historiam inquiram. — Ex libris integris in volumine primo recensitis sprevi Lugdunensem 303 (Mommseno *Q* = Haenel, nov. const. 17), Montispessulanos 84 (= Haenel 18; Mommsen, Theod. I p. LXXXI) et 136 (= Haenel 24; Mommsen p. XCVI), Rosanbinum (vide infra p. XXXIII), quippe qui praesto mihi non essent.

I.

Omnes, quos huic classi supra attribui, libri decurtati originem trahunt ex dioecesi Aurelianensi. Hanc originem manifeste declarant *Vaticanus reg. 1048* et *Parisini 4415,* qui gemellus est *Parisini 4414*, archetypum (vide p. XXXIV); ex eodem atque Vaticanus archetypo descripti sunt *Parisinus 4409* et *Bernensis 263.* Aurelianensis praeterea originis est codex hodie *Parisinus lat. nouv. acq. 1631* (nobis *K*), quem correctum esse ex codice ad Parisinum 4409 proxime accedente infra (p. XXXVI) videbimus. Observatione dignum est, quod auctor Summae Parisinae ad Decretum Gratiani Parisiis saec. XII scriptae Breviarii codices sibi notos non commemorat nisi Aurelianis et Parisiis adservatos (cf. Conrat, *Quellen und Litteratur* p. 79; Mommsen, *Theod. I* p. LXXVIII; de Wretschko, *ibidem* p. CCCXLIX). His enim verbis post alia utitur: 'Sed cum Theodosianus codex' (intellegitur Breviarium) 'non sit in Lonbardia, est tamen Aurelianis et apud sanctum Dionysium' (scilicet in S. Dionysii prope Parisios monasterio). Unde iniuria saec. XII in Lombardiae bibliothecis Breviarii codices omnino defuisse colligas. Quamquam libros duos in bibliotheca capitulari Eporediensi sub numeris 35 et 36 adhuc adservatos, nostros *E* huius classis codicem primarium et *X*, Eporediae vel omnino in Italia conscriptos aut descriptos esse credi non potest. Huic rei etiam obstat, quod *X* neque minus gemellus eius, Murbacensis deperditus, novellae Valent. 19 constitutionem subiungunt ex lege R. Burgundionum depromptam et in Francorum usum a Theuderico rege Francorum (III. vel IV.) mutatam (vide infra p. XL). Gallicae igitur originis liber *X* esse videtur indidemque proficisci codicem *E* verisimile fit. Quando autem et quomodo Eporediam venerint, diiudicare non possumus. In dubio igitur relinquamus, libri laudati Eporediae num fuerint Warmundi (= Veremundi) praesulis aetate, qui initio saec. XI. litteris studiisque Eporediensibus favebat, ut multi codices iussu eius scripti (e. c. n. 20. 26. 85. 86 alii) docent.

E *Eporediensis bibliothecae capituli codex 35* saec. IX exeunte scriptus (Haenel, Brev. 16 = const. Sirmond. p. 412 not. 13; Mommsen, Theod. I p. LXVII. CXXXIV sq.) hodie folia 251 continet, quorum unum inter 158 et 159 non numeratur; pagina habet versus 32. Post Theodosiani subscriptionem sequuntur f. 134—136[r] constitutiones Sirmondianae 1—3, quarum tertiae inserta habetur novellae Theod. 3 particula (24 *obtentu* .... 70 *religionis*) ex archetypo descripta. Novellis, quae continentur f. 137—182[r], praescribitur: *Incp̄ legū novellarū lib: I* (f. 150[v] legitur: *Incip̄ divi valentiniani liber II*, cet.), subscribitur: *Expl.*

novellarum feliciter. Constitutiones codex exhibet plenas, nisi quod Theod. 22 duae leges ita in unam contrahuntur, ut primae deficienti 89 *curiales* continuo adiciatur alterius interpretatio inde a 147 *testamentum*; praeterea nov. Maioriani 7 textus ultima pars (inde a 68 *sequatur*) omittitur. — Qui codicem descripsit librarius, diligenter plerumque et accurate operam perfecit; orthographia ab aliis eiusdem aetatis libris non multum differt. — Ad legum novellarum textum recensendum codex *E* inter Breviarii libros hac re plurimum valet, quod ex archetypo, qui proxime aberat a libro *Γ*, pariter atque libri *SKL* emendatus veram saepenumero lectionem praebet. Hac de re in capite septimo, ubi de crisi Novellarum agetur, accuratius disserendum erit. Sed praeter huiusmodi lectiones, quae optimum archetypum produnt, gravissimae occurrunt interpolationes libro nostro aut cum suae classis decurtatis communes (ut Valent. 27, 62 — 35 rubr. — 35, 185) aut cum *L* (Theod. 1, 22), *S Vaticano reg. 1128* (Valent. 31, 4). Accedunt dittographiae in textum receptae, quae duas recensiones prae se ferunt; pleraeque libro *E* soli (una cum **E*) propriae sunt, paucae tantum etiam in *S* (Valent. 32, 2) aut *KL* (Marcian. 3, 23) reperiuntur. Raro utraque lectio aliis libris nobis notis confirmatur, e. c.

Theod. 3, 68/69	peccatur *(vel similiter)*] *reliqui*, spectatur *ON*, peccator expectatur *E*
— 22, 1, 34	desideret] *plerique*, demonstret *GPM*, demonstret desideret *E*
Valent. 31, 65	contemnant] *reliqui*, contineant *S*, contempnant contineant *E*
— 32, 2	recenti] *ΓL*, praesenti *plerique*, praesenti recenti (-tique *S*) *ES*.

Corruptelarum numerus haud ita parvus est (ut Theod. 1, 20 — 1, 26 — 1, 39 — 3, 4 — Valent. 14, 21 — Marcian. 2, 25 — 4, 51).

Librarius ipse alteri lectioni erasae *(E^a)* alteram hic illic superscribit *(E^b)*, qua textus vel emendatur vel corrumpitur. Praeterea variis eiusdem aetatis manibus librarii textus *(E^1)* corrigitur *(E^2)*. In margine passim emendationes variaeque lectiones adduntur scriptura diversa *(E^v)*, sed eiusdem cum textu *(E^t)* aetatis, quae, ut dittographiae modo laudatae, alterius recensionis copiam praebent; exempla sunt Theod. 1, 7 *(E^v cum GL)* — 1, 9 — 3, 58 — 15, 10 — Valent. 35, 118 *(E^v cum K^aL)* — Maiorian. 7, 66 — 7, 155 cet. — De Cuiacianae prioris a. 1566 editionis lectionibus ad librum *E* proxime accedentibus in capite sexto disseretur. — Contuli codicem *E* Eporediae aestate a. 1901.

Rosny Le Peletier-Rosanbo marchionis codex (Rosanbinus) et *Parisini lat. 4406 pars* **E* *prior* f. 1—56 (Haenel, nov. const. 7 = Brev. 17. 17a), de quibus Mommsen in volumine primo p. LXVIII sqq. egit, unius codicis olim Vesontini partes sunt. *Rosanbinus*, quem non vidi, maiorem Novellarum partem f. 81—118 continet inde a Theod. 3, 36 *puniendum* usque ad Maiorian. 7, 47 *fortasse defuerint*, ubi Novellae deficiunt. — *Parisinus 4406*, qui diversorum codicum lacinias a Petro Pithoeo in unum volumen congestas complectitur, ex manibus eius in bibliothecam Colbertinam translatus numeroque 1761 signatus est, tum in Regiam Bibliothecam venit et numerum accepit 5159. Ex quinque codicis partibus (cf. Haenel, *Brev.* p. LII sq. LXVIII sq.) prima (f. 1—56) et tertia (f. 60—67) ad editionem nostram pertinent. De foliis 60—67 ex Parisino 9652 (nobis *Ω*) avulsis, quippe quibus novellae extra Breviarium positae habeantur, in capite quarto agam. In parte prima non continentur nisi novellae Theod. 1 — 2 — 3 usque ad v. 36 *dispendio fortunarum capite* (f. 46^r—48^v); praeterea f. 45^v constitutioni Sirmondianae 3 eadem atque in *E* novellae Theod. 3 verba (24 *obtentu* .... 70 *religionis*) inseruntur. Sed quamvis parvae sint hae Novellarum particulae, tamen librum **E* et in hac parte proxime abesse a codice *E* satis perspicitur. Neque enim solum utriusque libri ordo, orthographia et compendia concordant, verum etiam lectiones singulares, emendationes, corruptelae libri *E* in textu codicis **E* redeunt; ubi duae lectiones in Eporediensi habentur, altera in textu, altera in margine, utraque in Parisini textum recipitur. Optime igitur etiam Novellis Mommseni sententia confirmatur, qui librum nostrum descriptum esse ex *E* arbitretur. Nam cum parvi momenti differentiae, quae inter utrumque codicem intercedunt, codicis **E* librario sine dubio tribuendae sint, non habemus, cur de altero archetypo cogitemus. — In apparatu varias lectiones codicis Parisiis a. 1901 collati plerumque neglexi.

Parisinus 4414 saec. X variis manibus scriptus (Haenel, nov. const. 32 = Brev. 32; *Parisin. 4414* Mommsen, Theod. I p. XCVIII), olim codex Bigotianus vel Memmianus 98, tum Regius 4980,

ex foliis 165 constat. Fol. 1ᵛ—15ʳ continetur index titulorum Breviarii cum explanatione; f. 15ᵛ et 16ʳ vacant litteris; f. 16ᵛ—147ᵛ v. 20 inest Breviarium decurtatum. Novellae incipiunt f. 102ᵛ, sed foliorum ordine a bibliopega turbato inde a nov. Theod. 2 inscriptione pergunt f. 56ʳ—72ʳ.

Parisin. 4415 *Parisinus 4415* saec. IX scriptus (Haenel, nov. const. 33 = Brev. 33; Mommsen, Theod. I p. XCIX), olim Colbertinus 2459, tum Regius 4701, constat ex foliis 118; pagina bipertita est. Duae manus discernuntur; alteri folia 1—80, alteri f. 81—118 tribuenda. Breviarium continetur f. 1—110ᵛ, Novellae habentur f. 47ʳ col. b — 64ᵛ col. b. Ex verbis Breviario f. 110ᵛ subscriptis nostrum descriptum esse apparet ex exemplari scripto *in mense decb anno XV regnante Karlo* (sic) *rege*, scilicet a. 782 extremo, a *Radulfo clerico* ... *in atrio sco aniano* (sic). Est hoc sine dubio monasterium S. Aniani[1]), quod hodie appellatur Saint-Aignan, in dioecesi Aurelianensi (cf. *Gallia Christiana* VIII, 1744, col. 1518 sqq.). Archetypum hoc decurtatum iam fuisse non credo, id quod convenit cum Mommseni sententia (*Theod. I* p. CXV), qui decurtatorum genus ab anno 788 proficisci opinabatur.

Parisini 4414. 4415 Libri in gravioribus vix discrepant; in utroque textus integer extat constitutionum Valent. 1, 3 — 23 — 27 — Maiorian. 11, praeterea nov. Valent. 18 pr. (finit 11 *polluuntur*); reliquae novellae omisso textu inscriptiones subscriptiones interpretationes servant (in Parisino 4415 deficiunt nov. Theod. 2 interpr., 3 inscr. et subscr.). Subscriptiones plenae plerumque adsunt, hic illic pleniores quam in reliquis libris: sic Valent. 1, 3 (una cum *E*¹*SL*) — 27 (in nostris solis). Proxime accedere nostros ad librum *E* permulti loci docent (ut Valent. 1, 3 subscr. — 23, 22 — 27, 37 — 27, 62 cet.). Alterutrum librum, fortasse Parisinum 4414, adhibuit Franciscus Pithoeus in apparatu exemplaris Cuiacianae editionis Paris. Réserve F². — Contuli Parisiis a. 1901 utriusque codicis inscriptiones atque subscriptiones omnes, textum nov. Valent. 1, 3 — 18 — 23, passim nov. Valent. 27 et Maiorian. 11; in apparatum selectas tantum lectiones recepi.

Parisin. 4409 *Parisinus 4409* (Haenel, nov. const. 28 = Brev. 38; Mommsen, Theod. I p. XCVII sq.) saec. X diversorum manibus scriptus est. Codex regis Caroli IX (1560—1574) sigillo ornatus et numeris MXCVII (Rigault), 1197 (Dupuy), 5184 signatus ex foliis 183 constat. F. 1—124 conveniunt cum libris Vaticano reg. 1048 et Bernensi 263; f. 124—183 propria habent in capite quinto tractanda. Index titulorum Breviarii incipit f. 10ᵛ, Breviarium decurtatum continetur f. 17ʳ—120ʳ, Novellae insunt f. 65ʳ—82ᵛ. — Libro usus est P. Pithoeus filius: qui in Sichardianae exemplari suo, hodie Paris. Réserve F 380, rubricam f. 17ʳ Breviario praescriptam ad verbum sub nota 'vet.' repetivit (*vet. Incipit Lex Romana. In hoc cpe continentur* cet.), nonnullas praeterea lectiones nostro soli proprias in margine adscripsit. — Varias lectiones et in textu et ad marginem libri *K* a librario ipso adscriptas ex codice aliquo decurtato depromptas esse prope accedente ad Parisinum 4409 infra (p. XXXVI) demonstrabitur.

Vatican. reg. 1048 *Vaticanus reginae 1048* (Haenel, nov. const. 34 = Brev. 39; Mommsen, Theod. I p. XCVII. C) saec. IX exeunte Aurelianis vel in regione Aurelianensi scriptus est, ut ex verbis his ad marginem f. 205ʳ a librario ipso adscriptis apparet: *Domino sanctissimo atq: amantissimo Gualtrio eporum eximio humilis congregatio salutem in dno*. Gualtrius (= Walterius) a. 870—891 Aurelianensis ecclesiae episcopus fuit (cf. *Gallia Christiana* VIII col. 1426; Migne, *Patrologia* 119; Mansi 15, 503; Werminghoff, *Neues Archiv* 26, 643). In superiore margine eiusdem folii 205ʳ legitur: *Rotbertus comes duxque manasses*. Ad posterius tempus spectant verba fere deleta, quae in margine inferiore folii, quod codici ipsi praefixum est, inveniuntur sic legenda: *iste liber est communitatis frm. franciscan. in mnr sci (?)* .... (ultimum verbum legere nequivi). Aurelianos quoque ducit nomen *Petri Danielis Aurel(ianensis)* advocati et praefecti abbatiae S. Benedicti Floriacensis eidem folio inscriptum, cuius bibliothecam ex monasteriis Aurelianensibus vel in dioecesi Aurelianensi positis comparatam esse constat (cf. Haenel, *Catalogi Librorum Manuscriptorum*, Lipsiae 1830, [illegible] Delisle, *Cabinet des Manuscrits*, 1868 sqq., I p. 287 sq. II p. 364 sqq.; *Catalogue général*

---

1) Commemoratur, quae folio 34ᵛ codicis Vaticani reg. 982 (antea A. Petavii) continetur, *Donatio* [illegible] *Roberti ad fratres S. Aniani*.

des Manuscrits. Départements XII, 1889, p. III sqq.)[1]). Post Danielis mortem codex in Petaviorum manus venit; ad Pauli Petavii bibliothecam fortasse spectat numerus *H 35* folio 1^r inscriptus (cf. quae Delisle *l. l.* I p. 287 not. 9 exposuit). Deinde a Christina regina adquisitus a. demum 1690 in Vaticanam translatus est (vide laterculum p. XXVI propositum). — Liber constat ex foliis 228 eadem complectentibus atque Parisini 4409 folia 1—124. Index titulorum Breviarii incipit f. 21^v, Breviarium decurtatum continetur f. 36^v—224^r, Novellae insunt foliis 124^r—147^v.

Bernensis 263 (Haenel, nov. const. 37 = Brev. 40; Mommsen, Theod. I p. XCV. XCVII) *Bernensis 263* saec. IX scriptus, Sichardi et Amerbachii temporibus Argentoratensis, quando Argentoratum venerit, diiudicari non potest. Sed verisimile mihi videtur tumultibus a. circiter 1592 ortis inter evangelicae et catholicae fidei addictos nostrum cum aliis libris Argentoratensibus a Iacobo Bongarsio Aurelianensi (1554—1612) comparatum Bernam postea translatum esse (cf. I. R. Sinner, *Catalogus codicum mss. bibliothecae Bernensis,* 1760, p. VII; Hagen, *Catalogus codicum Bernensium [Bibliothecae Bongarsianae],* Bernae 1875, p. XIV—XX). Constat ex foliis 165; Breviarium decurtatum continetur f. 14^v—161^r, Novellae incipiunt f. 56^r. Ex nostro descripta sunt codicis Basileensis C III 1 folia ε—ϑ, ϰ—ν et 189. 190 (vide infra p. XXXIX); librum adhibuit Sichardus.

Libri tres supra descripti vix variant. Novellis praescribitur: *In nomine dni nri* *Paris. 4409* *IHV XPI incipit novellarum lib I* (vel *primus*), subscribitur: *explc legum novell felicit am.* *Vat. reg. 1048* Omnes textum integrum exhibent constitutionum Valent. 1, 3 — 23 — 27, novellae Valent. 18 *Bern. 263* verba servant inde a 12 *tua hac nos,* sed omissis subscriptione et interpretatione (in Vat. reg. 1048 etiam inscriptio deest); praeterea principium habent novellarum Theod. 1 (def. 4 *pallore*) — 2 (def. 3/4 *promulgavit*) — 9 (def. 3 *committere*). Reliquarum novellarum fere omnium inscriptiones subscriptiones interpretationes extant, exceptis Theod. 22, 2, quae tota excidit, Valent. 35, ubi subscriptio deest. (In Parisino 4409 Theod. 15 interpretatio, 16 rubrica inscriptio interpretatio alia eiusdem aetatis manu adduntur in margine.) — Neque in minoribus libri discrepant, ita ut eisdem utantur compendiis vel corruptis. Quaedam singularitates communes eis sunt cum libro *E* et decurtatis Parisinis 4414. 4415 (cf. Theod. 16, 103 — Valent. 27, 62 — 35 rubr. — 35, 185 — Marcian. 1 rubr.). Concordant porro glossae in libris duobus Parisino 4409 et Vaticano reg. 1048 a librariis ipsis ex communi archetypo ad marginem adscriptae, quarum graviores Haenelius edidit (*Brev.* p. 459 sqq. et XXIV; vide etiam Conrat, *Quellen* p. 251). — *Parisinus 4409* a librariis diligentioribus et accuratioribus scriptus Vaticano 1048 et Bernensi 263 hac potissimum re praestat, quod f. 65^v—67^r post nov. Theod. 2 inscriptionem inveniuntur novellarum Theod. 1 textus plenus cum subscriptione et Theod. 2 rubrica inscriptio textus plenus ex alio archetypo deprompti. Primae enim novellae Theod. textus, qui proxime abest a Theodosiani libris *AO*, optimas plerumque lectiones exhibet, ut in capite septimo explicabitur.

Contuli totos Parisinum 4409 Parisiis a. 1901, Vaticanum reg. 1048 Romae eodem anno, Bernensem 263 Berolinum a. 1900 missum usque ad nov. Valent. 31. In apparatum exceptis paucis locis non recepi nisi Parisini 4409 lectiones selectas.

II.

Parisinus Lat. Nouv. Acq. 1631, antea bibliothecae publicae Aurelianensis n. 207 *K* (Haenel, nov. const. 16 = Brev. 13; Catalogue général des Manuscrits, Départements XII p. 121; Mommsen, Theod. I p. LXXVIII sq.) saec. X variis manibus Aurelianis ipsis vel in regione Aurelianensi scriptus est, unde plerosque praecedentis classis libros originem ducere vidimus. Quare nostrum ipsum ab auctore Summae Parisinae ad Decretum Gratiani scriptae significari, ut Mommseno (*Theod. I* p. LXXVIII; vide supra p. XXXII) videbatur,

---

[1]) Mommsen librum Ranconeti fuisse statuit (*Theod. I* p. LXXVI not. 1); hoc quamquam pro certo probatum esse non videtur, tamen eis, quae supra exposui, non obstat. Nam codicem post Ranconeti mortem (a. 1559) in Danielis manus venisse veri absimile non est. Ita Vaticani reg. 520 folio 121^r inscripta est nota: *Ex libb. Petri Danielis Aurel. 1560,* unde hoc ipso anno folia haec adquisita ab eo esse discimur. De altero libro a. 1560 a Daniele adquisito, scilicet Leidensi Vossiano F 12, Girardus certiorem me fecit.

verisimile non est. — Codex constat ex foliis 173. Novellae, quas ex archetypo iam mutilo descriptas habet, continentur f. 27—34, 38—49r; Theodosianae incipiunt f. 27r a nov. Theod. 14, 56 *non venientibus*, pergunt f. 29—34; folium 34 excipit folium 28 deficiens in pagina versa nov. Theod. 22, 2, 129 *lucrum*; reliqua huius paginae pars inde a v. 10 vacat litteris. Folia 35—37 ex Theodosiano transposita ad Novellas non pertinent: f. 35 leguntur Theod. 11, 37, 1 interpretatio inde a *sine dubio* usque ad 11, 39, 10 interpr. *professionis inmemores*, f. 36/37 habentur Theod. 4, 8, 6 (p. 182, 10) *emptionis* usque ad 4, 13, 1 interpr. *merces deportant*, id quod Girardo debeo. F. 38 incipit a nov. Valent. 35, 87 *et eodem*; sequuntur novellae Marciani 1—5 (f. 40r—45r), Maioriani 7 et 11 (f. 45r—48r), Severi 1. Novellis f. 49r subscribitur: *Explicit ex novella leḡ. lib̄. V.* — Librarii codicem neglegenter descripserunt; emendationes, quae parvi tantum momenti sunt, ad eos ipsos redeunt (K^b). Qui f. 38—49r scripsit librarius, saepius et in textu (K^b) et ad marginem (K^e) interpretationum varias lectiones adiecit ex libro decurtato depromptas, qui proxime accedit ad *Parisinum 4409*; eiusmodi exempla in apparatu notavi ad Valent. 35, 138 — 35, 140 — 35, 171 — 35, 186 — Maiorian. 7, 128 — Sev. 1, 25, alios locos.

L *Parisinus 4403* saec. VIII exeuntis vel IX incipientis (Haenel, nov. const. 13 = Brev. 12; Mommsen, Theod. I p. LXXVII sq.), numeris CIƆLXVIII (Rigault), 1165 (Dupuy), 5182 signatus hodie ex foliis 209 constat, quorum duo bis numerantur. — Theodosiano (f. 123r) subscribitur: *explicit theudn̄i lib̄ XVI felicyter. Incipiunt tituli ex auctoritate novelle legis divi theudosiani*; sequitur index titulorum Novellarum, Gai, Pauli, Gregoriani, Hermogeniani, Appendicum. Novellae ipsae continentur f. 125r—160v; transposita sunt folia 137 et 138. Theodosianis inscribitur: *Incipit lib̄ novelle legis divi theod̄ ā*; in fine Novellarum legitur: *explicit lib̄ noulle legis V.* — Orthographia barbarismis abundat; compendiorum solita forma, ut in *K*, plerumque retinetur. Emendationes non reperiuntur. — Codex inter libros integros et decurtatos medius, similiter atque Φ, prima breviationis vestigia exhibet; prorsus enim deficiunt novellarum Theod. 3 — 9 — 22, 1 et 2 verba, pars tantum extat nov. Theod. 2 (def. 7 *obtinere*) — 15, 1 (def. 4/5 *committi*) — Maiorian. 7 (def. 44 *obsequantur*). Inscriptiones omittuntur Theod. 9 et 22, 1; subscriptiones semper breviatae sunt, saepius vocabulum *dat.* tantum servatur.

KL Libri *KL*, quamquam forma et rebus quas continent valde differunt, tamen, ubi uterque extat, raro dissentiunt. Saepenumero easdem atque libri *ES(Φ)* lectiones proponunt a reliquis Breviarii codicibus alienas et verum una cum Γ exhibentes, ut in capite septimo demonstrabitur. Contra propriae iis sunt contaminationes, quae, similiter atque in libro *E* per duplicem lectionem duas recensiones repraesentantes, in Marcianis et Maiorianis solis occurrunt. Huiusmodi loci gravissimi Marcian. 1, 33 — 5, 10 — 5, 12 — Maiorian. 7, 4, quibus nostri et melioris et deterioris familiae lectiones exhibent, in capite septimo tractabuntur; commemoratione digni praeterea sunt Marcian. 1, 10 — 1, 41 — 2, 25 — 3, 23 — 5, 36 — 5, 47. — Ubi *K* et *L* dissentiunt, hic semper illi praestat, exceptis paucis locis, ubi K^bK^e communem utriusque codicis lectionem emendant vel omissa addunt (ut Valent. 35, 121/122 — 35, 164 — Marcian. 1, 77 — Maiorian. 7, 139). — Contuli librum *K* Berolinum missum a. 1900 totum, tum Parisiis a. 1901 codicis *L* novellas in *K* deficientes omnes; novellarum Marciani, Maioriani, Severi singulares tantum lectiones in *L* examinavi, novellas denique Theod. 14 — 16 — 20 — 22, 1 — 22, 2 neque minus indicem mea causa intercedente Girardo contulit Henricus Lebègue Parisinus.

III.

Φ *Parisinus 4403 A* saec. IX (Haenel, nov. const. 25 = Brev. 26; Mommsen, Theod. I p. XCVII), olim Claudii Puteani, cuius nomen folio 1r inscribitur, tum Regius 5185 et 4407, constat ex foliis 213. Breviarium continetur f. 29—213: index complectitur folia 29—35v, Theodosianus f. 35v—115r, Novellae f. 115r—160v habentur. In fine Theodosiani legitur: *Legum veterum explicit liber XVI*, novellis Theodosianis praescribitur: *Incp̄ novellarum theodosi liber I*, Novellis subscribitur: *Lib̄ severi expl̄.* — Singularem inter libros nostros locum obtinet: qui eum descripsit librarius, similiter atque Willelmus Malmes-

buriensis in conscribendo Oxoniensi (nobis *O*), archetypum hic illic breviavit. Ita Marcian. 4 verbis 45 *libertam* . . . 48 *praefuit* ab imperatore ex vv. 17—19 repetitis substituit *vel quae supra iam sunt designatae personae.* Eodem pertinet, quod subscriptiones omnes (ut in *L*), excepta nov. Theod. 2, omittuntur, quod constitutionum octo Theod. 9 — 14 — 15 — 22, 1 — 22, 2 — Valent. 14 — 35 — Sev. 1 verba integra deficiunt, ex parte tantum servantur Theod. 13 (def. 21 *edictis*) — Valent. 32 (def. 67 *conflictum*). Ubi textus vel plenus vel imperfectus extat, interpretationes desunt; nov. Valent. 19 sola et textum et interpretationem exhibet. — Librum in Novellis recensendis nequaquam contemnendum praeter ceteros codices adhibuit Franciscus Pithoeus, qui varias lectiones ex eo depromptas in Cuiacianae editionis prioris exemplari suo, hodie Parisinae bibliothecae Réserve F^{3}, adscripsit. Post Fr. Pithoeum, ad quem verba codici inscripta '*1585 contuli*' fortasse pertinent, 'Anianum Puteani' inspexit Gothofredus; ipse eum contuli Parisiis a. 1901.

IV.

Parisinus 4404 saec. IX (Haenel, nov. const. 14 = Brev. 4; Mommsen, Theod. I p. LXXI sq.) e Gallia Narbonensi in bibliothecam Colbertinam a. 1682 delatus, ubi numerum accepit 2436 (cf. Montfaucon. II p. 960 A), tum Regius 4890 (cf. Montfaucon. II p. 753 B), ex foliis 234 constat; pagina bipertita est. Breviarium continetur f. 2^{v}—178^{v}, index titulorum inest f. 4^{r}—14^{r}, Theodosianus f. 14^{v}—108^{v}. Novellae, quae folia 108^{v}—134^{r} complectuntur, mutilae sunt. Nam quaternionem XV finientem in nov. Theod. 16, 9 *fidem*, excisis quaternionibus duobus, excipit (f. 116) quat. XVIII incipiens a nov. Valent. 27, 52 *eadem manebit*; reliquae Breviarii novellae adsunt plenae. — Librum contuli Parisiis a. 1901. *N*

Parisinus 4410 saec. IX/X (Haenel, nov. const. 29 = Brev. 30; Mommsen, Theod. I p. XCVIII), numeris DXXIX (Rigault) — 565 (Dupuy) — 5159 signatus, ex foliis 155 constat, quae diversorum librorum lacinias repraesentant; folium unum avulsum hodie Parisini 4406 f. 68 factum est. Novellae continentur f. 75^{r}—94^{v}; verba ipsa servantur constitutionum Theod. 1 — 2 — Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27 — Maiorian. 11; reliquae novellae omisso textu non exhibent nisi inscriptiones, subscriptiones, interpretationes. — Librum contuli Parisiis a. 1901. *Parisin. 4410*

Berolinensis Savignianus 1 saec. X (Haenel, nov. const. 38 = Brev. 34; Mommsen, Theod. I p. XCVI: N*) hodie constat ex foliis 149. Breviarium initio mutilum continetur f. 1—147; Novellae incipiunt f. 74^{r}, finiunt f. 89^{r}: integrae servantur constitutiones Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27; reliquarum extant inscriptiones, subscriptiones, interpretationes. — Contuli novellas modo laudatas, examinavi inscriptiones subscriptionesque omnes. *Savign.*

Parisinus 4410 et Savignianus, ubi extant, semper fere congruunt cum libro *N*: eisdem utuntur compendiis, singulis libris eadem fere praescribuntur et subscribuntur, novellarum porro rubricae, inscriptiones, subscriptiones cum in veris tum in corruptis aut omissis plerumque consentiunt (cf. Theod. 13 rubr. — Valent. 32 rubr. — Marcian. 3 inscr. — 3 subscr.). Eadem valent de constitutionum verbis ipsis, in quibus vix ullus dissensus apparet. Sed ibi tantum alicuius momenti sunt decurtati duo, ubi libro *N* deficiente soli commune archetypum repraesentant, scilicet inde a nov. Theod. 16, 9 usque ad Valent. 27, 52. — Ubi differunt Parisinus 4410 et Savignianus, ille semper fere praeferendus est huic saepenumero hianti (ut Theod. 11 rubr. — Valent. 21, 2 inscr., item Valent. 25 inscr., Sev. 1 inscr. *et patricio* om. *Savign.* — Valent. 25 subscr. *prop.* . . . *uc.* om. *Savign.*, *def. N* — Marcian. 2 subscr. *scripta* . . . *privatarum* om. *Savign.* — Maiorian. 11 inscr. *com.* . . . . *patricio* om. *Savign.*). Rarissime Savignianum praestare Parisino repperi, eis potissimum locis, ubi pristinus Savigniani textus altera eiusdem certe aetatis manu emendatur (ut Valent. 18, 7 — 23, 23 — 23, 39 — 27, 9). Quae cum ita sint, considerantibus novellarum Theod. 1 — 2 — Maiorian. 11 textum in Savigniano deficientem servari in Parisino dubium esse non potest, quin hic et aetate princeps melior sit illo. Quem cum in apparatu prorsus neglexerim, *Parisini 4410* lectiones, ubi *N* deest, passim recepi. *N* *Parisin. 4410* *Savign.*

V.

H *Legionensis codex rescriptus*, quem Mommsen (*Theod. I* p. LXX sq.) accuratissime descripsit, a. 1887 Legione in Hispania repertus ibi in tabulario ecclesiae cathedralis adservatur. Constat hodie ex foliis 185; scriptura prior inter annos 546 et circiter 660 confecta fol. 81—185 Breviarium mutilissimum complectitur. Ex Novellis supersunt Theod. 1 — 2 — 3 — 9 — 11 (deficit 29 *fecissent*) — 16 (incipit 73/74 *sed quasi*) — 20 — 22, 1 (def. 23 *ratiociniis*) — 22, 2 (incipit 31 *etiam curialium*) — Valent. 14 — 18 (def. 22 *quaeratur*) — 32 (incipit 8 *non mediocris*) — 33 — 35 (def. 10 *in civili*, redit 107 *magis deceat*) — Marcian. 1 — 2 — 3 — 4 (def. 18 *lenonis*) — Maiorian. 7 (def. 47 *copulentur*, redit 93 *inferendum*) — 11 — Sev. 1 (def. 6 *alterum*). — Ipsius codicis copia cum mihi non esset, editionem Matritensem adhibens, cuius vitia Mommsen *(l. l.)* exposuit, saepenumero lectiones, de quibus dubitarem, interrogationis signo distinxi. — Codicem ab homine imperito descriptum, quamquam aetate excellit, ad crisin parvi tantum momenti esse in capite septimo explicabitur. Observatione dignum est, quod in margine interpretationum breves hic illic adnotationes adiectae sunt (ut ad cod. Theod. 4, 4, 1 — 4, 9, 1 — 4, 15, 1 cet., ad novellas Valent. 35 — Marcian. 1 — Maiorian. 7), quae haud ita longe post Breviarium Alaricianum confectum in Hispania scriptae vetustissima vel explanationum (cf. Haenel, *Brev.* p. 5 sqq. XXIII sqq.; Conrat, *Quellen* p. 218 sqq.) vel summarum exempla repraesentant.

VI.

G *Gothanus fol. n. 84,* olim Mogontiacensis, saec. X (Haenel, nov. const. 22 = Brev. 7; Blume, MG. LL. 4 p. XXXVII; Mommsen, Theod. I p. LXXII) ex duobus archetypis descriptus est. Alterius apographum f. 224—335 Breviarium complectitur; Novellae continentur f. 285ᵛ—307ʳ. Novellae Valent. 35 interpretationi f. 303ʳ adnexae sunt particulae novellarum Marcian. 1 et 4 ita coniunctae, ut post Marcian. 1, 57 *et necessariis* ... 69 *puniuntur* sequantur 1, 1 *edictum* ... 3 *venalem*, 1, 35 *neglexisse* ... 40 *adversarios*, deinde Marcian. 4, 19 *vetitis* ... 31 *sordentibus*, 4, 51 *harum* ... 61 *pervenire;* tum post Marcian. 4 subscriptionem et rubricam *Explicit novellarum divi Valentiniani augusti. Incipit novellarum divi Marciani augusti liber* leguntur nov. Marcian. 1 titulus et praescripto *Intep̄* (pro *Impp̄*) inscriptio, textus principium (usque ad 2 *gestienti*), subscriptio, interpretatio, deinde novellae Marcian. 2 integra, 3 et 4 omisso textu. Reliquarum novellarum neque ordo perturbatus est neque verba desunt.

Librarius ipse saepenumero aut scripturae menda leviora in textu emendavit *(G^b)* aut varias lectiones vel coniecturas in margine adscripsit *(G^v)*. Nihilominus textus dittographiis et amplioribus et minoribus abundat. A quibus distinguendae sunt lectiones, quae, ut in codicibus *EKL*, duplicem recensionem repraesentant; eas ex archetypo ipso proficisci Mommsen *(l. l.)* optimo iure collegit. Textus eiusmodi duplices lectiones raro exhibet, e. c. Theod. 1, 45 — Valent. 27, 56. Plerumque alteri lectioni in textum receptae *(G^t)* altera addito vocabulo *(ve)l* in margine adscribitur *(G^v)*. Haec semper fere verum una cum plerisque libris habet; ubi dissentit ab eis, corrupta est (ut Valent. 35, 183). Contra G^t plerumque lectiones proponit sibi proprias neque ullius fidei (ut Valent. 19, 2 — 32 subscr. — 35, 124 — Maiorian. 11, 11); quae communes ei sunt cum aliis libris, archetypum, a quo G^t in Novellis pendere solet, proxime accedere ostendunt ad libros *S* et *PM* (ut Valent. 35, 165 — 35, 183 — Maiorian. 7, 140 — 11, 18). Quocum optime convenit — id quod in capite septimo demonstrabitur — librum *G* una cum *(XC)PMS* inter deteriores familiae codices esse referendum. — Praeter lectiones modo tractatas aliae passim in margine reperiuntur nota praemissa *id (est)* distinctae, quae ex archetypone descriptae [illegible] librario nostro tribuendae in dubio relinquamus (tales e. c. sunt Theod. 1, 26 [illegible]] *G^v cum plerisque, clintia G^t* — 15, 1, 17/18 *semiplena*] *simi. poena G^t, semel poena G^v* — [illegible] 31, 30 *repleti*] *G^v cum plerisque, patriati G^t*, al.). — Gothanum Berolinum missum [illegible] — Ex nostro, quem Sichardus adhibuit, descripta sunt codicis Basileensis

C III 1 folia A—J (vide infra); fol. A habetur novella Theod. 1, cuius verba ex libri nostri folio 285ᵛ deprompta et ante Theodosianum collocata Cochlaeus hic illic emendans vel corrumpens descripsit.

VII.

Eporediensis bibliothecae capituli codex n. 36 (Mommsen, Theod. I p. LXXIV) saec. IX/X paginis bipertitis exaratus est. Foliorum magna pars periit; exciderunt enim septem priores quaterniones et posteriores duo, praeterea quat. VIII f. 5, XIV f. 8, XVI f. 1. 2. 6, XVIIII f. 1, XXIIII f. 1—3, XXVI f. 2, XXXI f. 6, ita ut ex 181 tantum foliis codex hodie constet; continet Breviarium mutilum. Novellae foliis 92—141 insunt; singulis libris praemittitur index titulorum. Theodosianae quat. XVIIII folio 1 exciso incipiunt nov. 1, 2 *propositis*. Valentinianae sequuntur f. 108ᵛ—130 praemisso indice, cui praescribitur *T̄ legū divi valentini ā.*, subscribitur *Finiunt tituli divi valentn Ā.* Quaternionis XXIIII foliis 1—3 excisis desunt Valent. 35, 205 *finalis actio* usque ad Marcian. 1, 80 *simili etiam*; reliqua adsunt f. 131—141. — Liber, quem Eporediae aestate a. 1901 contuli, scriptus est a librario imperito, qui archetypi vitia ad verbum et litteram expressit. *X*

Basileensis bibliothecae publicae codex C III 1 (Haenel, nov. const. 23 = Brev. 8; Mommsen, Theod. I p. LXXIII sq. XCV sq.) diversorum codicum apographa sive plena sive ex parte continet saec. XVI ineunte Amerbachii iussu confecta, scilicet [1]) fol. A—J Gothani (nobis *G*) apographum usque ad Theod. 2, 14, 1, praemissa nov. Theod. 1, [2]) fol. *α — ε* codicis cuiusdam epitomen Aegidianam complectentis usque ad Theod. 2, 24, 1, [3]) fol. *ε—ϑ*, *κ—ν* Bernensis 263 usque ad Theod. 2, 24, 1 (vide p. XXXV), [4]) f. 1—189 Murbacensis libri hodie deperditi apographum incipiens Theod. 2, 25, 1, 15, finiens Paul. 5, 20, 1, [5]) f. 189. 190 Bernensis 263 inde a Paul. 5, 20, 1 ad finem. *C*

Ad Novellas non pertinent nisi apographa duo sub [1]) (ex *G*) et [4]) (ex Murbacensi) laudata. Novella Theod. 1 in utroque habetur; priorem recensionem fol. A ex Gothano descriptam supra breviter attigi, quam in apparatu neglectam in usum meum contulit amicus Fridericus Muenzer; altera huius novellae recensio, scilicet Murbacensis, in principio novellarum Theodosii invenitur. Novellae in hoc Murbacensis apographo (nobis *C*) continentur f. 84ʳ—127ʳ; singulis libris index titulorum praemittitur; praescribitur *Novell. Lib.* (sequitur *Tituli Legum Novellarum Divi Theodosii*), subscribitur *Novellarum Legum Finis.* Numeri constitutionum omittuntur. Textus vitia ab archetypo Murbacensi et a gemello eius *X* proposita Amerbachii amanuensis inter scribendum emendavit (ut Marcian. 2, 23/24); at passim corruptas archetypi lectiones interpolavit (ut Valent. 14 rubr. — 25, 13 — 32, 64/65); quin etiam, ubi nihil corruptum erat, verae lectioni aliam substituit (ut Valent. 21, 2, 9 — Maiorian. 7, 1); proprio denique arbitrio saepissime verborum ordinem mutavit (ut Theod. 3, 50 — Valent. 21, 1, 31 — 25, 4/5 — 31, 42 — 33, 10). Quae legere non potuit, spatio vacuo, ut in Theodosiano, relicto omisit (ut Theod. 22, 2, 73 — Valent. 25, 25 — Maiorian. 7, 34). Eiusmodi hiatus Amerbachius hic illic sua manu explevit *(C^2)*, sive ex archetypo (ut Theod. 16, 36/37 — 16, 44 — 16, 63 — 16, 107) sive coniectura (ut Theod. 9, 6); item nonnullis locis lectiones ex Murbacensi descriptas et cum *X* concordantes ex Bernensi 263 (scil. 'Argentinensi') vel coniectura emendavit (ut Theod. 16, 75/76 — 16, 105) aut corrupit (ut Theod. 16, 27 — 16, 42/43). — Basileensem Berolinum a. 1900 missum excepta priore novellae Theod. 1 recensione ipse contuli.

Ex supra dictis Basileense apographum correctum saepenumero discedere ab archetypo Murbacensi apparet. Qui quamquam inferior erat Eporediensi *X*, tamen non desunt menda huic soli propria, ut hiatus (Theod. 1, 46/47 — 16, 25 — 22, 1, 36 — Maiorian. 7, 74/75 — 11, 19/20) vel corruptelae (Theod. 1, 44 — 3, 20/21 — Valent. 23, 23). Sed in universum libri duo *XC* et in maioribus et in minoribus consonant; lectiones singulares permultas utrique communes, quas in apparatu reperies, afferre supervacuum est. Communem autem originem evidenter evincunt insiticia duo Novellarum textui inserta. Alterum novellae Valent. 19 interpretationi subiunctum (*X* f. 111, *C* f. 102) legis R. Burgundionum titulum 2 'de homicidiis' ad Francorum usum mutatum continet. Subieci textum eius, quem ad libros nostros et Sichardianam (f. 96ʳ) collatum ex lege R. Burg. sanare studui: *XC*

Interp. de homicidio voluntario.

De interempti pretio principis est expectanda sententia. Quia de pretio occisorum nihil evidenter lex Romana constituit, dominus noster ⟨*Theudericus rex Francorum*⟩ *statuit observari, ut si ingenuus ab ingenuo fuerit interemptus et homicida ad ecclesiam confugerit, is ipse qui homicidium admisit cum medietate bonorum suorum occisi heredibus serviturus addicatur, reliqua medietas facultatis eius heredibus relinquatur. Qui vero armatus se in ecclesia tueri temptaverit, qualiter lex Theudosiani libro nono [ad Antiochum data iubet], cum conscientia [episcopi] abstrahatur. Si servus cuiuscumque occisus fuerit ab ingenuo et ipse homicida ad ecclesiam convolaverit, secundum servi qualitatem .... cogatur exsolvere, hoc est pro actore centum, pro aurifice electo centum, pro ministeriali sexaginta, pro fabro ferrario quinquaginta, pro carpentario quadraginta, pro aratore triginta, pro porcario* ⟨*aut birbicario aut aliis servis*⟩ *triginta solidi inferantur. Homicidam tam ingenuum quam servum, si extra ecclesiam invenitur, damnari,* ⟨*si voluntarie factum fuerit*⟩. *Si vero ad ecclesiam servus homicidii reus forte confugerit, indulta vita pro eo quem occidit ipse deserviat.*

1 uolūptarię *X* 2 p̄tii *X* 3 theodericus *C* 4/5 his ipse *X*, ille *Sichard.*, *vacuo spatio relicto om. C* 6 medietatis *X* eius] eius homicidae *Burg. plerique* derelinquatur *Burg.* 7 theudosiani] *scripsimus cum Burg.*, theudosii in *XC Sichard.* nono] *sic X*, ix *Sichard.*, octauo *C* 7/8 [ad antiochum data iubet] cum conscientia [episcopi] abstrahatur] *supplevimus ex Burg., ubi 2, 3 habetur:* quia lex theudosiani libro nono ad antiochum data .... permittit, *2, 4:* secundum legem ipsam cum conscientia episcopi abstrahatur; *libri XC et Sichard. post vacuum spatium relictum non servant nisi* cum conscientia abstrahatur 8 cuiuscumque] *scripsimus cum Burg. plerisque*, cuiusque *X*C^b *Sichard.*, cuiusque qui C^a 9 conuolauerit] conualuerit *X* qualitatem .... cogatur] qualitate ēi rescripte cogatur *X*, qualitate eius res scriptis cogatur *C*; *locus in libris XC corruptus ex Burg. sanandus:* qualitatem infra scripta dn̄o eius pretia cogatur 10 ministerialem *X* 12 solidi inferantur] sol̄ inferantur *Burg.*, solidos inferatur *XC Sichard.* ingenuum] in ingenuum C^a 13 inueniatur *Burg.* damnari] *scrib.* morte damnari *cum Burg. plerisque* uolumptarię *X* *ante* factum *supplendum* homicidium 14 ipse deseruiat] *sic Burg.*, ipse etc. *Sichard.*, ipse *XC*

Ut libro *H* propria est constitutio Theudis regis Visigothorum 'de litium expensis' post Theodosiani legem 4, 18, 2 [= Brev. 4, 16, 2] a. 546 adiecta (cf. Mommsen, *Theod. I* p. LXXI), ita nostri *XC* novellae Valent. 19 alterius interpretationis loco subiunctam habent Theuderici regis Francorum legem. Quam deprompta m ex lege R. Burgundionum, inverso quidem paragraphorum ordine, additis paucis (quae ⟨ ⟩ uncis saepsi), receptam esse in ius Francorum manifestum est. Theudericus autem rex fueritne huius nominis tertius, qui a. 673—691 regnavit, an quartus, qui a. 720 Dagoberto tertio successit, diiudicari non potest. Sed hoc certum est, cum lex Theudiana regis ipsius iussu Breviario in Hispania vigenti insereretur, constitutionem nostram ab eo, qui librorum *X* et Murbacensis archetypum Theuderici regis aetate in Gallia scripsit, propria sponte novellae laudatae additam esse. Similiter in codice hodie deperdito, olim Pithoeano, Edicto Theuderici Italiae regis a librario adnexae erant eiusdem legis Theuderici Francorum regis paragraphi duo (cf. *MG. LL. 5* p. 168; *LL. Nat. Germ. II, 1* [1892] p. 21). — Ad hanc constitutionem pertinent quae P. Pithoeus filius indici Sichardianae exemplaris *Paris. Réserve F 380* adscripsit: *Qui in hunc codicem*[1]) *ƒ* (= f. deletum) *παράτιτλα scripsit si modo idem est qui et in Novellas scripsit Francus fuit. Nam et Theodericum francorum regem dn̄um suum appellat et franci(cis) verbis saepe utitur ut servo birbicario 96 pro pastore ovium quas Franci brebis appellant et menandi verbo: In sentent(iis) Pauli lib. 1 Tit. de servitutib(us)* (= Brev. Paul. 1, 17, 1 interpr., ubi ad Sichardianae vocabulum 'movere' a Pithoeo f. 132^v adscribitur *vel. minare*, ut Girardus mecum communicavit). *Regnavit autem Theodericus anno Chryst. 667 (?).* Optimo igitur iure Pithoeus insiticium Sichardianae fol. 96^r ex libro *C* sub interpretationis titulo insertum francicae originis esse collegit ex verbi 'birbicario' usu. Eius-

[1]) Verba in summo margine a Pithoeo scripta: *Hunc codicem Accurs. citat in l. 5 C. de delatoribus* spectant ad Accursii glossam ad cod. Iust. 10, 11 de delatoribus l. 5 allatam, ubi post alia leguntur 'nam ut dicunt contineri in Theodosiano codice' cet. Intellegit autem Accursius Azonis magistri lecturam, qui ad eiusdem legis vocem 'ferro' notavit: 'ferro enim caput et lingua abscindenda, ut in Theodosiano tit. eo h(abetur)' (= Theod. 10, 10, 2. 3 [Brev. 10, 5, 1. 2] tit. 'de petitionibus et ultro datis et delatoribus').

dem nationis fuisse putavit 'veteris' librarium, qui in Pauli sententiarum interpretatione citata 'minandi' vocabulo pro 'movendi' uteretur. Sed iniuria 'codicis' Theodosiani, 'Novellarum', alias interpretationes Alaricianas, quas Sichardum (in praef. α 3v) secutus nomine 'παράτιτλα' significat, scriptas (scil. additas) esse ab homine Franco arbitratus est.

Alterum insiticium libris *XC* commune, quod in fine textus nov. Maioriani 11 nullo intervallo interposito reperitur (*X* f. 140, *C* f. 126), in apparatu novellae laudatae (p. 178) ad v. 20 dedi *(illud quoque .... capitali supplicio subiacebit)*.

VIII.

Phillippsianus Berolinensis 1761 saec. VI (Rose n. 159; Haenel, nov. const. 12 = Brev. 2; Mommsen, Theod. I p. LXXV; Traube, Enarratio Tabularum ad Theod. I p. III sq.), olim 'e(cclesiae) Lugd(unensis)', deinde Claromontanus 614, tum Meermanni 599. Novellae continentur f. 162v—225v; duobus inter f. 189 et 190 foliis excisis desunt nov. Valent. 23, 12 *occasus* usque ad 25, 18/19 *adhibemus*. — Librum contuli a. 1900. *P*

Monacensis lat. 22501 (= D 2; Haenel, nov. const. 11 = Brev. 1; Mommsen, Theod. I p. LXXV) 'proficiscitur e Gallia, ubi saeculo sexto descriptus ex eodem est cum *P* archetypo; commorabatur ibi ad saeculum usque octavum; saeculo nono medio iam Herbipolim venerat; inde a. 1806 transmigravit Monachium' (Traube *l. l.*). Novellae continentur f. 167r—242v. — Librum Berolinum missum contuli a. 1900. *M*

Ut in Theodosiano, ita in Novellis libri *PM* mirum in modum concordant. Singulorum imperatorum libris eadem fere praescribuntur et subscribuntur. Novellis ipsis praescribitur: *Incp̄ novellarum Lib.* (lib. *om. P*), subscribitur: *expl (exp̄ M) lib̄. legum novell̄.* — Quamquam aetate primi, lectionibus quas exhibent ultimum fere inter Breviarii codices integros locum obtinent; nam, ut in capite septimo videbis, etiam ceteris deterioris familiae codicibus *GXC* saepenumero cedunt, quibuscum subscriptiones passim praebent pleniores, numquam eis praestant aut soli aut cum melioribus libris. Propter palaeographica igitur, quae Traube *(l. l.)* tractavit, et orthographiam atque compendia sola, de quibus Mommsen in voluminis primi capite nono egit, aliquantum valent. — Ubi dissentiunt, in minoribus, potissimum in orthographicis, *P* a librario peritiore scriptus praeferendus est, in maioribus modo hic modo ille, ut in Theodosiano, alterum superat; sic *P*: Theod. 2 inscr. — Valent. 1, 3, 13/14 — 1, 3, 52 — 25, 42 (subscr.) — 32, 63, *M*: Theod. 1, 38 — Marcian. 1, 23 — 4, 48 — Maiorian. 7, 89. *PM*

Liber *M* secundae manus emendationes vix exhibet *(M²)*. Contra *P* emendationes diversis temporibus subiit. Librarius ipse textum hic illic correxit *(Pb)*. Manus multo recentior litteras evanidas factas vel vocabula membranis laceratis deperdita restituit, interpunctiones addidit, pristinis lectionibus alias substituit *(P²)*: ita Theod. 1, 45 (f. 164r) verbis in textu compendiatis *pkaa inl et mag̅ at* a *P²* in margine adscribuntur perscripta *parens karissime augustorum* (sic) *inlustris et magnifica auctoritas tua*; Theod. 3, 70 (f. 166v), ubi librarius scripsit *quidquit igitur amor*, *P²* inter versus correxit *quicquid igitur non invenit amor* (ut secundum Haenelium in codice Lugdunensi 303 habetur), in margine eadem manu adscriptum est *quemq; igitur non ligat amor;* Maiorian. 7, 3 *rediget* a *P²* emendatur in *sed id egit*. Longe pleraeque emendationes ad saeculi XVII manum *(P³)* pertinent, quo tempore librum tunc Lugdunensem a Sirmondo atque Gothofredo adhibitum esse constat (cf. Mommsen, *Theod. I* p. LXXV. CXVII). Depromptae autem sunt fere omnes ex Sichardi vel Cuiacii editionibus; otiosum igitur erat in apparatu omnes afferre. Paucae tantum reperiuntur, quae ab harum editionum lectionibus discedunt: commemoratione digni sunt consensus cum libro *O* (Marcian. 1, 6 — 4, 26), ex quo excerpta praesto fuisse Gothofredo novimus (Mommsen *l. l.* p. LXVI), et cum *Lugdunensi 303* (Theod. 9, 10 — Maiorian. 7, 34 secundum Haenelium), cuius codicis lectiones hic illic (etiam a *P²*) adscriptas esse in nostro mirari non possumus. — Adnotationum in margine libri nostri litteris cursivis additarum exemplum ex f. 206v sumptum, quod ad nov. Valent. 35, 131 sq. spectat, Traube *l. l.* tabula VI, 5 proposuit. *Emendationes libri P*

Vaticanus Ottobonianus 2225 (Haenel, nov. const. 20 = Brev. 15; Mommsen, Theod. I p. LXXXI) saec. IX scriptus haec bibliothecarum signa prae se fert (vide supra p. XXVI not.): *Ottobon. 2225*

V (?) 36 — 'numero 114 no(n) P(etaviano) 1656' = 'Volumen CXIV non Petavianum' — 378 = 'Ex Bibliotheca Serenissimae Reginae Num. 378 Codex scriptus a(nno) a nativitate Christi dni 906 (?)' (litterae, quibus puncta supposui, virgulis expunctae sunt) — 'cod. 7 Otthob' — 'S ·X· 11' (cf. Montfaucon. l. l. I p. 189) — 'Cod. Othobon. 2225 *(corr. ex* 3025)'. Codex olim continebat quaterniones XXVII adiunctis duobus foliis. Sed interierunt quaternio I integer, quaternionum VIIII. XVIII. XVIIII. XX bina folia; quaternionibus XII et XIII excisis, quibus habebatur Theodosianus 9, 10, 4 usque ad 10, 18, substituta sunt quattuor folia (hodie f. 79—82) ex codice epitomato deprompta, quibus inest Theodosianus 9, 37, 4 usque ad 10, 18. Hodie igitur constat ex foliis 190 (f. 62/63 signantur 61[b]/61[c], f. 86 et 190 falso numerantur 83 et 187). — Novellae incipiunt f. 96[r] (quat. XV f. 6), finiunt f. 140[v] (quat. XXI f. 8[v]). Librum, quem et in compendiis et in lectionibus plane consentire cognovissem cum *PM*, conferre supervacuum visum est.

IX.

S *Parisinus 4405* scriptus saec. IX exeunte in Gallia (Haenel, nov. const. 15 = Brev. 5; Mommsen, Theod. I p. LXXVI sq.), aliquando 'eccl(es)ie beatissimi hilarii maior(is) pictaven(sis) [hodie Poitiers] n. 575', deinde Regius 4890, constat ex foliis 241. Ex aliis codicibus sumpta sunt, quae duplicem titulorum Breviarii indicem exhibent, folia 1—16 *(S[lat.α])* et 25—33 *(S[lat.γ])*. Novellae continentur f. 137[r]—181[r]; Theodosianis praescribitur *Incipit novellarum liber primus*, Novellis subscribitur *Explicit liber legum novellarum*. Codex satis accurate ex archetypo descriptus secundae manus emendationes non subiit; antiqua autem compendia raro retinentur: temere et imperite solutorum exempla in apparatu notantur (ut Theod. 1, 45 — 2 inscr. — 15, 1, 8 — 20 inscr. — 22, 2 subscr. — Valent. 1, 3, 33 — 1, 3, 63/64 cet.). — Variae ex libro nostro lectiones adscriptae sunt ab Ranconeto in exemplari editionis Sichardianae iam bibliothecae Parisinae Réserve F 381, et a P. Pithoeo filio in eiusdem editionis exemplari iam Parisino Réserve F 380, ut in capite sexto de Sichardianae exemplaribus disserentes videbimus. Librum contuli Parisiis a. 1901.

Parisini 16001. 16002 Apographum codicis *S* saec. XVI confectum repraesentant duo volumina *Parisina 16001. 16002* (Haenel, nov. const. 21 = Brev. 9; Mommsen, Theod. I p. LXXVII), antea Blaise 2871, deinde Sorbonne 336. 335, tum Paris. Suppl. Lat. 399. 398. Constant ex foliis 196 et 130; Novellae continentur 16002 f. 2—56.

X.

Vatic. reg. 1128 *Vaticanus reginae 1128* (Haenel, nov. const. 19 = Brev. 6; Mommsen, Theod. I p. LXXX) saec. X in Gallia scriptus, fortasse aliquando Ranconeti (Mommsen *l. l.* p. LXXVII not. 1), deinde Alexandri Petavii, cuius nomen folio 1[r] inscribitur (vide supra p. XXVI not. 1), ex foliis 271 constat; pagina bipertita est. Breviarium continetur f. 1—190[v]; Novellae (praemisso indice f. 101/102) insunt f. 103[r]—141[v]; Theodosianis praescribitur *Incipit novellarum liber primus*, Novellis subscribitur *expl legum novellarum*. In compendiis vel corruptis cum *PM* plerumque concordat; ad lectiones quod attinet, a communi deterioris familiae archetypo pendet: ita ad libros *GPMS*, ubi soli vel una cum *XC* contra meliores Breviarii codices corruptam lectionem praebent, semper accedit; ubi libri illi dissentiunt, proxime abest a codicibus *S* vel *G*. — Librum, quem totum Romae a. 1901 contuli, et in apparatu et in Novellarum crisi prorsus neglexi.

CAPVT QVARTVM.

CODICES TERTIAE SYLLOGAE.[1]

A. Integri:

Pithoeanus deperditus (saec. IX) cum apographo
Parisino 4420, nobis Δ (saec. XVI).
Oxoniensis Seldenianus B.16, nobis O (saec. XII).

B. Decurtati:

I. *Vaticanus reginae 1023,* nobis Σ (saec. X),
Parisinus 4412, nobis Ξ (saec. IX).

II. *Varsoviensis bibliothecae Universitatis n. 480,* nobis Ψ (saec. IX exeuntis),
Berolinensis lat. quart. 150, nobis Θ (saec. X);
Parisinus 9652 adiunctis Parisini 4406 foliis 60—67, nobis Ω (saec. IX/X).
**Parisinus 4413* (saec. IX). —
**Parisinus 9653* (saec. IX).

III. *Fuldensis D. 1 epitomatus,* nobis *Fuld.* (saec. VIII).
**Leidensis Vossianus lat. quart. 57,* nobis *Leid.* (saec. X);
**Parisinus 4408* (saec. IX).
**Parisinus 4411* (saec. IX). —
Vaticanus reginae 1050 (saec. X).

A. Integri.

Pithoeanus liber hodie deperditus, cuius lacinias repraesentant Berolinensis lat. f. 270 folia 1—13 ad Novellas non pertinentia, quid continuerit Mommsen in primo huius operis volumine p. LXXIX sq. sub littera *F* exposuit. Codex quatenus novellas complectébatur restitui potest

a) ex P. Pithoei patris adnotationibus (nobis *Δ) in Sichardianae editionis exemplari *Paris. Réserve F 380* (= F^4) repertis. In quo exemplari cum pleraeque adnotationes novellis adscriptae P. Pithoei filii manus sint (nobis Pith. [ad Sichard.]), ad patrem referuntur 1) index novellarum in Sichardiana deficientium f. 94^v additus, 2) novella Severi 2 f. 167^v inserta, 3) variae lectiones ad Breviarii novellas spectantes, quae p. XLIV sq. componuntur,

b) ex *Parisino 4420* (nobis Δ) P. Pithoei patris iussu inter annos 1528 et 1553/1554 ex libro nostro hodie deperdito ab amanuensi descripto.

Et *Parisinum 4420* (Δ) et adnotationes Sichardianae a Pithoeo patre adscriptas (*Δ) ad Pithoeanum nostrum redire, qui P. Pithoeo filio praesto iam non erat, colligi potest ex verbis, quibus hic in praefatione editionis a. 1571 (nobis Pith. [ed.]) Cuiacio dicatae utitur. Sunt enim haec: *Ecce tibi Novellas ipsas quarum ob solum indicem, quem ex meo libro* (scilicet Sichardiana Rés. F 380) *cum quibusdam aliis Imperatorum legibus acceperas, profusissime pro tua gratia me honorasti. Unde vero inquies? Ex eodem ipso Copiae cornu ex*

[1]) Hoc capite tractabuntur etiam ei codices decurtati, quos, quamquam non continent nisi Breviarium simplex, tamen, cum lectionibus proxime accedant ad Breviarii aucti (scilicet tertiae syllogae) libros, ab eodem archetypo pendere apparet, ex quo Breviarii novellae in tertiam syllogen transierunt. In laterculo supra proposito stellula (*) praemissa notati sunt.

quo et index prodierat, id est ex bibliotheca patris mei. .... Novellas eas pater cum .... ipse non posset, ab amanuensi suo ex veteri quodam exemplari describendas curaverat .... Quibuscum optime convenit, quod Franciscus Pithoeus in Cuiacianae editionis prioris exemplari Parisino Réserve F^{2} (nobis Pith. [ad Cuiac.]) ad novellae Theod. 22 rubricam eandem, quam pater in Sichardianae exemplari F 380 profert (vide p. XLV), variam lectionem adscribit sub nota *lib. pat(ris)*.

*Δ Primum nunc agamus de adnotationibus Sichardianae *Paris. Rés. F 380* a Pithoeo patre ex libro suo adscriptis.

1) Index titulorum, quem Pithoeus f. 94v adiecit, ex legibus novellis apud Sichardum deficientibus continet Theodosianas Valentinianasque extra Breviarium positas, Maioriani nonam, Anthemii 1—3, id quod in capite primo (p. XIX sqq.) vidimus. In hoc laterculo describendo cum (pariter atque Willelmus Malmesburiensis in libro *O* conscribendo) id tantum in animo haberet, ut ineditas novellas componeret, multas rubricas truncavit. Manifeste hoc declarant nov. Valent. 4 et 5 rubricae, ubi pro verbis omissis non habentur nisi vocabula *et c(etera)*. Decurtati praeterea sunt tituli Theod. 19 — 21 — Valent. 10 — 12 — 13 — 16 — 20 — Anthem. 1. — Ex hoc laterculo Cuiacius in editione priore a. 1566, quam Pithoeanis potissimum adnotationibus praeter Sichardianam ipsam niti in capite sexto explicabitur, 'desideratarum' novellarum titulos deprompsit.

2) Novellam Severi 2 f. 167v adscriptam et inde editam a Cuiacio, quae deest in *Δ* et *Pith. (ed.)*, extitisse in Pithoeano nostro significant verba in eodem exemplari F 380 f. 120v a P. Pithoeo filio adnotata: *Est hic* (scilicet post nov. Severi 1) *quoque scribenda lex ea quae ex vet. lib. adscripta est in fine Hermog.* (corr. ex *sententiarum Pauli*, scil. f. 167v). *Nam eam novellam constitutionem Leonis et Severi appellat Papianus tit. 44* (scil. l. R. Burg. 46).

3) Variae denique lectiones Breviarii novellis in margine a Pithoeo patre adscriptae, quo melius iudicium feramus de libro deperdito, laterculo subiecto sequuntur:

Sichard. f. 1r	nov. Theod.	1, 16	nostri radiante splendore] *sic *Δ cum A Paris. 4409*^{1} *Γ*^{1}*HSL*
— 1v	—	1, 26	nostrum] nostrorum **Δ solus*
— —	—	1, 29/30	sufficiet] *sic *Δ cum omnibus praeter ΓESG*
— —	—	1 subscr.	d. n. theod.] *sic *Δ cum Parisino 4408*, $\overline{\text{dd}}$ $\overline{\text{nr}}$ th. *Leid.*, theod. *reliqui*
— 85r	—	2, 2	$\overline{\text{pp}}$] perpetuus *perscribit *Δ cum ΘΩ Paris. 4408. 4413*^{1} *HN Paris. 4409. 4410*
— —	—	2 subscr.	et qui fuerit nuntiatus cons. **Δ (unde Cui. ed. 1) cum Leid.*, cons. *reliqui*
— 86v	—	3, 83	fotinos] fotynos *Δ
— —	—	—	priscillianistas] *O*, priscillianitas *Δ, priscianistas *vel similiter reliqui*
— —	—	—	ascodrogos] ascudrucos *Δ
— —	—	—	borboritas] *sic *Δ cum O*^{1}*HNC*
— —	—	3, 85	pkaa] *sic *Δ cum PM*
— —	—	3 subscr.	d. n. theod.] domno $\overline{\text{nro}}$ th. *Leid.*, do th. *Δ, th. *reliqui*
— —	—	—	cons. et qui fuerit nuntiatus] *sic E Paris. 4414 cum Cui. ed. 1*, et qui fuerit nuntiatus cons. **Δ cum Leid.*, cons. *reliqui*
— —	—	—	eodem exemplo uiro illustr. praefecto illyrici *add. interpolans *Δ, unde Cui. ed. 1*
— —	—	9 inscr.	$\overline{\text{ppo}}$] uiri in$\overline{\text{lt}}$ $\overline{\text{ppo}}$ *Leid.*, uiro illustri $\overline{\text{pf}}$ $\overline{\text{po}}$ orientis exconsulari **Δ interpolans, unde Cui. ed. 1*
— 87r	—	9 subscr.	d. n. theod.] domno nostro th. *Leid.*, domno th. *Paris. 4408*, do. th. *Δ, th. *reliqui*
— —	—	—	a.] $\overline{\text{pp}}$ ā. *Paris. 4408*, $\overline{\text{pp}}$. $\overline{\text{aa}}$. *Δ
— —	—	—	cons. et qui fuerit nuntiatus] *sic Paris. 4408*, et qui fuerint nuntiatus *Leid.*, et qui fuerit nunci[at'] cons. *Δ, cons. *reliqui*

Sich. f.	88r	Theod. 13, 8	iudicio si] seditiosi *Δ *solus*
—	—	— 13, 13	thalassi] thalasi *Δ *cum LΦ*, talasi *E*
—	88r	— 13 subscr.	d. n. theod. a.] domno n̄ro thd. p̄p̄. *Leid.*, d. theod. p̄p̄. aūg. *Δ, domno theod. augto *Paris. 4408*, theod. a. *reliqui*
—	88v	— 14 subscr.	da vii id septembres constantinopoli domni theod. p̄p āg (domno n̄ro th. aūg. p̄p̄. *Leid.*, domno th. p̄p̄o. ā. *Paris. 4408*, theod. a. *reliqui*) et festo v. c. cons. *Δ
—	89r	— 15, 1, 2	splendidissimo] *Δ *cum omnibus praeter GXC*
—	89v	— 16 inscr.	flor. p̄p̄o] flor. uiro illustri p̄p̄o et exconsule *Δ, flor. ū. inl. p̄p̄o excons̄. *KL*, p̄p̄o uir inluster et exc/ *E*, pfpo florentio u. inluster p̄p̄o *Paris. 4408*
—	—	— 16, 1	ita] *Δ *cum omnibus praeter EC²*
—	—	— 16, 2	ita nostrae] si totum n̄re *Δ *solus*
—	90r	— 16, 44	temporibus] *Δ *cum omnibus praeter PMC¹*
—	—	— 16 subscr.	ā.] p̄. āg. *Δ, p̄p̄o āg. *Leid.*
—	90v	— 20 rubr.	*add.* nili aegyptiacae dioceseos et quae in omnibus prouinciis fiunt *Δ, *unde Pith. (ed.) cum Cui. ed. 2 (lat.)*, nile (mile *lat.*) aegiptiae (egipcia *context.*) *Fuld.*
—	—	— —	et paludibus] et de paludibus et pascuis *Δ, *unde Cui. edd. 1. 2 et Pith. (ed.)*, et paludibus et de pascuis ad alium statum translatis *Iust. 7, 41*
—	—	— 20 inscr.	p̄p̄o] inl. p̄p̄o *Leid.*, illust. p̄p̄o *Δ
—	—	— —	et consuli designato] *sic* *Δ, *unde Cui. ed. 1, cum E, om. reliqui omnes, sed adest similiter in constitutionibus Iust. 1, 14, 7. 2, 7, 8*
—	91r	— 20, 11	nili tantum] *sic* *Δ *cum O¹ESKLΦ*, lini tantum *Γ*
—	—	— 20 subscr.	a.] p̄p̄o aūg. *Δ, p̄o ā. *Paris. 4408*
—	—	— 22 rubr.	de bonis .... scribendis] de his qui sponte munus *(om. Fuld. [context.])* aliquod uel honorem largiuntur et de naturalibus filiis eorum *(om. *Δ) [hic finit Fuld.]* in curiam dandis heredibus[que] scribendis uel bona parentum accipiendi[s] *Δ *(unde Pith. [ed.] cum Pith. [ad Cuiac.]:* 'lib pat.' *et Cui. ed. 2) et Fuld.*
—	92v	— 22, 2, 22	in sortitum casumque] *Δ *cum omnibus praeter GCK*
—	—	— 22, 2, 23	quadrantis] quadrantes *Δ *solus*
—	—	— 22, 2, 73	seu eius pretio] *Δ *cum O¹ΓK*, siue eius pr. *reliqui*
—	—	— —	sacramenti] sacramentis *Δ *cum O¹K*
—	94r	— 22, 2 subscr.	p̄c.] post cons. *Δ *cum ΩΣ Paris. 4408 aliisque similiter*
—	—	— —	dioscori] *sic* *Δ *cum OΨΘΩΣ Leid. Paris. 4408¹ H(?) Paris. 4410*
—	—	— —	eudoxi (*vel* -ii)] *sic* *Δ *cum OΨΘΩΣ Paris. 4408¹ PM Paris. 4410*
—	—	— 22, 2, 153/154 *(int.)*	communi .... latere potest] *om.* *Δ *cum Σ¹Ξ*
—	95v	Valent. 19 rubr.	de homicidiis casu factis necne] d. h. c. uel uoluntate f. *ΔΔ
—	—	— 19 subscr.	a. ui] *Δ *cum omnibus praeter XCPM Paris. 4410. 4414*
—	—	— —	in foro traiani conss. s(upra) s(criptis)] in foro traiani *(vel similiter)* cons. *ΔΔ *cum ΩΣΞ Paris. 4408. 4411*
—	97v	— 21, 2 subscr.	dat. uii (uiii *ΔΔ) k. ian. rom. proposita (ppr̄os *Leid.*) in foro traiani u kal. (l. *Leid.*) sup̄. *(om. Leid.)* scribti (sc̄b *Leid.*) aetio iii et symmacho ūū. c̄c. (uīc. *Leid.*) cons. *ΔΔ *cum Leid.*
—	—	— 23 rubr.	de sepulcri uiolatoribus] de sepulchrorum uiolatoribus *ΔΔ
—	110	ad nov. Marcian. 1 adscriptum	deest in n̄ro *Δ, *novellae Marciani desunt in Δ*
—	115v	ad Maioriani librum adscriptum	deest in n̄ro *Δ, *novellae Maioriani desunt in Δ*

Ex hoc laterculo iisque, quae supra attulimus, librum Pithoeanum deperditum continuisse apparet novellas Theodosianas Valentinianasque et in Breviario et extra id positas, praeterea Anthemianas et alteram novellam Severi, defecisse autem in eo, ut in Δ, videmus novellas Marciani, Maioriani (praeter nonam) et Severi primam. Ad singulas quod attinet lectiones, in Breviarii Valentinianis, ubi Δ extat, hic semper concordat cum *Δ (Valent. 19 rubr. — 19 subscr. — 21, 2 subscr. — 23 rubr.). Plurimae autem Breviarii Theodosianarum, quae descriptae non sunt in Δ, lectiones tertiae syllogae libris decurtatis *Leidensi* et *Parisino 4408* vel ceteris eiusdem syllogae codicibus confirmantur. Commemoratione dignissimum est formulam *et qui fuerit nuntiatus cons.* in subscriptionibus Theod. 2 — 3 — 9 servari. Notabiles etiam sunt rubricae Theod. 20 — 22 ad *Fuldensem* prope accedentes, hiatus interpretationis Theod. 22, 2, 153/154 libro nostro cum ΣΞ communis. Quae porro Theod. 16 inscr. occurrit interpolatio, cum in libris *EKL* tum in *Parisino 4408* reperitur. Ex ceteris interpolationibus, quas noster solus Theod. 3 subscr. — 9 inscr. — 20 rubr. praebet, tertiam plenius exhibet Iustinianus 7, 41. — Ut Theod. 3 subscr. neque minus interpolatio Theod. 16 inscr. docent, ex Breviarii libris a nostro proxime absunt *EKL* cum decurtatis *Parisinis 4414. 4415*; accedit Theod. 20 inscr., ubi verba *et consuli designato* non extant nisi in *Δ et *E*. Neque vero defuisse consensus cum deterioribus Breviarii libris, ut in Theodosiano, certum est.

Δ *Parisinus 4420* (Haenel nov. const. 2) a quo et quando scriptus sit, supra (p. XLIII sq.) P. Pithoei filii verba laudans exposui. Qui loco citato sic pergit: *Qua in re* (scilicet in Parisino 4420 ex Pithoeano describendo) .... *sibi tantum fortasse laborasset* (Pithoeus pater), *ni post eius luctuosissimum obitum Ioannes et Nicolaus filii illi gemini, mihi consanguinei fratres .... in magno librorum chartarumque cumulo .... has quasi e naufragio tabulas excepissent et inter Gallicos istos tumultus et tam crebras convasationes diligentissime adservassent. Nuper autem cum de tuo Codice Theodosiano* (scilicet de Cuiaciana a. 1566 editione) *mentio incidisset* ..., *dixerunt illi habere se care repositas atque etiam ultro obtulerunt.* Confirmant hanc narrationem verba codici Δ in margine inferiore fol. 1r adscripta: *P. Pithou Ex Dono Ioannis et Nicolai fratrū cariss. et opt.* In tergo tegumenti legimus: *Novellae Theod. Et Valaent.*, et infra *1662*, scilicet numerum bibliothecae Colbertinae, qui etiam f. 1r notatur (cf. Montfaucon. II p. 951 E), praeterea *Regius 5181.* Codex constat ex foliis 91.

Ex libro suo Pithoeus pater eas tantum novellas describi voluit, quae editae nondum erant in Sichardiana. Omittuntur igitur in Δ Theodosii II. novellae in Breviarium receptae (Marciani novellas Maiorianique omnes praeter nonam et Severi primam in Pithoeano ipso iam defecisse supra vidimus); sed Breviarii Valentinianae I—XI quamquam impressae post Anthemianas describuntur. Praeter Breviarii Theodosianas (I—XI) etiam index quinquaginta novellarum, quae sub Theodosii nomine in sylloge tertia comprehenduntur, ab amanuensi praetermittitur. Incipiens igitur a novella XII 'de patrimonialibus' (= Theod. 5) et rubrica et indice et praescriptis liber caret. F. 1r—58v novellae Theodosianae et Valentinianae extra Breviarium positae continentur, quae *Δ fol. 94v enumerantur; de ordine earum in capite primo (p. XIX sqq.) egi. F. 58v, praescripto *L. Novellę divi maioriani de adulteriis,* sequitur Maiorian. 9; f. 59v—64v praemisso indice, cui praescribitur *Incipiunt tituli legum divi anthemi aug̃.*, habentur nov. Anthemii 1 — 2 — 3 sub praescripto *Incipit lib̄ legum divi anthemi augusti.* Foliis denique 64v—91r, praescriptis *Incipit liber divi Valentiniani augustini* (sic) *impressus,* novellae Valent. in Breviarium receptae cum interpretatione describuntur; in fine subscribitur *Explicit deo gratias.* — Deficiunt nov. Theod. 15, 2 — 17, 2 — Valent. 1, 1 — 1, 2 — 2, 1 — 2, 3 — 2, 4 — 15 in omnibus tertiae syllogae libris omissae et Brev. nov. Valent. 35.

Emendationes Emendationes manus secundae, quam P. Pithoei filii esse certum est, liber plerasque subiit aut inter versus textui insertas aut in margine adscriptas. Sed exceptis paucis, de quibus infra agemus, coniecturae sunt vocabulis 'ἴσως', 'lego', 'legimus', 'malim', 'deesse videtur', aliis notatae; pleraeque nota *Pithoeus* in apparatu a me significatae P. Pithoeo filio ipsi, aliae notam *Cuiacius* prae se ferentes Cuiacio tribuendae sunt. Confirmant hoc verba Pithoeanae praefationis: *Eas* (scil. Parisini 4420 novellas) *ego tandem*

a fratribus acceptas .... et avidissime perlegi et quae in eis vel antiqui scriptoris vel amanuensis paterni negligentia aut imperitia errata erant, religiose, ut par est, et quasi suspensa manu, emendavi. Statim autem ad te (scil. Cuiacium) ***misi .... ut reliqua, si qua sunt, a me deposita*** (ex parte stellulis notata et in Δ et in Pithoeana editione) ***persanares.***

Coniecturae Cuiacii (Cuiacius = Δ^3)

Ex his emendationibus Cuiacianis eas, quae auctorem suum manifeste proclamant, sub nota Δ^3 subieci; quae aut in Δ litteris 'C' vel 'Cu' significantur aut in adnotationibus Pithoeanae a. 1571 editionis (nobis *Pith. [ed. adnot.]*) expressis verbis ad Cuiacium aut 'doctorem meum' referuntur:

Theod. 5, 3, 11 contatos] cunctatus *ΔO Pith. (ed.)*, 'ἴσως' comitatus Δ^3 (f. 3r), 'Cuiacius putat legi posse' comitatus *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 2v

— 23, 5 cum voti causa per heracleotanam] cum voti causa per heracleonam Δ^3 (f. 28v) *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 20v ('doctor meus emendat'). *Cui. ed. 2 (marg.)*, convocati (cum vocati *Pith. [ed.]*) causa per eracleo tantam (heracletantem *Pith. [ed.]*) *Δ Pith. (ed.)*

Valent. 30, 7 primatus] $\Gamma\Delta^3$ (f. 38v) *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 28r ('quod Cuiacio videtur'). *Cui. ed. 2 (marg.)*, privatos *Δ Pith. (ed.)*

— 30, 12 praecipiat] propiet *Δ Pith. (ed.)*, 'ἴσως' properet 'C.' Δ^3 (f. 39r), properet 'quod Cuiacio videtur' *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 28r. *Cui. ed. 2 (marg.)*

— 34, 12 fere] *O*, ferte *Δ Pith. (ed.)*, terrae 'Cu.' Δ^3 (f. 43r), 'doctor meus legit' terrae *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 31r. *Cui. ed. 2 (marg.)*

— 34, 13 vicenarum] $O\Delta^3$ (f. 43r) *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 31r ('doctor meus legit'). *Cui. ed. 2 (marg.)*, vicinarum *Δ Pith. (ed.)*

— 34, 14 perire] *ΔO Pith. (ed.)*, per se Δ^3 *Pith. (ed. adnot.*: 'doctor meus legit'*). Cui. ed. 2 (marg.)*

honorem
— 3, 32 honorem] $\Gamma\Delta^3$ (caractherem 'Cu.': f. 45v) *Pith. (ed. adnot.)* ad f. 32v ('an' characterem 'an potius' honorem 'quod Cuiacio magis probatur'). *Cui. ed. 2 (marg.)*, hanc rem *Δ Pith. (ed.)*

Coniecturae P. Pithoei filii (Pithoeus = Δ^2)

Longe maxima vero emendationum pars ad P. Pithoeum filium ipsum pertinet *(Δ^2)* et in Pithoeanae editionis textum vel appendicem recepta est. Sed anecdotas tantum novellas, scilicet eas, quae Cuiacianae priori a. 1566 editioni non inerant, Pithoeus emendationibus instruxit. Editarum, quarum textum uncis inclusit, tres neque emendavit neque in editionem suam recepit (scilicet XVII = Theod. 12 — XXIIII = Valent. 17 — XXXV = Valent. 26), quattuor quamquam non emendatas tamen in editione denuo typis exprimendas curavit (scilicet XXXII = Theod. 25 — XXXIII = Theod. 26 — XXXVII = Valent. 28 — XXXVIIII = Valent. 36). Duae vero ex parte tantum a Cuiacio divulgatae et emendatae sunt in Δ et in Pithoeanam receptae (scil. XXXI = Theod. 24 — XVIIII, 2 = Valent. 8, 2). Innumeras emendationes, quae coniecturae speciem prae se ferunt, afferre otiosum est.

Δ^ξ

Secernendae autem ab iis sunt variae quaedam lectiones ad Anthemianas solas adscriptae et vocabulis 'vet.' vel 'm. vet.' vel 'alterum exe(m)p(lar)' vel 'vet. alter. ex.' vel 'alias' hic illic notatae, quae ex Parisino 4412 (nobis Ξ: vide p. L), tunc temporis P. Pithoei, depromptae sunt; quarum nonnullas nota Δ^ξ a me signatas subieci:

Anthem. 1, 2/3 ingruentium] $O\Delta^2$ ('ἴσως') *Pith. (ed.)*, ingenium *Δ*, ingentium $\Xi\Delta^\xi$ ('vet.')

— 1, 12 suas] *ΔO Pith. (ed.)*, *om. Ξ*, 'deest in vet.' Δ^ξ

— 1, 14 vetuit] $O\Xi\Delta^\xi$ ('vet.'). *Pith. (ed.)*, venit *Δ*

— 1, 34 consortii] *ΔO*, consocii $\Xi\Delta^\xi$ ('alias')

— 2, 5 quoniamque] $\Xi\Delta^\xi$, et quoniam *O*, quumque *Δ Pith. (ed.)*

— 3, 14 iure] *ΔO Pith. (ed.)*, *om. Ξ*, 'deest in vet.' Δ^ξ

— 3, 18/19 idonee e contractu .... iure communi quod] *O*, *om. Δ*, idonee contractum (-am Δ^ξ) forsitam possedebat utrum iure communi quod $\Xi\Delta^\xi$ ('vet. alter. ex.'). *Pith. (ed.)*

Δ^ξ ut concordantem cum Ξ in apparatu neglexi; Cuiacii et P. Pithoei coniecturas ita tractavi, ut tractari convenit coniecturas virorum peritorum.

O *Oxoniensis Bodleianus Seldenianus B. 16*, antea Seld. 32, Bodl. 3362 (Haenel, nov. const. 6 = Brev. 19; Mommsen, Theod. I p. LXV sq.), scriptus est a Willelmo Malmesburiensi inter a. 1125 et 1137. Breviarium ex codice Gallico desumptum et 'adbreviationi Willelmi de gestis imperatorum' subiunctum continetur f. 138v — 227v, Novellae habentur f. 180r — 208r. Theodosianum antecedit novella Theod. 1 sub rubrica *epistola Theodosii minoris de confirmatione legum antiquarum*; novellae Theodosii incipiunt a nov. Theod. 2, cuius rubrica sic est: *epistola eiusdem ad Valentinianum imperatorem Occidentis.* Singulis legum novellarum libris eius imperatoris, cuius leges sequuntur, vita praemittitur (cf. Haenel, *Brev.* p. LVI not. 120; Stubbs, *Willelm. Malmesb.*, Londinii 1887, I p. CXXXIX), quam rubricarum index excipit. Praescripta et subscripta sunt haec:

F. 180r: *Incipiunt capitula Legum novellarum Divi Theodosii ad Valentinianum imperatorem occidentis. ... Expliciunt capitula. Incipit epistola eiusdem ad Valentinianum imperatorem occidentis* (= Theod. 2). ...; f. 191: *Incip̄ capitola Legum Novellarum Divi Valentiniani Tercii. ...*; f. 203v: *Explicit Liber Legum Novellarum Divi Valentiniani Tercii. Incipiunt capitula Legum Divi Martiani. ...*; f. 205v: *capitula Divi Maioriani. ...*; *Incipiunt Leges Maioriani Imperatoris. ...*; f. 206v: *Lex Severi. ...*; f. 207: *Capitula Legum Anthemii. ...*; f. 208: *Expliciunt Leges Romanorum.*

De legum novellarum ordine in capite primo (p. XIX sqq., potissimum p. XXIII) egi. Novellae in Breviarium receptae adsunt omnes praeter Valent. 21, 2; ex novellis extra Breviarium positis (ut in *Δ*) desunt Theod. 15, 2 — 17, 2 — Valent. 1, 1 — 1, 2 — 2, 1 — 2, 3 — 2, 4 — 15 — Maiorian. 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6; Anthemianae extant ut in *Δ*. — Interpretationes omnes suppressae, rubricae pleraeque abbreviatae sunt, sive in contextu solo sive in laterculo sive in utroque. Similiter subscriptiones nonnullae decurtantur (ut Theod. 26 — Valent. 8, 2 — 10 — 11 — 19 — 21, 1 — 25 — 27); inscriptiones passim interpolantur (ut Valent. 26 — 32 — Marcian. 1 — Anthem. 1 — 2). Constitutionum denique textus, inprimis in novellis Marciani et Maioriani 7 — 11, summa cum libidine, quamvis docte et sagaciter, decurtatur vel emendatur. Neque enim ad verbum describere archetypum Willelmi intererat, sed syllogae de rebus Romanis compositae caput inserere, quod 'legum Romanorum' notitiam praeberet. Haec codicis vitia in ultimis potissimum Breviarii partibus inde a Novellis comparent, ad quarum textum recensendum liber multo minus valet quam ad Theodosianum; nam verae etiam lectiones, quas solus exhibet, scriptoris doctrinam magis quam boni codicis auctoritatem produnt. Sed his de rebus accuratius in capite septimo agetur. — Ut Theodosianum, ita Novellas diligenter contulit Anna Parker Oxoniensis.

B. Decurtati.

Tertiae solius syllogae decurtati Breviarium novellis ab Alaricianis non receptis plus minusve auctum proponunt, scilicet Fuldensis (nobis *Fuld.*), Vaticanus reginae 1023 (nobis *Σ*), Parisinus 4412 (nobis *Ξ*), Varsoviensis n. 480 (nobis *Ψ*), Berolinensis lat. q. 150 (nobis *Θ*), Parisinus 9652 adiunctis Parisini 4406 foliis 60—67 (nobis *Ω*). Fuldensis pristinam syllogae nostrae formam quamvis epitomatus optime praebet. Ab eiusdem generis archetypo atque hic et libri integri *ΔO* pendent codices *ΣΞ* ex libris descripti, qui partem tantum novellarum extra Breviarium positarum servaverant, item codices *ΨΘΩ*, qui soli ex libris laudatis sex primas Maioriani novellas integras exhibent (vide p. XIX sqq.). Neque aliter res se habet de Breviarii novellis, in quibus hi libri ceterique huius syllogae decurtati Breviarium tantum exhibentes in gravioribus et cum *ΔO* et inter se consentiunt. Ubi dissentiunt, classes tres secernuntur, quarum primam *ΣΞ*, alteram *ΨΘΩ* una cum Parisino 4413, tertiam proxime accedentem ad **ΔΔ* repraesentant Fuldensis neque minus Leidensis Voss. q. 47 et Parisini 4408. 4411. Hanc rem praeter laterculum p. XLIV sq. allatum alter subiectus demonstrabit.

Theod. 11 rubr.	de tutoribus] de tutoribus pupillis (-orum *O*) nominandis *(om. O [context.]) OΩΨΘΣΞ Paris. 4413 (hi quinque in context.) cum Burg. 36, 4, def. Δ*
— 11, 30 (int.)	donandi] rerum donandi *ΨΘΩΣΞ, def. ΔO Fuld.*

Theod. 16, 95 (int.)	subscribere] *sic ΨΘΩΣ cum HKL*, scribere *reliqui*, *def. ΔΟΞ*
— 22, 1, 83 (int.)	primitus] prius *ΨΘΩΣΞ*, *def. ΔΟ Fuld.*
— 22, 2, 153/154 (int.)	communi aestimatione .... potest] *om.* *ΔΣ^{t}Ξ, *def. ΔΟ Fuld.*
Valent. 1, 3, 12	mole] more *ΔΨΘΩ*[1] *Leid. Paris. 4408. 4411 cum Paris. 4410*, *def. ΣΞ Fuld.*
— 1, 3, 36	dilationis] dilationibus *ΔΟΘΩ Paris. 4413 Leid.*, *def. ΣΞ Fuld.*
— 23 inscr.	valentinianus] valens *Paris. 4408. 4411*
— 23, 18	humatorum] humanatorum (-nitorum *Θ*, -niatorum *Ψ^b*) *ΔΨΘΩΞ Paris. 4408^a. 4411 cum E*, humana natorum *Paris. 4414. 4415*, *def. Σ Fuld.*
— 25 rubr.	successionibus] susceptoribus *ΔΨ (context.) Θ (context.) Ξ Leid.*, *def. Σ (context.)*
— 25 subscr.	prop.] acc. *ΨΘΩ Paris. 4413*, āāā *Ξ*, *om. Δ*, *def. ΟΣ Fuld.*
— 27, 13	adtestatione] contestatione (-nem *ΩΞ cum Φ*) *ΔΩΞ Paris. 4411 et D cum Φ Paris. 4409. 4410*, contestatio *O*, constitutione (-nem *Θ*) *ΨΘ*, *def. Σ Fuld. Leid.*, *non collatus Paris. 4408*
— 27, 14	scriniorum officia] officiorum scrinia *ΟΨΘΩΞ et D*, *def. Σ Fuld. Leid.*
— 27, 26	meae] nostrae *ΔΟΨΘΩΞ et D*, *def. Σ Fuld. Leid.*
— 35, 190 (int.)	unde pulsatur] *sic ΨΘΩ Paris. 4413 et D cum GKL*, unde pulsatus *NE Paris. 4409*, unde pulsatus est *Ξ*, *def. ΔΟΣ Fuld.*, *non collati Leid. Paris. 4408*
Maiorian. 7, 124 (int.)	custodiri] observari *ΨΘΩ*

Hic laterculus trium, quas enumeravi, classium et consensus et dissensus declarat. Omnes fere huius syllogae libri consentiunt Valent. 1, 3, 12 — 1, 3, 36 — 23, 18 — 25 rubr. — 27, 13. Primae et secundae classis libri concordant Theod. 11 rubr. — 11, 30 — 16, 95 — 22, 1, 83 — Valent. 25 subscr. — 27, 14 — 27, 26. De primae classis codicibus accuratius infra agetur; observatione dignus est locus Theod. 22, 2, 153/154. Secundae classis librorum, quorum rubricae singulis novellarum libris praemissae prorsus congruunt, communes singularitates ostendunt Valent. 35, 190 — Maiorian. 7, 124. Tertiae denique classis lectiones praeter locos supra p. XLIV sq. allatos (Theod. 2 subscr. — 3 subscr. — 9 subscr. — 20 rubr. — 22 rubr. — Valent. 21, 2 subscr.) illustrat Valent. 23 inscr. — Quibus praemissis ad singularum classium codices describendos aggrediamur.

I.

Vaticanus reginae 1023 (Haenel, nov. const. 5 = Brev. 24) saec. X in Gallia scriptus ex foliis 134 constat; bibliothecarum signa exhibet haec (vide p. XXVI): 'Ag. VII' — 'Numero 115 N. P. 1656' = 'Volumen CXV non Petavianum' — '197' (= ex bibl. Christinae reginae) — '1169' (cf. Montfaucon. I p. 38). Breviarium omisso Commonitorio f. 2^v—133^v continuetur deficiens in Gregoriano 4, 11, 2 *marco militi*. F. 2^v eadem atque in *Ξ* rubrica adest, quam in primo capite (p. XVIII) descripsimus; f. 3^r—16^v habetur index cum explanatione titulorum. Novellae ex archetypo mutilo descriptae, unde finiunt Valent. 23, 7 *defunctorum*, insunt f. 53^r—63^v. — Altera eiusdem fere aetatis manu in marginibus fol. 53^v et 55^v adscribuntur novellarum Theod. 3 et 15 interpretationes in archetypo deficientes; ad eandem manum referendae sunt textus neglegenter scripti emendationes et inter versus *(Σ^2)* et in margine *(Σ^v)* additae.[1]) Σ

[1]) In inferiore folii 64^v margine eiusdem manus verba allata sunt, quae in pluribus epitomae Aegidianae codicibus Breviarii novellae Theod. XI, 1 (= Theod. 22, 1) subiuncta reperiuntur (cf. Haenel, *Brev.* p. 271; Conrat, *Quellen und Litteratur* p. 226 not. 1): '*Si quis alias sententias que hic non continentur ex ipsius theodosii vel aliorum auctorum libri corporis* (librorum corpore *Aegid.*) *presentaverit, in omnibus vacuetur* (vacuentur *Aegid.*), *quia pro ipsa lege* (*pro* pro ipsa lege *in Aegidianis legitur* ipsa) *per valentinianum periit roma et cecidit romana potestas.' hoc repperi scriptum.* Verba haec satis obscura ubi repperit, alterius manus auctor non dicit.

Ξ *Parisinus 4412* (Haenel, nov. const. 4 = Brev. 23; Mommsen, Theod. I p. XCVIII) ex partibus tribus saec. IX scriptis constat, quas Haenelius (*Brev.* l. l.) descripsit; hodie supersunt folia 134. Codex aliquando P. Pithoei, cuius nomen foliis 1r, 8r, 9v, 73v, 126v, 127r inscribitur, deinde Iac. Aug. Thuani (f. 1r), postea in bibliothecam Colbertinam venit numerumque accepit 904 (f. 1r; cf. Montfaucon. II p. 937 B), in Regiam denique Parisinam translatus numero 5159 signatus est. Breviarium praemisso Commonitorio continetur f. 8—126: post rubricam f. 8r propositam index cum explanatione sequitur (f. 8v—15r, folio uno post f. 10 exciso); Theodosianus inest f. 15r—55v, Novellae habentur f. 55v—71r, 124v—125v. — Liber mendorum plenus hac re codici praecedenti praestat, quod extremam novellarum partem inde a nov. Valent. 23 servat. — Varias lectiones ad Anthemianas pertinentes P. Pithoeus filius ex nostro codici Parisino 4420 (nobis Δ) adscripsit (Δξ, vide supra p. XLVII); libro praeterea usus est Franciscus Pithoeus in apparatu exemplaris Cuiacianae prioris Paris. Réserve F².

ΣΞ Novellarum indicem, qui in utroque libro ad verbum fere congruit, in capite primo (p. XIX sqq.) tractavi: Theodosianae Valentinianae Marcianae Maiorianae habentur Σ f. 9v—10v, Ξ f. 11r—12r, Anthemianae Σ f. 16r, Ξ f. 15r; post Anthemianas legitur: *Expliciunt capitula legum feliciter* (l. fel. *om.* Ξ). Ex numeris, qui singulis constitutionibus praemittuntur, utriusque libri archetypum easdem totidemque novellas complexum esse apparet quot Fuldensem neque minus Pithoeani deperditi et Oxoniensis archetypum. Sed in libris, ex quibus ΣΞ descripti sunt, iam exciderunt Theod. novellae Breviarii III (Theod. 3), IV (Theod. 9), VIIII (Theod. 15, 1), extra Brev. tituli XII—XVI (Theod. 5. 6. 7. 8. 10), XVIII (Theod. 18), XVIIII, 1 (Valent. 8, 1), XX—XXIII (Valent. 9. 10. 12. 13), XXV—XXX (Valent. 16. 20. 24. Theod. 19. 21. 23), XXXIIII (Valent. 2, 2), XXXVI (Valent. 30), XXXVIII (Valent. 29), XL—L (Valent. 34. 3. 4. 5. 6. 7. Theod. 4. 17, 1. Valent. 11. 22. Maiorian. 9), Brev. nov. Valent. II (Valent. 18), VII (Valent. 1, 3), X (Valent. 32), Marcian. II, Maiorian. I (Maiorian. 7), extra Brev. nov. Maiorian. III. IIII (Maiorian. 1. 2), VI. VII (Maiorian. 4. 5), Severi Brev. I. — In contextu singulis Novellarum libris haec praescribuntur:

Σ f. 53r, Ξ f. 55v: *Incipiunt tituli legum novellarum* (novelli Σ) *divi Theudosii a.* (th. a. *om.* Ξ); sequuntur in Σ Breviarii novellae quae in indice notantur decurtatae deficientibus inscriptionibus et constitutionibus ipsis; novellae Theod. 2 inscriptio sola adest. In Ξ eadem habentur, sed folio uno post f. 55 exciso desunt Theod. 11, 32 *minoribus* usque ad Theod. 16, 97 *nihil detrahitur*; Theod. 3 (in Σ aeque ut Theod. 15 altera manu adscripta) omittitur, ut in indice. — Deinde in utroque libro integrae exhibentur novellae extra Breviarium in indice allatae Theod. 12. 24. 25. 26. Valent. 8, 2. 17. 26. 28. 36.

Σ f. 64r, Ξ f. 63v: *Incipiunt novellr* (novelli Σ) *divi valentiniani* (valint Ξ) *aug.* (ag̃ Ξ) *tituli* (-la Ξ) *legum divi valent. aug̃.* (ag̃ Ξ); sequuntur novellarum Brev. Valent. in indice laudatarum interpretationes et subscriptiones, nisi quod in Ξ integrae servantur nov. Valent. 23 et 27 (Σ deficit in nov. Valent. 23, 7 *defunctorum*).

Ξ f. 70r: *Incipit novell. divi marciani ā.*; sequuntur nov. Marciani 1. 3. 4. 5 interpretationes et subscriptiones.

Ξ f. 70v: *Incip. novellr divi maioriani ā.*; sequuntur Maiorian. 11 int. subscr., Maiorian. 3 inscr. text. subscr.

Ξ f. 71r subscribitur: *Expliciunt libri novellarum V*; sequuntur et in Ξ f. 72r—124v et in Σ f. 64r—133v stemmata graduum, Gaius, Paulus, Gregorianus (Σ terminatur 4, 11, 2 *marco militi*), in Ξ solo Hermogenianus, Papinianus.

Ξ f. 124v: *Incipiunt tituli divi antimi ā.*; sequuntur Anthem. 1. 2. 3 inscr. text. subscr.; f. 126v subscribitur: *Explicit leges divi anthim̃. aug.* (manu recentiore add. *Expl. lib. legum felit. amen*).

Contuli codices Σ et Ξ Romae et Parisiis a. 1901.

II.

Ψ *Varsoviensis bibliothecae universitatis n. 480* (Haenel, nov. const. 9 = Brev. 36; Zeumer, MG. Legum Sectio V p. 131; Mommsen, Theod. I p. XCIX) saec. IX exeunte scriptus, olim Lingonensis, deinde Claromontanus n. 617, tum Ioh. Meermanni n. 600, postea Friderici

L. Kelleri (cuius bibliothecae signum habetur f. 2^{r}), constat ex foliis 269. Codex quid complectatur Haenel (*Brev.* l. l.) enumerat. Breviarium praemisso Commonitorio continetur f. 1—206^{r}; singulos libros titulorum index praecedit. Novellae insunt f. 89^{v}—124^{v}; ex Breviarii constitutionibus ipsis servantur Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27; reliquarum inscriptiones, subscriptiones (om. Valent. 19 — Marcian. 2), interpretationes (om. Theod. 1, cuius locum obtinet Theod. 2 interpretatio iterata) tantum habentur. Praeterea f. 112^{r}—124^{v} post Maioriani novellas duas in Breviarium receptas novellae Maioriani 1—6 integrae adsunt praeter nov. Maioriani 3 subscriptionem; nov. Maiorian. 2 et 5 subscriptiones transponuntur: illa Maiorian. 3 inscriptionis verbis inseritur, haec post Maiorian. 6 inscriptionem additur. — Codicem missum Berolinum a. 1902 contuli.

Berolinensis lat. quart. 150 (Haenel, nov. const. 10 = Brev. 37) saec. X scriptus ex Θ
foliis 189 constat; foliorum primi et ultimi, quae postea adiuncta sunt, adnotationes pluribus manibus diversisque temporibus scriptae originem libri explanant.[1]) Unde nostrum saec. XII et XV adservatum esse apparet in S. Lubentii monasterio quodam in Treverorum dioecesi sito. Lubentium autem, amicum Maximini episcopi Trevirensis, saec. IV presbyteri honore functum esse in ecclesia Cubrunensi 'in vico Cubruno' (hodie Kobern ad Mosellam), tum super fluvium Longanam (nobis Lahn) in ecclesia, cui nomen est Dietkirchen, sepultum esse traditum habemus (*Acta SS. LIV* Octobris VI p. 202 sq.; *MG. Scriptores 8* p. 153 c. 19 in fine; *Annales Trevirenses* I p. 236). Ad Trevirensem dioecesin utrumque monasterium et Cubrunense et Dietkirchense pertinet; alteriutri igitur liber noster tribuendus est. Quamdiu ibi manserit incertum est; hoc tantum constat initio saeculi XVIIII fuisse eum in clerici cuiusdam Vratislaviensis manibus (Haenel, *nov. const.* p. XV); a. 1830 in regiam bibliothecam Berolinensem venit numero signatus 'Cat. Acc. Mstorum 237'. — Novellae continentur f. 81^{v}—113^{v}; folium 100^{r} post novellas Marciani expletas et f. 100^{v} litteris vacant. Liber prorsus concordat cum praecedente Ψ: ex Breviarii constitutionibus ipsis adsunt Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27, reliquarum novellarum non extant nisi inscriptiones, subscriptiones (om. Valent. 19 — Marcian. 2), interpretationes (iterata Theod. 2 pro Theod. 1 omissa). Sex primae Maioriani novellae integrae (excepta Maiorian. 3 subscr.) f. 100^{r}—113^{r} servantur. Librarius nov. Theod. 13 interpretationem, Theod. 14 rubricam inscriptionem subscriptionem omissas in margine addit. Altera eiusdem aetatis manus *(Θ^{v})* in margine f. 102^{r} novellae Maioriani 11 verba ab epitome Aegidiana servata (7 *si quispiam* ... 12 *consecrari*) adiecit. — Contuli novellas praeter Breviarii interpretationes, quas passim examinavi, totas.

Parisinus 9652 (antea Suppl. Lat. 779), adiunctis, quae quaternionem XIII ex eo avul- Ω
sum repraesentant, *Parisini 4406* foliis 60—67 (Haenel, nov. const. 7/8 = Brev. 35; Mommsen, Theod. I p. XCIX), inter huius classis codices primum locum obtinet. Saec. IX exeunte satis accurate scriptus et in cathedralis Bellovacensis bibliotheca capitulari adservatus quaterniones XXI integros et folia quattuor continebat. Postea fuit Antonii Loiselli Bellovacensis, cui Cuiacius, ut in praefatione editionis prioris a. 1566 testatur, novellas Maioriani 1—6 ex nostro tum primum divulgatas debuit. Codicem a Loisello transmissum esse Cuiacio manifestum est neque minus verisimile fit ab hoc commodatum eum esse P. Pithoeo filio. Documento sunt adnotationes[2]) variaeque lectiones in Sichardianae exemplari Paris. Réserve F 380 Pithoei manu adscriptae. Bellovacensis, quem post fratrem

---

[1]) F. 1^{r} saeculi XV manu scriptum est: *Incipit liber legū et auctas alarici reḡ* | *leges theodosiani lib. XVI* | *liber novellār divi theodosii* | *valentiniani marciani maioriani severi* | *gay pauli s̄enār V̄* | *s̄acti lubencii in* ..... (litterae a me omissae fere evanuerunt) | *trever̄ dioces̄*. — F. 1^{v} post alia saec. fere XII scripta habentur: *iste liber s̄ci lubentii est*. — Folio denique 189 iam tripertito, sed mutilo, quod eodem atque folium primum tempore codici adfixum est, saeculi XII laterculus inest, in quo col. III v. 8 sqq. legimus: *presbri ordi[nis .....]* | *ebdoma[darii ....]* | *Bezelin. Ebd[omadarius s̄ci?] lubentii. Here[*... cet.

[2]) F. 84^{v} ad finem Theodosiani adnotatur: 'In vet. cod. Bel. seq(uitur) Tit. de Episcopali 'iudicio. Impp. Arcad. et Honor. et Theod. AAA. Ablavio PP.' (= Sirmond. 1: Paris. 9652 f. 76^{r}); porro f. 119 ad finem novellarum Maioriani: 'In vet. cod. Eccl. Bel. in quo erant fere interp̄ta'tion(es) tantum harum novellarum hoc loco sunt 6 Novellae integrae' (sequuntur novellarum

Fr. Pithoeus in apparatu Cuiacianae exemplaris Paris. Rés. F[a] adhibuit, num Bellovacum ad Loisellum redierit non constat; hoc quidem certum mihi videtur quaternionem XIII a Petro Pithoeo avulsum esse. Qui frustum, subscripto nomine suo in fine (f. 67v), aliorumque librorum lacinias in unum volumen (scilicet Parisinum 4406) congessit et emendationes *(Ω²)* passim adscripsit. — Parisinus 9652 recentiore aetate Lugduni fuit in bibliotheca Gay, post cuius mortem a. 1834 Parisios in regiam bibliothecam translatus est. — Codici *Ω* inest Breviarium praemisso Commonitorio; suus quemque librum titulorum index praecedit. Breviarii Novellae decurtatae continentur f. 76v—95 Parisini 9652 (usque ad Maiorian. 7, 135 *curialem accipere*), f. 60/61 Parisini 4406 (inde a Maiorian. 7, 135 *noluerit maritum*), f. 98 Parisini 9652 (Severi 1); ut in *ΨΘ* ex constitutionibus ipsis extant Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27, reliquarum inscriptiones, subscriptiones, interpretationes. Maioriani novellae 1—6 extra Breviarium positae, ut in codicibus laudatis, integrae habentur f. 61v—67v Parisini 4406 (usque ad Maiorian. 6, 72 *alendis et locuple*/), f. 96—98r Parisini 9652 (inde a Maiorian. 6, 72/73 /*tendis filiis*). — Saeculi X manus inter versus, rarius in margine, verborum explicationes (ut in Parisino 4413) adiecit. — Codicem Parisiis a. 1901 contuli.

ΨΘΩ Libros *ΨΘΩ* in iis, quae ex Novellis habent, vix differre vidimus. Ad lectiones quod attinet, *ΨΘ* (hic illic accedente, quem infra tractabo, Parisino 4413) saepenumero ab *Ω* discedunt verum vel vero propiora offerente, ut ex apparatu cognosces (cf. Theod. 14, 81 — 22, 2, 169 — Valent. 1, 3, 27 — 18, 24 — 23, 51/52 — 27, 42 — 31, 56 — 32 rubr. — 35, 119. 160. 200). Neque aliter res se habet de novellis Maioriani 1—6; ubi enim libri *Ω* et *ΨΘ* dissentiunt, ille praeferendus est (ut Maiorian. 2, 49 — 2, 63 — 4 rubr. — 4, 9 — 4, 10 — 5, 19 — 6, 83), rarius tantum his cedit (ut Maiorian. 1, 2 — 2 inscr.). Rarissime *Ψ* et *Θ* discedunt (ut Valent. 23, 45 — 27, 17).

Parisin. 4413 *Parisinus 4413* (Haenel, nov. const. 31 = Brev. 31; Flach, Études critiques [Paris. 1890] p. 82 sqq.; Mommsen, Theod. I p. XCVIII) Baiocassis in monasterio Normanniae a. 832 a Regenardo clerico scriptus, ut verbis Breviario f. 157r subiunctis declaratur, aliquando Bigotianus, deinde Memmianus 97, tum in regiam bibliothecam Parisinam translatus est et signatus 4890[a] (cf. Montfaucon. II p. 753 B). Constat ex foliis 157, quae Breviarium sine Commonitorio, suo cuique libro indice praemisso, continent. Novellae insunt f. 68v—98r; Maiorianae 1—6 quamquam desunt, in reliquis codex proxime accedit ad libros praecedentes *ΨΘΩ*: praescripta et subscripta ad verbum fere cum iis consonant; exceptis nov. Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27 non extant nisi constitutionum inscriptiones, subscriptiones (om. Marcian. 2), interpretationes. — Codicem, quem Fr. Pithoeus adhibuit, Parisiis a. 1901 examinatum in apparatu raro laudavi.

Parisin. 9653 *Parisinus 9653* (Suppl. Lat. 65; Haenel, Brev. 27; Mommsen, Theod. I p. XCIX), aliquando Io. Anton. Lescurii, cuius nomen foliis 3r, 4r, 5r, 22r inscriptum est, a. 1609 emptus a Claudio Expillio Gratianopolitano, tum in regiam bibliothecam Parisios translatus, constat ex foliis 158 a tribus librariis saec. IX exaratis, quibus bina folia et in principio et in fine adglutinata sunt. Liber quid complectatur, Haenel *Brev.* p. LXII sq. enarrat. Breviarium praemissis indice et prologo legum (cf. Mommsen *l. l.*) continetur f. 36v—158, Novellae insunt f. 100v—119r. Ex constitutionibus ipsis integrae extant Valent. 1, 3 — 18 — Marcian. 1 — Maiorian. 11, particulae textus servantur novellarum Theod. 3 (exhibentur nomina sectarum v. 81 sq. enumeratarum) — 11 (finit 24 *obnoxia*) — Valent. 23 (finit 33 *infamia*, redit 48 *cuius*, deficit 49 *facultatem*) — 27 (finit 40 *servari*, redit 48 *scilicet ut*, deficit 55 *conservent*). Subscriptiones desunt, exceptis Valent. 32 — Marcian. 2 — Maiorian. 7 — 11. — Codex neglegentissime a librariis imperitis descriptus, quem Parisiis a. 1901 examinavi, cum ad novellarum textum recensendum nihil valeat, in apparatu vix allatus est.

Maioriani 1—6 rubricae, ut in codicis nostri contextu habentur, nisi quod Maiorian. 6 pro *successionibus* scribitur *successione*); f. 120 denique ad nov. Severi 1, 16 notatur: 'Intelligit legem 'Maioriani de Sanctimonialib' et viduis et success' earum' (= Maiorian. 6) 'quae est in vet. lib. 'Eccles. beluacensis et plura habet capita ex quib' unum hoc hac lege probatur.'

III.

Fuldensis D. 1 (Haenel, nov. const. 3 = Brev. 45; Zeumer, MG. Legum Sectio V p. I; Mommsen, Theod. I p. C) saec. VIII ineunte in Gallia a pluribus librariis pessime scriptus, antea monasterii Weingartensis, unde a. 1805 Fuldam translatus est, constat ex foliis 184, quibus in principio et in fine singula folia adiuncta sunt; quaterniones litteris A—X signantur. Liber praeter formulas Andecavenses (f. 136—184) nonnullasque Isidori sententias Breviarium epitomatum sub titulo '*scintilla de libro legum*' continet; index praemittitur, de quo accuratius in capite primo (p. XVIII) egi. Tertiae enim syllogae archetypi ordinem et formam optime explanat, nisi quod Paulus Theodosianum excipit, Gaius Gregorianus Hermogenianus novellas Marciani antecedunt. Cuius indicis tituli et numeri, quoad ad Novellas pertinent, plane concordant cum *ΔΔΣΞ. Easdem, quas index enumerat novellarum titulos, contextus exhibet (quat. N f. 8 — q. R f. 4), sed frusta tantum miserrime truncata habentur, sive interpretationum sive constitutionum ipsarum. Particulae hae quid complectantur ad singulas novellas notavi. Ex Breviarii novellis prorsus deficiunt Theod. 22, 2 — Valent. 21, 1, ex ceteris Theod. 5, 2 — 5, 3 — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 10, 2 — 17, 2 — Valent. 1, 1 — 1, 2 — 2, 1 — 2, 3 — 2, 4 — 6, 1 — 6, 2 — 7, 2 — 7, 3 — 8, 1 — 15 — Maiorian. 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6. — Inter Hermogenianum et novellas Marciani insertae leguntur et in indice (f. 13ʳ; vide p. XVIII) et in contextu (f. 128ᵛ), praescriptis *Incipit lib paipilianus spunsaliorum* (in indice *papianus sponsaliorum*), novellae Severi 2 particula sub Papiniani Alariciani rubrica *I. De pactis inter virum et uxorem* et Theod. 9, 1, 18 interpretatio sub rubrica *II. De reorum custodia.* Subieci verba a Scherer Fuldensis bibliothecae praefecto liberalissime mecum communicata: *Fuld.*

Expl. Ermogeni|anus. Incipit Lib | *Paipilianus* (corr. ex *paililianus*) *Spun|saliorum.* | *I. De Pastis* (sic in context., *pactis* in lat.) *Int Virū et Uxorē* | *Si quis servi vel colonis se cre|dederent copolandus agnacionē* | *errarum adds dominis ptenirent* | *quorum inquilinus vel coloni fuisse consteterit* | *II. De Reorum Custodia.* | *Rei non multo tempore in car|cere vel in custodia teni|antur sed celeriter aut innocentis absolvantur aut si con|victi fuerint criminosis intencia puniatur* | *Explicit Lib Papiani incipiunt tituli devi Marciani.*

'Divi Maximi' denique qui dicitur fragmentum informe, quod supra (p. XXIV not.) dedi, in Fuldensi solo f. 13ᵛ et 132ᵛ reperitur. — Codicem praeter locum supra allatum ipse contuli Berolinum missum.

Leidensis Vossianus lat. quart. n. 47 (Haenel, nov. const. 36 = Brev. 25; Mommsen, Theod. I p. XCVI) saec. X in Gallia a pluribus librariis scriptus, olim 'S. Iuliani M. 39', postea 'ex bibliotheca viri illustr. Isaaci Vossii 207', a. 1716 inter bibliothecae Universitatis Leidensis libros relatus, constat ex foliis 155. Breviarium in fine mutilum continetur f. 2—155. Novellae insunt f. 79ʳ—95ᵛ: ex constitutionibus ipsis adsunt Valent. 1, 3 — 18 (incipit 14 *quisquis manichaeorum*) — 27 (incipit 36 *de originariis*); nov. Valent. 23 inscriptio et textus pars (inde a 26 *quisquis* usque ad 51 *monstraverit*) sub praescripto *item alia interp* novellae Valent. 18 inseruntur, textus extrema pars et subscriptio suo loco reperiuntur. Reliquae novellae inscriptionem, subscriptionem, interpretationem praebent; desunt Theod. 9 tota, Theod. 3 inscr.; decurtantur inscriptiones Theod. 1 — 2, subscriptiones Valent. 32 — Marcian. 2 — Maiorian. 11. — In subscriptionibus librum saepenumero cum *ΔΔ et Parisino 4408 consentire laterculus p. XLIV sq. propositus docet. Propriae Leidensi sunt interpolationes quaedam; commemoratione dignum est novellae Theod. 2 'de confirmatione legum novellarum divi Theodosii A.' rubricam hunc in modum mutari: *de publicatione id est confirmatione legum novellarum* (om. *a*) *domino th. post theodasianum* (sic) *codicem latarum*; quae, si interpolata non est, lectionem fortasse servat corporis Valentiniani a. 448 publicati. — Codicis Berolinum missi rubricas, inscriptiones, subscriptiones contuli, lectiones selectas examinavi. *Leid.*

Parisinus 4408 (Haenel, nov. const. 27 = Brev. 29; Mommsen, Theod. I p. XCVII) saec. IX scriptus, inter Christinae reginae libros numero '438', in regiam bibliothecam Parisios translatus numero 5183 signatus, constat ex foliis 216. Breviarium praemisso Commonitorio continetur f. 11ᵛ—216; singulos libros titulorum index praecedit. Novellae *Parisin. 4408*

insunt f. 102^r—129^v, foliorum ordine inverso, ita ut f. 107 post f. 110, f. 115 post f. 116 legere oporteat. Constitutionum Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27 verba servantur, reliquarum inscriptiones, subscriptiones, interpretationes tantum exhibentur, sed nonnumquam inter subscriptionem et interpretationem textus sive principium sive finis extat. Codex, ut Leidensis, prorsus neglegendus esset, nisi subscriptionibus polleret (vide p. XLIV sq.). Commemoratione porro dignum videtur Theod. 16 inscriptionem, ut in *Δ^1*EKL*, ita in nostro interpolari. — Contuli Parisiis a. 1901 inscriptiones, subscriptiones omnes, constitutionum Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27 lectiones selectas.

Parisin. 4411 *Parisinus 4411* saec. IX (Haenel, nov. const. 30 = Brev. 22), olim Colbertinus 4209, tum Regius $5\underset{5.}{1}\underset{5.}{8}3$ (cf. Montfaucon. II p. 986 B), ex foliis 191 constat. Breviarium decurtatum praemisso indice continetur f. 1—19. 21—117. 120. 20. Novellae incipiunt f. 87, terminantur f. 117^v in nov. Severi 1, 24/25 *sive ad alias nuptias venerit nec.* Sequitur f. 118/119 legis Salicae fragmentum ex alio codice depromptum, tum Gaius Paulus Gregorianus. Integrae supersunt novellae Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27 — 35 — Maiorian. 11 — Severi 1 (def. 24/25); reliquarum inscriptiones et textus verba desunt (constitutionis Theod. 1 verba ultima extant inde a 45 *inlustris et*); subscriptiones neglegenter scriptae alia eiusdem aetatis manu adduntur (omittuntur Theod. 16 — Valent. 1, 3). — Varias ex libro nostro lectiones, potissimum ad nov. Valent. 35 pertinentes, Franciscus Pithoeus Cuiacianae prioris exemplari Paris. Réserve F^2 adscripsit. — Codicem, quem Parisiis a. 1901 contuli, in apparatu passim adhibui.

Vatican. reg. 1050 *Vaticanus reginae 1050* saec. X (Haenel, Brev. 76 et in libello gratulatorio in Caroli de Savigny honorem a 1850 scripto [vide p. XXIX] p. 3 sqq.; Merkel, MG. LL. III p. 623 sq.; Mommsen, Theod. I p. C), antea Alexandri Petavii fuit, cuius nomen f. 6^r inscriptum est, tum Christinae reginae n. 379 (cf. Montfaucon. I p. 22. 93). Ex diversorum eiusdem aetatis codicum laciniis librum compositum esse quaternionum ratio docet. Praefixa enim sunt quattuor folia ('numero $\overline{49}$' signata), quibus fragmenta theologica insunt; sequuntur quaterniones XV litteris A—T signati (f. 5—123), tum quaterniones duo numeros XXV. XXVI exhibentes, qui continent legem Ribuariorum et legis Alamannorum partem (f. 124—139), et tertius Z legis Salicae particulam tradens (f. 140—147); quos denique excipiunt alteri duo litteris XY notati et folia duo (f. 148—165). Ex pristini codicis quaternionibus litteris A—Y signatis quinque exciderunt, scilicet D — E — M — R — V, praeterea folium unum; quaterniones tres, scilicet XXV — XXVI — Z, adiecti sunt: hodie igitur constat ex foliis 165. Quid contineat, Haenelius (*Brev.* l. l.) enarrat. Breviarium inest foliis 14^v—118^r. Novellarum index accedentibus Gai Pauli Gregoriani Hermogeniani Papiniani rubricis, quae ut 'novellae' vel 'novae' opponuntur 'veteribus' (scil. Theodosiano), sub praescripto *Incipiunt capitulationes tituli legis Novellarum* f. 61^r—68^v exhibetur. Contextus novellarum ipsarum quaternione M exciso f. 76^v terminatur in nov. Valent. 27, 55 *parens*. Servantur constitutiones Valent. 18 — 23 (finit 3 *persequendo*, redit 26 *quisquis*) — 27 (incipit 27 *constituens*, finit 55 *parens*); reliquarum novellarum interpretationes tantum extant. Breviario f. 118^r subscripta est rubrica a Mommseno *l. l.* descripta, quacum conferas rubricam librorum $\Sigma\Xi$ Breviario praescriptam (vide p. XVIII). Sequitur novellae Severi 2 inscriptio et textus fine deficiente mutilus. Hanc solam ob constitutionem, quam integram fuisse in Pithoeano, epitomatam adesse in Fuldensi p. XXIV vidimus, liber editioni nostrae utilis est. — Novellam Severi 2 et praecedentem rubricam ipse contuli Romae, novellas Valent. 18 — 23 — 27 mea causa intercedente Huelseno contulit bibliothecae Vaticanae scriptor Franchio de' Cavallieri.

CAPVT QVINTVM.

EXCERPTA.[1] BREVIARII EPITOMAE. VARIA.

I. Ex syllogis legum novellarum Orientalibus Excerpta.

Omnes, quas *Iustinianus* in Codicem suum recepit, constitutiones anno 437 posteriores sumptae sunt ex syllogis novellarum constitutionum orientalibus. Inter quas in syllogis occidentalibus extantes reperiuntur hae: nov. Theod. 3 — 5, 2 — 6 — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 7, 4 — 8 — 9 — 10, 1 — 11 — 12 — 13 — 14 — 16 — 17, 2 — 19 — 20 — 21 — 22, 1 — 22, 2 — 24 — 25 — 26, Marcian. 1 — 3 — 4 — 5. Reliquas, quae spectant ad annos 438 — 457, in editione ipsa neglectas admisi in laterculos dignitatum et temporum capite octavo propositos. Iustiniani autem mutationes ad leges novellas modo laudatas pertinentes editionis textui adscripsi, Mommseni in Theodosiani editione exemplum secutus, neque in variis editionis Kruegerianae lectionibus recipiendis discessi ab iis, quae summus ille vir in primo huius operis volumine pp. LX. CXXIV exposuit. Utriusque corporis lectiones ubi dissentiunt, Iustinianus plerumque interpolatus (ut Theod. 22, 1, 61 — 22, 2, 73 — Marcian. 1 inscr. — 5, 39) cedit Novellis[2]), passim verum solus exhibens corruptelas librorum nostrorum sanat (ut Theod. 21, 7 — 21, 32 — 26, 29 — 26, 48 — Marcian. 3, 9/10 — 4, 4). Commemoratione digna est nov. Theod. 22, 1, ubi genuinam subscriptionem *Eudoxio et Dioscoro conss.* (a. 442) Iustinianus (5, 27, 3) exhibet, in Novellarum libris traditur *Maximo II et Paterio vv. cc. conss.* (a. 443). Novella Theod. 7, 4 (a. 441) in libris nostris inscripta est magistris militum Ariobindo et Aspari, Iustinianus (3, 23, 2 — 7, 62, 33 — 12, 54, 3) legem directam esse vult ad Cyrum p(raefectum) p(raetori)o. *Iustiniana*

II. Ex syllogis legum novellarum Occidentalibus Excerpta.

A. Codex Coloniensis 212, antea Darmstadensis 2326, saec. VII scriptus (Maassen, Quellen und Litteratur des canonischen Rechts 574 sqq.; Conrat, Quellen und Litteratur I p. 146) collectionem continet ecclesiasticam LXIV titulorum saec. VI in Gallia confectam. Sub titulis V et VI ad vetustiorem collectionis partem pertinentibus inter canones Carthaginienses et epistulam a concilio Arelatensi a. 316 ad papam Silvestrum directam fol. 26ᵛ et 27ʳ proponuntur novellae Valent. 18 (a. 445 Iun. 19) et 17 (a. 445 Iul. 8). Illa sub solita rubrica *de Manacheis* (sic), haec sub titulo *de primatibus ecclesiae chatolicae* (in corpore Maioriani scribitur *de episcoporum ordinatione*) collectioni insertae ex sylloge quadam certe diversa a corpore Maioriani, cui aetate praestabat, depromptae sunt. Nam novellarum laudatarum ordo in hoc corpore (quo nostra editio nititur) iam inversus (vide supra p. XVI) in Coloniensi recte servatur. Quocum optime convenit, quod lectiones *Colon.*

---

[1]) Novella Theod. 1 in libris *O* et *A* (scilicet *Ambrosiano C 29 inf.*; cf. Mommsen, Theod. I p. LXXXIII) Theodosiano praemissa traditur; ex eiusdem generis archetypo depromptam eam praebet *Parisinus 4409 f.* 65/66; hac de re accuratius agetur in capite septimo.

[2]) De Tribonianorum mutationibus ad constitutionum linguam pertinentibus vide quae Grupe (*Zeitschr. Savignystiftg. R. A.* 14, 224 sqq. 15, 327 sqq.) composuit.

eius, potissimum novellae extra Breviarium positae Valent. 17, contextum libri Γ etiam in gravioribus emendant, ut in capite septimo demonstrabitur. — Codicis novellam utramque contuli Coloniae a. 1901.

B. Ex sylloge prima Excerpta.

Gromatici 1. *Corporis scriptorum gromaticorum* libri ordinis secundi (prioris nulla habent ex Novellis excerpta) in Gallia scripti Vaticanus Palatinus 1564[1]) saec. X, olim Fuldensis, et ex eo etiamtum pleniore descriptus Guelferbytanus Gudianus 105[2]) eiusdem fere aetatis, aliquando Adriani Turnebi, qui ab archetypo pendent saec. VI vel VII in Italia confecto et impudentissima eius artis hominum interpolatione inquinato[3]), leges novellas Theodosianas tres, scilicet 24 — 4 — 20 sic ordinatas, rubricis nullis praemissis excerptas proponunt (cf. p. 273 sqq. editionis Lachmannianae). Descendunt autem ex corpore Maioriani, ut ipsae docent. Alterius novellae (Theod. 4) cum inscriptionem et subscriptionem fere integras constitutionisque principium ex parte receperint agrimensores, primam (Theod. 24) excepta inscriptione ita deformant, ut vix agnoscatur neque operae pretium visum sit ficticia haec in apparatum nostrum recipere. Sed novellam Theod. 20 in Breviarium receptam fere plenam, omissa tantum subscriptione, usurpaverunt: hic illic Gromaticorum textus corruptus est (20, 1 *circa* pro *cyro* — 20, 11 *limitatori* pro *nili tantum* — 20, 29 *magnificavit* [sic corrigendum in apparatu] pro *magnifica auctoritas tua*) vel hiat (ut 20, 2 — 20, 6 — 20, 23 — 20, 28 cet.); graviores interpolationes occurrunt 20, 11 et 20, 31; at verum solus exhibet 20, 8 *apud quem.*

Deusdedit 2. *Collectio Canonum* a cardinale Deusdedit Gregorio VII pontifice Romae compilata, a. 1087 divulgata et successori eius Victori III 'omnique clero sanctae romanae ecclesiae' dedicata sub primi libri titulo CCXXXVI et praescripto *constitutio Valentiniani* novellam Valent. 17 'de episcoporum ordinatione' etiam in sylloge Coloniensi servatam fere plenam exhibet. Huius collectionis apographum continet *Vaticanus 3833*[4]) (nobis *Deusd.*) saec. XII ineunte in Gallia descriptus[5]). Folio 48^{r} nov. Valent. 17 ita habetur, ut in cardinalis Deusdedit collectionem recepta est ex syllogae primae codice Italico Romae tum custodito (vide infra in capite septimo). Pro acceptoris nomine *Aetio viro inl. com. et mag. utriusque militiae et patricio* interpolando scribitur *omnibus sub imperio aeternae urbis R(omae) ubique terrarum degentibus;* item verba 33 *Aeti* $\overline{pkaa}$ . . . . . 37 *divinitas te servet per multos annos* $\overline{pkaa}$ ad eundem Aetium pertinentia praetermittuntur. — Contuli novellam Romae a. 1901.

Libelli contra invasores et symoniacos et reliquos scismaticos ab eodem cardinale Deusdedit a. 1097 confecti[6]) capiti III, 5 (in fine)[7]) insertum est eiusdem novellae Valent. 17 fragmentum ex canonum collectione depromptum ('quis episcoporum ad iudicium Romani antistitis evocatus adesse neglexerit, per moderatorem eiusdem provinciae adesse cogatur').

Phillipps. 1735 3. Epitomae Monachi codex *Berolinensis Phillippsianus 1735* (Haenel, Brev. 64; Rose, catal. I n. 160) saec. VIII/IX scriptus post Aniani subscriptionem Alaricianam (cf. *Theod. I* p. XXXIV) f. 157^{v}/158^{r} novellas Valent. 16 et 24 breviatas proponit ex sylloge prima.

---

[1]) Blume, *Schriften der römischen Feldmesser* vol. 2 p. 43 sqq., Mommsen in *annalibus Bonnensibus* vol. XCVI. XCVII (1895) p. 275 sqq.

[2]) Blume l. l. 42 sq., Mommsen l. l.

[3]) Mommsen l. l. p. 283.

[4]) Codicem *Parisinum lat. 1458* (= Colbert. 2576 = Regium 388/1), qui novellam Valent. 17 f. 249^{v} sub eodem numero CCXXXVI exhibet omisso tantum praescripto *constitutio Valentiniani*, in meum usum contulit H. Lebègue Parisinus. In apparatu hunc codicem ad verbum concordantem cum Vaticano 3833 non attuli.

[5]) Collectionem edidit Martinucci (Deusdedit . . . Collectio Canonum e codice Vaticano edita a Pio Martinucci, Venetiis 1869); egerunt de ea Stevenson, *Archivio storico della città di Roma* VIII (1885) p. 305 sqq.; Conrat *l. l.* 367 sq.; Sackur, *MG. Libelli de lite imperatorum et pontificum saec. XI et XII conscripti* II p. 292 sqq.; Steinacker, *Mitteilungen des Instituts f. oesterr. Geschichtsf. Supplement.* VI p. 113 sqq.; de Wretschko, *Theod. I* p. CCCLVII.

[6]) ed. Sackur, *MG. Libelli de lite* II p. 292 sqq.; cf. Conrat *l. l.*, de Wretschko *l. l.*

[7]) Sackur, *l. l.* p. 346.

Illi novellae, quae in *Γ* deest, solus ex libris nostris numerum *XVI* attribuit in corpore Maioriani inter Valentinianas usurpatum, hanc a *Γ* numero XXII signatam laudat ut *XXIII*. Novellae Valent. 16 praescribitur (f. 157v): *de ptio solidi et reprobati* [interpolatum]. *ymp theod. et valentinian āā ad pr* [sic recte = p(opulum) r(omanum)] *in libro novellarum* (scilicet Valentiniani) *hr* [= habetur] *XVI*. Sequuntur textus verba inde a 6 *(si quis) solidum* usque ad 12 *custodiet* in brevem summam contracta et interpolata, quae tamen boni archetypi vestigia prae se ferunt; tum post subscriptionem (consulatum *valentiniano āg VI* recte exhibentem contra *ΔO*) scripta habetur nov. Valent. 24: praescriptis (f. 158r) *de negutiatoribus ymp theod et valentiniani āā* (reliqua inscriptione omissa) *in novell. lib hr. XXIII*, ordine inverso textus breviatus (inde a 3 *maiestatis* .... 4 *oraculo*, 7 *omnes* usque ad finem) et subscriptio dantur. — Utriusque constitutionis datae locus, scilicet Roma, non casu omissus esse videtur. Graves sunt interpolationes Valent. 16, 6 — 24, 7/8.

4. *Leges regum Germanorum.*

cod. Euricianus

a. Corpus Euricianum ab Eurico Visigothorum rege (466—485) conditum et Gothis solis destinatum, cuius fragmenta in codice palimpsesto Parisino lat. 12161 servantur (cf. Zeumer, *MG. LL. Nat. Germ. Sectio I Tom. I* p. XII sq. XVI sqq.) haec habet ex corporis Maioriani Novellis excerpta:

Valent. 32 § 4	=	Euric. frgm. 293 (= l. Visigoth. 5, 4, 1); cf. l. R. Burg. 35, 5. l. Baiuvar. 16, 8
— 35 v. 59 sqq.	=	Euric. frgm. 321 (= l. Visigoth. 4, 2, 13).

Ad novellam Severi 1 a Postalaricianis demum legi Romanae Visigothorum insertam fragmentum Euric. 322 (= l. Visigoth. 4, 2, 14) prope accedit (vide p. 201), hoc vero discrimine intercedente, ut usufructuaria portio a Severo mulieri praebita, 'sive in alias nuptias venerit sive non venerit', ab Eurico non concedatur nisi in viduitate permanenti. Tamen novella illa extravagans, priusquam a Visigothis post annum 506 in Breviarium reciperetur, iam pridem nota eis fuisse putanda est.

l. R. Burg.

b. Lex Romana Burgundionum [1]), quam ante editum Breviarium Alaricianum a Gundobado rege (473—516) conditam esse verisimillimum est (cf. Haenel, *Brev.* p. XCV sq.; Mommsen, *Theod. I* p. LXI), quod tit. 2, 2, ubi prima mentio fit Novellarum, verbis utitur *secundum legem ex corpore novellarum Theodosii et Valentiniani ad Maximum patricium datam* (scilicet Valent. 19), non est cur Maioriani corpus adhibitum esse negemus. Nam huius ipsius imperatoris novellas et extra Breviarium positas cognovisse eum, qui legem R. Burg. composuit, titulus 25 *de adulteriis* inscriptus docet, ubi verbis *secundum legem novellam Maioriani* novella Maioriani 9, licet incorrecte [2]), laudatur. Ad novellae Maioriani 6 'de sanctimonialibus' paragraphum 9, ut aliae posteriorum temporum leges, ita nostrae titulus 37, 1. 2 spectat. Praeterea ex constitutionibus Breviario non insertis novellae Theod. 12 'de repudiis' principium aperte significatur initio tituli 21 *de divortiis* inscripti. Neque minus Extravagantes post Maiorianum latas Burgundiones in legem suam Romanam receperunt; titulus enim 46 ad verbum fere depromptus est ex altera Severi novella, quae in legis R. Burg. codice quodam huic titulo adscripta inde in tertiae syllogae archetypum transiit. Ad interpretationem autem nov. Marciani 1 (v. 97/98) quamquam prope accedunt tituli 33 verba *nec eum qui pulsandus est longius trahere*, tamen nequaquam ex Breviario Alariciano sumpta sunt.[3]) Huiusmodi potius similitudines inter legem Romanam Burgundionum et Visigothorum interpretationes intercedentes, quarum exempla plura ad Theodosianum pertinentia Mommsen (*Theod. I* p. LXI) attulit, facile explicantur considerantibus utriusque nationis iurisperitos easdem iuris scholas tum frequentasse. Iniuria igitur inter auctores, qui novellam Marciani 1 adhibuerunt, p. 185 laudavi Burg. 33, 1. — Novellarum usum produnt loci hi: Burg. 2, 2: nov. Valent. 19 § 2 (vide supra; Halban

---

[1]) Edidit de Salis, *MG. LL. Nat. Germ. Sectio II Tom. I;* cf. de Halban, *Das römische Recht in den germanischen Volksstaaten* I (1899) p. 268 sqq.

[2]) Vide p. 176; cf. etiam de Halban, *l. l.* 272 not. 2. 4.

[3]) Quae sequuntur *pulsatus in eius audientia respondeat, ad cuius sententiam convenitur .... tum demum pulsati iudicem actor adeat* a regula generali in Breviarii novella Marciani 1 exposita abhorrent, quae sic est: *actor rei forum sequatur.*

l. l. 272 not. 6) — 6, 3: Valent. 31 § 3 v. 21 — 11, 4: Valent. 35 § 1[1]) — 21, 1: Theod. 12 v. 2/3 (non respecta nov. Valent. 35 § 11) — 25: Maiorian. 9 (vide p. LVII) — 26, 1: Valent. 35 § 10 *(secundum legem novellam)* — 31, 1: Valent. 27 — 31, 1. 2: Valent. 35 § 12 — 31, 5: ? *(intra annum criminalem quaestionem et proponi et debere finiri secundum legem novellam vel diversorum auctorum constitutiones, quae sunt per titulos superius indicatae)* — 35, 5: Valent. 32 § 4 (cf. frgm. Euric. 293) — 36, 4: Theod. 11 § 3 *(secundum legem novellam 'de tutoribus pupillis nominandis':* vide supra p. XLVIII*)* — 36, 9: Valent. 35 § 13 *(secundum legem novellam)* — 37, 1. 2: Maiorian. 6 § 9 — 37, 6: Valent. 31 v. 33 sqq. *(secundum legem novellam .... secundum legem novellam sub titulo 'de advenis')* — 39, 3: Valent. 8, 1 (?; *secundum legem novellam*) — 44, 1: Valent. 35 § 6 — 45, 1: Valent. 21, 2 § 1 — 45, 2: Theod. 16 § 2 *(secundum legem Theudosii et Valentiniani ad Florentium prefectum preturii datam)* et Valent. 21, 1 § 4 — 46: Severi 2 *(secundum constitutionem novellam Leonis et Severi .... quod ea lege evidenter exprimitur, quae ad Basilium prefectum preturii data est;* vide p. LVII).

Edictum Theoderici — *c.* Edictum Theoderici regis Italiae (493—526; ed. Blume, MG. LL. V, 145 sqq.) et Gothis et Romanis destinatum, quamquam inter annos 511—515 publicatum est, tamen epitomen Alaricianam non adhibuit, id quod hodie inter viros doctos fere omnes constat.[2]) Cui rei non obstat, quod Ostrogothorum rex ex Novellis non excerpsit nisi in Breviarium receptas. — Novellae *antiquis legibus* (c. 12), scilicet Theodosiano, vel *veteris iuris sanctimoniae* (c. 155) oppositae allegantur sub titulo *novellarum legum* (c. 12 — 68 — 155), ut in l. R. Burg. — Edicti capita, quorum verba ita cum Novellis congruunt, ut adhibitas eas esse a Theoderico verisimile fiat, sequuntur: Theoderic. c. 12: Valent. 35 § 13 (cf. Burg. 36, 9) — Theoderic. c. 28: Theod. 16 § 2 et Valent. 21, 1 v. 27 (cf. Burg. Germ. 43, 1; Burg. R. 45, 2; cod. Parisin. 4613 f. 83; Hincmar ed. Sirmond. I p. 640) — c. 29: Theod. 16 § 3 — c. 54 v. 29 sqq.: Theod. 14 § 3. 4 — c. 64 pr.: Valent. 31 v. 33—38 (cf. Burg. 37, 6) — c. 68: Valent. 31 § 2 — c. 69: Maiorian. 7 § 1. 2[3]) (cf. Valent. 27; Burg. 31, 1) — [c. 110: Valent. 23] — c. 142: Valent. 35 § 18 — c. 144: Valent. 1, 3 § 2. 5 — c. 149: Maiorian. 7 § 15. 17.

Schol. Vaticani reg. 886 — *δ.* Inter *Scholia* in margine *Vaticani reg. 886 (V)* addita ad Theod. 11, 30, 42 a V^2 adscriptum (cf. Theod. I p. LV) ad novellam Theod. 7, 4 § 8 spectat, quae falso *novella Valentiniani* nuncupatur.

C. Ex sylloge tertia Excerpta.

1. Collectiones inde a saeculo VII *in Gallia ad usum ecclesiasticum confectae* Breviarii aucti codices adhibuisse videntur. Ita libri Parisinus lat. 12445 et Berolinensis Phillippsianus 1741 (cf. Conrat, *Quellen* p. 255 sq.; Mommsen, *Theod. I* p. LXXXVIII. XC sq.; de Wretschko, *ibidem* p. CCCXXXII sq.) syllogae decretalium Dionysio-Hadrianae subiungunt excerpta cum ex Theodosiani integri libro XVI tum ex Novellarum sylloge tertia deprompta.

D — *Parisinus lat. 12445* (antea Sangerman. 366; Haenel, Brev. n. 72 = const. Sirmond. p. 415 sqq.; Mommsen, l. l.) saec. IX/X scriptus est.

Phillipps. 1741 — *Berolinensis Phillippsianus 1741* (Haenel, Brev. 71 = const. Sirmond. l. l.; Rose, catalog. n. 82; Mommsen, l. l.) origine Remensis saec. X scriptus est.

Utrique libro communia sunt haec:

Nov. Valent. 27 integra (*D* f. 199^v—201^r = *Phill. 1741* f. 7^v—9^r) sub praescripto *in libro legum novellarum divi valentiniani cap̄. VIII* (= Brev. nov. Valent. VIII).

Nov. Valent. 35 inscr. et textus §§ 1—7: *D* f. 199 = *Phill. 1741* f. 191^v/192^r. Praemissa rubrica *de episcopali iudicio et de diversis negotiis* in utroque libro ante inscriptio-

---

[1]) Insiticium *et presbyteri* iam ante legem R. Burgundionum conditam textui nov. Valent. 35 (vv. 7. 18. 22) insertum fuisse verba Burg. 11, 4 *criminales vero actiones nullatenus posse mandari nisi ab episcopis aut presbyteris* demonstrant.

[2]) Cf. Haenel, *Brev.* p. XCII; Gaudenzi, *Zeitschr. Savignyst. G. A.* VII, 46 sqq.; Brunner, *Rechtsgeschichte* I, 365; Krueger, *Quellen und Litteratur* p. 316; Mommsen, *Theod. I* p. LXI, alii.

[3]) Novella Maioriani 7 crebro adhibita est in legum, formularum, epistularum a Theoderico eiusque successoribus datarum collectione, quam *Cassiodorus Senator* in 'Variorum' suorum libris (ed. Mommsen) composuit; vide locos p. 174 a me congestos.

nem et textum paraphrasis inseritur ex constitutionis ipsius et interpretationis verbis composita (incipit *episcopus presbyter iudices publici esse non possunt* [cf. v. 5 sqq.], terminatur *ut publica loca clerici pro ecclesiasticis reparationibus non destruant* [cf. v. 147]).

Nov. Valent. 35 interpretatio integra (*D* f. 201 sq. = *Phill. 1741* f. 9r—11r) sub praescripto *item cap̄. XII.* (= Brev. nov. Valent. XII) *ex interpretatione sententiae de episcopali iudicio.*[1])

Nov. Marciani 1 interpretatio integra (*D* inter Theodosiani 9, 1, 11 inscriptionem et textum interposita = *Phill. 1741* f. 190r in margine ad eundem locum a librario ipso addita); praescribitur *ex interpretatione legis martiani*, subicitur *secundum has leges decrerit carthaginense concilium capitulum XXX.*

Praeterea *Phillippsiano 1741* soli propria sunt:

Nov. Marciani 1 interpretatio usque ad 80 *appellare*: f. 13v sub praescripto *et item leges dicunt.*

Nov. Valent. 35 interpretationis principium (usque ad 129 *extranei*), quod in marginibus inferioribus f. 14 breviatum mutatumque a librario ipso additur; praescribitur f. 14r *et in interpretatione legis valentiniani praeceptum ostenditur,* f. 14v *et h(oc) e(st) de lege valentiniani.*

Parisino 12445 (D) propria est

nov. Valent. 8, 1 (inde a 16 *quia inlicitis*) et Valent. 8, 2 integra: f. 210 sub praescripto *item in libro primo legum novellarum.*

Omnia, quae attuli, excerpta ad constitutiones in Breviarium receptas pertinent praeter novellas Valent. 8, 1 et 2 a *D* servatas. Depromptas eas esse ex tertiae syllogae codice verba his praescripta ostendunt. In hac enim sylloge sola nov. Valent. 8 relata est inter Theodosianas (scilicet 'legum novellarum librum primum'), ubi sub numero XVIIII (XVII in *O*: vide p. XXIII) habetur. Itaque quin reliquae etiam novellae in utroque libro excerptae, cuius lectiones et in minoribus concordant, ex eodem Breviarii aucti codice sumptae sint, dubitari non potest. Confirmant hoc loci plerique, quibus nostri (ex quibus Phillippsianum in apparatu neglexi) cum tertiae syllogae libris conveniunt, ut Valent. 27, 13 — 27, 14 — 27, 15 — 27, 26, Valent. 8, 2 subscr. Proxime autem accedunt ad librum *O*, id quod locis Valent. 35, 28 (fori *O*, fieri *D*) — 35, 31/32 — 35, 33 — 35, 42; Valent. 8, 1, 39 — 8, 2, 7 — 8, 2, 14 demonstratur, ita ut optimo iure Gallicum libri *O* archetypum prope afuisse credamus a codice eo, quem collectio nostra adhibuit.

Hincmar Hincmarum archiepiscopum Remensem (845—882) Theodosiani integri et Breviarii constitutiones, exceptis paucis, ex eadem collectione Remensis sine dubio originis hausisse, quam libri modo laudati repraesentant, Conrat probavit (*Quellen* p. 23 sq. 256, *Neues Archiv* 24, 355 sqq.; cf. etiam Mommsen, *Theod. I* p. LXXXIX). Locos ab Hincmaro receptos post Conratum composuit de Wretschko (*Theod. I* p. CCCXXXIX sqq.). Pertinent ad nov. Valent. 35 int. v. 116—118: ed. Sirmond. II p. 545 — II p. 785 — II p. 606; ad nov. Marcian. 1 int. v. 77—80: ed. Hardouin V p. 1348[2]).

Pseudo-isidoriana Eidem Remensi origini tribuenda esse verisimile est, quae collectiones suppositiciae tres medio saeculo nono in regno Francorum compilatae, scilicet *capitula Angilramni, capitularia Benedicti Levitae, Decretales Isidori Mercatoris,* cum ex Theodosiano tum ex Novellis sumpta praebent. De Pseudoisidorianis collectionibus quae dicuntur novissime egit Seckel (*Realencyklopaedie für protestantische Theologie* XVI³, 1905, p. 265 sqq.; cf. etiam Conrat, *Quellen* p. 309 sq.; de Wretschko, *Theod. I* p. CCCXXXIV sqq.). Locos ex Novellis excerptos composuit de Wretschko (l. l.); pertinent omnes ad nov. Valent. 35 (Brev. XII)

---

[1]) In Phillipps. 1741 a librario additur: *Haec interpretatio legis valentiniani augusti est ex capitulo ipsius edicti de episcopali iudicio quod circa finem istius libri habetur ubi in initio et in fine ipsius capituli hoc signum habetur* ⳩ (pertinet ad f. 191v/192r: vide supra). Eadem fere repetuntur manu recenti adscripta.

[2]) Hincmari verba (Sirmond. I p. 640) *perpendendum .... quinque vel septem aut decem, ut scribit Ambrosius, testibus roborata constaret*, si omnino Novellarum usum produnt, id quod negaverim, ad Brev. nov. Valent. IV, 1 (= Valent. 21, 1 v. 27; cf. p. LVIII ad Theoderic. c. 28) potius referenda sunt quam ad Brev. nov. Theod. IX (= Theod. 16).

et Marcian. 1; Benedictus solus duobus locis (III, 192 — I, 369) epitomae Aegidianae novellas Valent. V (= 23) et Marcian. II excerpsit.

Ad librorum porro Parisini 12445 et Phillippsiani 1741 excerpta prope accedunt quae ex Novellis deprompta habent codices Vaticanus reg. 520 et Parisinus lat. 10753:

Vaticanus reg. 520 *Vaticanus reginae 520* (cf. Blume, MG. LL. 3 p. 590) ex diversorum codicum in regione Aurelianensi scriptorum laciniis constat, quas Petrus Danielis Aurelianensis congessit (cf. f. 24. 94. 98. 121r: *Ex libb. Petri Danielis Aurel(ianens)is 1560*); postea Pauli et Alexandri Petaviorum fuit, inter reginae libros numerum tulit 184. Ad Theodosianum pertinentia Mommsen (*Theod. I* p. LXXXVI sq.) tractavit. Ad nostram editionem spectant saeculi X folia 96r—98r Breviarii constitutionem Valent. 35 integram una cum inscriptione complectentia (subscriptio manu recenti saec. XVI additur; interpretatio deest); folium 99, in quo inter legis R. Burg. titulos 11 et 1 interposita reperiuntur nov. Marcian. 1 rubricae verba *neminem exhiberi de provincia et reliq̄*, alia eiusdem aetatis manu scriptum est. Codex, ex quo folia 96—98 avulsa sunt, neque subscriptionem neque interpretationem novellae Valent. 35 exhibuit, id quod constitutio Theodosiani integri 14, 18, 1 in versa folii 98 pagina ab alio exarata docet. Sed ut folii 99 librarius non recepit nisi nov. Marciani 1 rubricam, ita et eum, qui folia illa descripsit, ex archetypo novellam Breviarii Valent. 35 integram proponente inscriptionem et constitutionis verba tantum sumpsisse verisimillimum est. Nihil enim habemus, cur ad primae syllogae codicem fragmenta nostra referenda esse putemus. Contra ubi huius syllogae liber *Γ* aut solus aut cum Breviarii libris emendatis *ESL* verum exhibet, noster semper cum reliquis libris stat; proxime autem lectiones eius accedunt ad libros *D* (ut Valent. 35, 18 — 35, 37 — 35, 47) vel *E* (ut Valent. 35, 31 — 35, 108). Crebri sunt hiatus (35, 12 — 35, 86 — 35, 87/88), crebrae lectiones singulares plerumque interpolatae (ut 35, 28 — 35, 32/33 — 35, 36 — 35, 43 — 35, 79 — 35, 86). — Varias nov. Valent. 35 lectiones P. Pithoeus filius Sichardianae exemplari Paris. Rés. F 380 ex nostro adscripsit *(Pith. [ad Sichard.])*; quibus Cuiacius in editione priore a. 1566 usus est. — Codicem contuli Romae a. 1901.

Parisin. lat. 10753 *Parisinus lat. 10753* (= suppl. Lat. 215; cf. Haenel, Brev. n. 60 et p. XXVI sq.; Conrat, Quellen p. 228 sqq.; Mommsen, Theod. I p. LXXXIX sqq. CI sq.) epitomae ab auctore ipso 'scintillae' vocabulo, ut Fuldensis epitome, appellatae codex unicus est saec. X/XI scriptus. Ad marginem superiorem folii 1r saec. XV/XVI manu adscribitur *de ep(iscop)ali iudicio.* | *iste lib(er) est eccl(es)ie b(eat)i liunomari*; ibidem leguntur numeri 118 et 143. De scintilla ipsa infra (p. LXII) breviter agetur; f. 1—7r sub praescripto *Incip̄ de episcopali iudicio et diversis negutiis* praemittuntur nov. Valent. 35 inscriptio, textus §§ 1—18, interpretatio (inde a 126 *in foro* usque ad finem). Fragmentum corruptelis abundans et neglegentissime descriptum contuli Parisiis a. 1901 usque ad § 9. —

Codices, quos supra tractavi, fragmenta praebentes ex sylloge Novellarum tertia (scil. Breviario aucto) deprompta, si praetermittimus Vaticanum lacinias tantum exhibentem, eidem sunt, qui una cum eiusdem syllogae codice *O* neque minus cum *E* Breviarii Theodosiani librum XVI augent (cf. Mommsen, *Theod. I* p. XC sq. CXXII).

2. Alteram classem repraesentant syllogae tertiae excerpta, quae epitomae Aegidianae libri et Sangallensis 731 accedente Reginone Prumensi ex legibus novellis Maioriani extra Breviarium positis sumpserunt:

Epit. Aegidiana *Epitomae Aegidianae* libri, quos repperi Novellas complectentes (vide p. LXI sq.), plerique novellae Maioriani 11 a Postalaricianis sub numero II receptae rubricas subiungunt novellarum Maioriani sex primarum; sequuntur nov. Maioriani 6 § 9 vv. 90—94 hunc in modum epitomati: *Ut, si inter coniugatos non fuerit aequa donatio, nec matrimonium iudicetur nec legitimi filii procreentur* [1]); in fine habetur: *Hae sex sententiae propterea non sunt defloratae quia in aliquibus libris non inveniuntur, in aliquibus* [2]) *tamen inveniuntur.* [1]) Praeter harum novellarum, quas in aliquibus libris invenisse se dicit, rubricas Epitomae auctor depromptum nihil exhibet ex novellis extra Breviarium positis. Neque aliter res se habet de tertiae syllogae codicibus *ΨΘΩ*, in quibus Maiorianae sex primae,

---

[1]) Desunt omnia in *Parisino 4633.*

[2]) libris .... aliquibus *om. Parisin. 4409.*

integrae illae quidem, praeter Alaricianas solae extant. Illos igitur, quos epitomator vidit, libros prope afuisse a ΨΘΩ probabile est, proxime fortasse ab Ω, ut nov. Maioriani 4 rubrica docet.

Ad eandem originem referendum est insiticium codici *Sangallensi 731* (vide p. LXII) a. 793 conscripto post finem novellae Valent. 35 (Brev. XII) insertum et novellae Maioriani 6 § 9 fragmentum (90 *utrumque* .... 94 *procreentur*) complectens, quod Aegidiani libri epitomatum praebent (cf. Mitteis, *Reichsrecht und Volksrecht,* 1891, 229. 294 not. 1); adhaeret fragmento Pauli sententiarum locus (4, 10, 1. 2) et ipse a Breviario alienus. *Sangall. 731*

Regino etiam abbas *Prumensis*, qui a. 915 e vita decessit, in libro altero (II c. 173) tractatus 'de synodalibus causis et disciplinis ecclesiasticis' inscripti (ed. Wasserschleben, Lipsiae 1840; cf. Conrat, *Quellen* p. 258 sq.; de Wretschko, *Theod. I* p. CCCXLII) eiusdem novellae Maioriani 6 fragmentum aliud (53 *viduarum* ... 67 *partiatur*) ex simili tertiae syllogae codice sumpsit; praescribitur *Ex lege Romana novellarum divi Maioriani.* *Regino*

3. Breviter denique agendum est de *legibus Visigothorum* post corpus Euricianum et Breviarium Alaricianum datis (de quibus conferas Zeumeri editionem, *MG. LL. Nat. G. Sectio I Tom. I,* potissimum p. XII sqq., praeterea Mommsenum, *Theod. I* p. XXXVI sq.). Codicem Euricianum Leovigildus rex (567—586) emendavit et auxit renovatoque corpore, ut antea Euriciano, Gothos solos uti iussit. Contra Reccesvindus suis praedecessorumque legibus compositis corpore a patre Chindasvindo inchoato et a. 654 confecto cum Gothos tum Romanos uti voluit adeoque Breviarii Alariciani vim sustulit. Accedunt leges a posterioribus regibus, ut Ervigio (680—687), datae. Harum legum omnium quae pertinent ad Novellas capita invenies in laterculo, quem de Wretschko (*Theod. I* p. CCCX sq.) proposuit. Legis Leovigildianae capita, quae corpori Reccesvindiano inserta inveniuntur sub praescripto *Antiqua*, praeter Alaricianas (ut Valent. 25 § 9 et int.: l. Visig. V, 7, 11 — Valent. 25 § 7: l. Visig. V, 7, 13 in fine — cf. etiam Theod. 2 § 2: l. Visig. II, 1, 14 pr. [Zeumer, *Neues Archiv* 24, 72 sq.]) etiam novellas in Breviarium non receptas, sed tertiae syllogae soli insertas, adhibuerunt: exemplo est l. Visig. III, 2, 2 ex parte pendens a nov. Anthem. 1 §§ 2. 3 (cf. Zeumer, *l. l.* 589 sq.). Neque minus Chindasvindus, ut Breviarii primitivi (Valent. 35 § 16 et int.; Marcian. 1 int.: l. Visig. II, 1, 24 pr. — Valent. 21, 2 § 2: l. Visig. II, 5, 13), ita aucti Novellas respexit; in lege enim III, 1, 5 (in Zeumeri editione p. 128) a. 644 data novella Maioriani 6 (§ 9) usurpata est. Reccesvindi leges ad Alaricianas tantum novellas spectant (Valent. 35 pr. et § 1 cum int.: l. Visig. II, 3, 1 — Valent. 21, 2 § 2: l. Visig. II, 5, 16 — Valent. 25 § 7: l. Visig. V, 7, 14 in fine). Ervigii denique constitutionis III, 1, 9 rubrica novellam Maioriani 6, 9 saepius laudatam attingit. *Leges Visigoth. post Euric. datae*

III. Breviarii Alariciani Epitomae.

Epitomen Aegidianam (Haenel, Brev. p. XXV sq. LXXV sqq.; Conrat, Quellen p. 222 sqq.) saec. VIII compositam ex codice iam latente vel deperdito Petrus Aegidius Antverpiensis a. 1517 primus edidit. Libros hodie notos Mommsen, *Theod. I* p. C sq. enumeravit; inter quos Novellis carent Ambrosianus A 46 inf., Basileensis C III 1 f. α—ε (vide p. XXXIX), Monacensis lat. 4460, Parisinus nouv. acq. 204. Examinati a me sunt codices qui sequuntur: *Epitome Aegidiana*

Parisinus 4409 saec. X: f. 144v—183; Novellae insunt f. 161v—166r.

Parisinus 4416 saec. IX: f. 10r—72; Novellae habentur f. 42v—50r.

Parisinus 4418 saec. X: f. 1—37; Novellae habentur f. 19r—22v.

Parisinus 4426 saec. X/XI: p. 99—210; Novellae continentur p. 155—166.

Parisinus 4633 saec. X: f. 44v—99v; Novellae insunt f. 74r—79r.

Parisinus 4696 saec. XIII: contextus continetur f. 1—24, 69v—85v (Novellae f. 20r—24r), index titulorum f. 86—89r, Commonitorium f. 89v.

Vaticanus reginae 846 saec. VIII (vide p. XXV): f. 1v—67v; Novellae insunt f. 34v—43v. — Praeter indicem regum Francorum (f. 79v) codex memorabilis est propter notas Tironianas ad marginem adscriptas (cf. Schmitz, *Miscellanea Tironiana,* Leipzig 1876) et Capitulare Haristallense (f. 98) a. 779 emissum (*MG. LL. Sectio II Capitularia I* p. 46 sqq.).

Vaticanus reginae 852 saec. X (vide p. XXV): f. 7r—99v; Novellae comprehenduntur f. 62r—71v.

Vaticanus reginae 991 saec. XI (vide p. XXVI): f. 107v—167; Novellae continentur f. 146r—154r.

Epitomae praemittuntur Commonitorium et index titulorum, qui deest in *Parisino 4409*, mutilus extat in *Vaticano 846*. In plerisque exemplaribus, quae examinavi, epitomae ipsi praescribitur *Incipiunt tituli legum ex corpore Theodosiani breviter succincti* (sic in *Parisin. 4409. 4416. 4418. 4626. 4633. Vatican. 991*). Indici *Parisini 4418* et *Vaticani 991* praescriptum est *Incipiunt capitula legum* (om. Vat.) *ex corpore Theodosiani breviter succincti* (desunt haec in *Parisin. 4416. 4626. 4633. 4696*).

De adiecticiis Maiorianis supra (p. LX) egi.

Epitome Parisina

Epitomae Parisinae codex unicus est Parisinus 10753 (vide p. LX). Liber quid contineat, Haenel (*Brev.* p. LXXIX) accuratissime exposuit. Epitome, quae passim *scintillae* nomine nuncupatur, inest f. 9r—48; f. 9r—12v sub praescripto *Incip̄ capit̄l de lege romana* index titulorum praemittitur, qui terminatur nov. Theod. XI (= 22), addita sub numero novellarum *XII* Theodosiani 9, 9 rubrica *de mulieribus q: se propriis servus iuncxerint*. Novellarum contextus habetur f. 46v—48v, ubi scintilla in verbis *filia curialis* nov. Theod. 22, 2, 162 deficit.

Epitome Guelferbytana

Epitomae Guelferbytanae librum unicum Guelferbytanum Weissenburgensem 97 saec. IX (cf. Mommsen, Theod. I p. CII), quippe qui nihil valeat ad Novellas, non inspexi.

Epitome Monachi

Epitomae Monachi (Haenel, Brev. p. XXIX sq. LXXXII sq.; Conrat, Quellen 238 sqq.; Mommsen, Theod. I p. CII) libri extant hi, quos omnes inspexi:

Parisinus 4403 B saec. VIII/IX: epitome omisso prologo continetur f. 1—95r; singulis libris index titulorum praemittitur. Novellae turbato ordine insunt foliis 49—54. 39—46. 55; praeter textum epitomatum plerumque adsunt inscriptiones et subscriptiones et ipsae epitomatae.

Parisinus 4419 saec. X, aliquando Petri Pithoei filii, qui Sichardianae editionis exemplari iam Parisinae bibliothecae in repositis (en réserve) F 380 varias ex eo lectiones adscripsit, quarum paucas Cuiacius recepit. Neque minus Fr. Pithoeus, ad quem verba f. 1r inscripta '*a. 1585 contuli*' pertinere verisimile est, codicem contulit. Epitome praemisso prologo habetur f. 2r—76v. Novellae incipiunt f. 32r; inscriptiones fere omnes et subscriptiones inde a nov. Valent. 23 adsunt epitomatae. In fine (f. 76v) novellae Theod. 15, 1 interpretatio inde a 22 *nulli* adnectitur.

Berolinensis Phillippsianus 1735 saec. VIII/IX (vide p. LVI): epitome, cui Commonitorium prologi loco praemittitur, continetur f. 1v—156; Novellae insunt f. 69r—89v.

Expositio Lugdunensis

Expositionem codicis Lugdunensis 303 edidit tractavitque Haenel (Brev. p. XXVIII sq. 95 sqq.; cf. etiam Conrat, Quellen p. 233 sqq.). Notabilia sunt verba Novellis praemissa, quae ad Theodosiani atque Breviarii compositionem spectant; egit de iis Conrat (l. l. 35. 83 not. 2. 234 not. 4).

Epitome Curiensis

Epitomae Curiensis (legis R. Curiensis), quam edidit Zeumer (*MG. LL. 5* p. 289 sqq.; cf. Haenel, Brev. p. XXXI—XL; Conrat, Quellen 286 sqq.; Mommsen, Theod. I p. CII; potissimum de Wretschko, ibidem p. CCCXXVII sq.; aliter E. Mayer, Mitt. d. Inst. f. oesterr. Geschichtsf. XXVI, 1 sqq.), codices non inspexi. Ad novellas pertinent libri quinque XVII—XXI.

Sangall. 731

Sangallensis 731 (Haenel, Brev. 42; Mommsen, Theod. I p. XCIX) a. 793, fortasse in monasterio S. Galli conscriptus, p. 1—234 Breviarium epitomatum complectitur praemisso indice titulorum. Novellarum insunt libri tres numeris solis notati, scilicet Theodosii, Valentiniani, Marciani; subscribitur *Expl. liber novellarum. dō gracias amen.* Frusta servantur constitutionum ipsarum Theod. 3 et Marcian. 5 (§ 2), praeterea deficientibus interpretationibus, quae in universum integrae extant, Theod. 9 — Valent. 1, 3 (§ 2) — 23 (§ 2 — 4) — 27 (§ 8); in contextu deficiunt nov. Valent. 14, cuius rubrica tantum habetur, et 18 tota. De insiticiis supra (p. LXI) egi. — Codicem Berolinum missum contuli a. 1901.

Vaticanus reginae 857 saec. IX/X (Haenel, Brev. 43; Conrat, Quellen 221; Mommsen, Theod. I p. C), olim S. Marcialis Lemovicensis (Limousin; vide p. XXVI), Breviarium epitomatum f. 73—147r continet. Novellarum interpretationes insunt f. 111r—123v; integrae extant interpretationes Brev. Theod. I — II — VIII — XI, 1 — Valent. I — III — IV, 1. 2 — VI — VIIII — XI — Marcian. I — II — III — IV — V, particulae int. Brev. Theod. IV — VI — Valent. XII — Maiorian. I. Reliqua praeter nov. Brev. Valent. IV, 1 subscriptionis frustum desunt. — Codicem inspexi Romae a. 1901. *Vatican. reg. 857*

Parisinus 4697 saec. IX/X (Haenel, Brev. 41; Zeumer, MG. LL. Sectio V, 1 p. 26; Conrat, Quellen 221; Mommsen, Theod. I p. CIII) Breviarium epitomatum f. 1—45 continet; ex Novellis (f. 14 sqq.) supersunt Brev. nov. Theod. VII interpretatio integra et subscriptio, VIIII interpretatio inde a 103 *si quis autem* usque ad finem et subscriptio, tum praescriptis (f. 16v) *Incipiunt novell divi valentn ag. tituli legum divi valentin ag.* sequuntur (f. 17) Valent. I int. et subscr., VIII textus particula (50 *et licet rem* .... 55 *conservent*) cum interpretationis principio, VIIII interpretatio epitomata et subscr., (f. 18) XII interpretatio epitomata (usque ad 170 *custodiri*). — Codicem Parisiis a. 1901 inspexi. *Parisinus 4697*

Vaticanus reginae 982 saec. X (Haenel, Brev. 68; vide p. XXVI) f. 18—33 indicem titulorum Breviarii cum explanatione continet. *Vatican. reg. 982*

IV. Breviarii Minora.

Berolinensis Lat. fol. 270 (Blume, MG. LL. 3 p. 588 sq.; Haenel, Brev. 17b; Mommsen, Theod. I p. CII sq.), antea P. Pithoei, tum Rosanbinus, foliorum 16, diversorum codicum lacinias exhibet (vide p. XLIII). Folio 14r saec. IX scripto nov. Valent. 33 textus (incipiens a 10/11 *inpellat*), subscriptio (non omittitur, ut in apparatu indicavi), interpretatio habentur. In folio 14v post nonnullorum conciliorum excerpta sub praescripto *Divi Valentiniani liber II. cap. X* legitur Theodosiani 3, 16, 2 interpretatio (usque ad *transire permittitur* [p. 158, 9]). Foliis 15 et 16 cum alia inveniuntur tum constitutiones tres (suppositiciae duae et Sirmondiana prima), quas integras vel ex parte interpolatas esse ex Breviarii novellis Valent. 25. 27. 35 Mommsen (*Theod. I* p. CII sq. et 240) evicit. — Codicis lectiones in apparatu ad novellam Valent. 33 notavi. *Berol. Lat. f. 270*

Parisinus 12238 (= Sangerman. 855, olim 374), qui ut praecedens ex diversorum codicum laciniis constat, folio 129 saec. VII paginis bipertitis exarato haec exhibet: praescriptis *Expliciunt libri Theodosiani imperatoris feliciter. Incipiunt tituli novellarum divi theodosi* sequuntur rubricae novellarum Theodosii in Breviarium receptarum adiecta plerumque explanatione, item novellarum Valent., quae terminantur in Brev. nov. VII (Valent. 1, 3) verbis *de indulgentiis reli*|. — Codicem Parisiis a. 1901 inspexi. — *Parisinus 12238*

Excerpta ex Breviarii Novellis, quae originem ducunt a tertiae syllogae codicibus, supra sub II C tractavi; de reliquis disserere post ea, quae socius operis de Wretschko in volumine primo (p. CCCVII — CCCLX) diligentissime composuit, supervacuum visum est.

V. Libri latentes vel deperditi.

Codicum latentium vel deperditorum lectiones ad Novellas spectantes, si praetermittimus *Murbacensis* libri apographum Basileense (nobis *C*: p. XXXIX sqq.), restitui possunt ex editionibus vel editionum exemplaribus his:

In *Sichardiana editione* adhibetur Breviarii integri codex *Augustensis* (Mommsen, Theod. I p. CIVsq.): vide p. LXV.

Cuiaciana editio prior a. 1566 utitur 1) codice ad *classem ΣΞ* pertinente, unde Cuiacius novellas Theod. 12 — 24 — 25 — 26 — Valent. 8, 2 — 17 — 26 — 28 — 36 sumpsit: vide p. LXVII sq.,
2) codice Breviarii integri ad *classem E* pertinente, unde Cuiacius Breviarii novellas emendavit: vide p. LXIX sq.

Adnotationes Sichardianae exemplari *Paris. Réserve F 380* a Pithoeo patre adscriptae (nobis *Δ) sumptae sunt ex *Pithoeano deperdito* (vide p. XLIII sqq.), cuius apographum repraesentat *Parisinus 4420* (nobis Δ).

Adnotationes Pithoeanae a. 1571 editionis exemplari *Paris. Réserve F 2240* ad nov. Valent. 2, 2 a P. Pithoeo filio adscriptae fortasse proficiscuntur ex *scheda altera Cuiaciana* (p. XXX) neque a Cuiacio neque a Pithoeo integre descripta: vide p. LXXI.

Praeterea codicum nobis non notorum lectiones adscriptae reperiuntur exemplaribus

Sichardianae *Paris. Rés. F 380* (a P. Pithoeo filio: vide p. LXVII),
Cuiacianae *Paris. Rés.* F^3 (ad nov. Maioriani 6 ab eodem: vide p. LXXII),
Cuiacianae *Paris. Rés.* F^2 (a Francisco Pithoeo: vide p. LXXIII).

Quae Mommsen in volumine primo (p. CV sq.) ex Beckeri 'Catalogis bibliothecarum antiquis' (Bonnae 1885) proposuit, ad nostram quoque editionem pertinent. Unius praeterea codicis hoc loco mentio facienda est, scilicet

Bibliothecae Cottonianae codicis Otho A IX, quem 'Catalogus Librorum Manuscriptorum Bibliothecae Cottonianae' a Thoma Smitho a. 1696 Oxonii e Theatro Sheldeniano proditus haec continuisse declarat: '1. Ansegisi Abbatis Capitulare. 2. Capitula Caroli Imperatoris. 3. Capitula Ludovici Augusti et Clotarii Caesaris. 4. Excerpta ex libris legum Romanorum et Francorum. 5. Fragmentum vetus codicis Theodosiani. Incipit a fine libri IX et continuatur ad finem libri XVII (sic). 6. Leges Novellae Divi Theodosii. 7. Leges Novellae Divi Valentiniani. 8. Leges Novellae Divi Martiniani. 9. Leges Novellae Divi Maioriani. 10. Leges Novellae Divi Severi. 11. Caii liber institutionum. 12. Pauli sententiarum libri quinque. 13. Gregoriani liber primus. 14. Papiniani liber primus.' Celeberrima illa bibliotheca a. 1731 incendio correpta (cf. *Dictionary of National Biography*, London 1885, XII p. 315), codex una cum aliis multis periit; nam inter Cottonianos nostra aetate in Museo Britannico Londinii adservatos desideratur (cf. *Catalogue of the Manuscripts in the Cottonian Library deposited in the British Museum*, 1802, p. 365). — Librum Gallicae sine dubio originis Breviarii tantum Novellas continuisse apparet; memorabile est Theodosiani libros non extare nisi inde a fine noni. Quae vero ratio intercedat inter codicem hunc deperditum atque Wallersteinense volumen (Mommseno *B*: Theod. I p. LXXII), quod 9, 9, 1 terminatur, diiudicare non possumus.

Inter codices Vaticanos inedita vix latent. In Tabularii Vaticani libro Angeli Mai collectanea complectente, cuius notitiam Mercatio debeo, sub littera *N* scripta haec repperi: 'Novellae leges sunt fortasse in codd. Vaticanis ineditae. V. Amadutium praef. ed. Nov. p. XXXVII sq.'. Sed ab eodem additur: 'Ego excussis codd. nihil inveni ineditum'. Neque mihi contigit, ut novi quidquam in lucem protraherem. Ex Vaticanis libris Reginensibus ad Theodosianum atque Novellas pertinentibus, quos Montfauconius enumerat, praeter n. 1167 ('Codicis Theodosiani pars') erui omnes.

CAPVT SEXTVM.

LEGVM NOVELLARVM EDITIONES ET APPARATVS.

Novellarum editiones eaedem fere sunt atque in volumine primo tractatae, quae ad Theodosianum pertinent.

AEGIDIVS

Editio princeps, quae a. 1517 a *Petro Aegidio* Antverpiensi divulgata est (Haenel, Brev. p. C sqq.; nov. const. p. XVI sq.; Mommsen, Theod. I p. CVII), codice deperdito nititur, qui Breviarium Alaricianum complectebatur sic epitomatum, ut libris p. LXI sq. descriptis inest.

SICHARDVS

Breviarii integri novellas primus *Iohannes Sichardus* Basileae a. 1528 edidit (Haenel, Brev. p. CIV sqq.; nov. const. p. XVII; Mommsen, Theod. I p. CVII), qui Murbacensis hodie deperditi apographum (nobis *C*) libro Basileensi C III 1 servatum in universum sequitur (vide p. XXXIX). Novellam Theod. 1, quam Basileensis C III, 1 bis habet et Theodosiano praemissam (ex *G*) et in principio novellarum Theodosianarum (ex Murbacensi), Sichardus semel tantum exhibet, scilicet ante Theodosianum, nisus Murbacensi textu *(C)*, Gothani *(G)* lectionibus passim vel in textum receptis (potissimum in fine constitutionis) vel in margine adscriptis. Praeter Basileensem, ut in Theodosiano, et in textu et in margine adhibentur libri tres, Mogontiacensis iam Gothanus *(G)* modo laudatus, decurtatus Argentoratensis iam Bernensis 263 (p. XXXV), Augustensis deperditus (vide p. LXIII). Sichardianas lectiones neque in *C* neque in *G* neque in Bernensi 263 repertas ex hoc *bibliothecae Augustensis codice* desumptas esse verisimile est; huc pertinent lectiones marginales

Theod. 22, 2, 119 vacuum] lucrum
Valent. 35, 48 proximis] praepositis
Maiorian. 7 rubr. ceteris] *Sich. (lat.) marg. cum* ΓE^b, diversis *Sich. (lat.) text. cum reliquis.*

Eiusdem fortasse originis sunt textus lectiones alibi non inventae, quas coniecturas esse vix crediderim,

Maiorian. 7, 93 inferendum sed et binos] inferendum decet binos
— 11, 13 nec episcopum a verecundia] avertendo nec episcopum.

Commemoratione denique dignum mihi videtur duos nov. Theod. 20 'de alluvionibus et paludibus' locos a Sichardo depromptos esse ex *Gromaticorum codice* fol. 171ᵛ ab eo divulgato, scilicet

Theod. 20, 11 nili tantum] limi tantum *Sich. text. ex Grom.*, militantum *Sich. marg. ex C*
— 20, 28 petitoris] petitor *Sich. marg. ex Grom.*

SICHARDIANAE EXEMPLARIA

Inter Sichardianae editionis exemplaria propter apparatum adscriptum utilia sunt duo, in bibliotheca publica Parisina sub numeris Réserve F 381 (F³) et F 380 (F⁴) servata.

Exempl. Paris. Rés. F 381: RANCONETVS

Exemplari *Paris. Réserve F 381*, aliquando Ranconeti, deinde Petri Pithoei filii (cf. Mommsen, Theod. I p. LXXVI not. 1 et LXXVII), *Ranconetus* (1500—1559) etiam in Novellarum parte varias lectiones adscripsit ex duobus certe codicibus depromptas:

1. Longe pleraeque lectiones redeunt in Parisino 4405 (nobis *S*: p. XLII), aliquando Pictavensi, qui postea Ranconeti factus est.

2. Ad novellam Valent. 27 neque minus ad nov. Valent. 31 subscriptionem Ranconetus lectiones adscripsit hoc ipso codice suppeditatas, quem 'meum' ad Pauli locum 5, 5a, 1 f. 154v appellat; hunc fuisse *Vaticanum reginae 1048* (p. XXXIV sq.) Mommsen *(l. l.)* putat.

3. Accedunt lectiones ex codicis *Iustiniani* editione *Haloandrina* (10, 35, 2) ad novellam Theod. 22, 2 adscriptae, quae Sichardianae textum emendant, ut Theod. 22, 2, 19 *(directis)* — 22, 2, 25 *(promiscui — dominii)* — 22, 2, 44 *(praebebitur)*. Ad Theod. 22, 2, 73 Sichardianae hiatum, ubi verba *seu eius pretio* omittuntur, Ranconetus recepto Haloandrino supplemento *vel dodrantis* explevit.

Exempl. Paris. Rés. F 380: Multo maioris momenti est apparatus alterius exemplaris *Paris. Réserve F 380*, ut in tegumento scriptum habetur (F^4, ut est in indice): lectionibus enim in margine a duobus Petris Pithoeis tam patre quam filio adscriptis Cuiacius ad editionis prioris textum stabiliendum potissimum utitur. Verba indici libri recentiore manu inscripta 'Iacobi Cuiacii 'et Petri Pithoei sunt quae passim hic m(anu)s(crip)ta habentur' veritati non respondent:

*P. PITHOEVS PATER (*Δ)* *Petri Pithoei patris* (1496/7—1553/54) adnotationes, quatenus ad Novellas spectant (= *Δ), in capite quarto (p. XLIII sqq.) tractavi. Ex syllogae tertiae codice deperdito depromptae, cuius apographum imperfectum repraesentat Parisinus 4420 (nobis Δ), addunt indicem novellarum in Sichardiana desideratarum (ad f. 94v), novellam Severi 2 (ad f. 167v), varias denique lectiones in margine passim adscriptas.

P. PITHOEVS FILIVS (Pith. [ad Sichard.]) Longe maxima marginalium adnotationum pars ad *Petrum Pithoeum filium* (1539—1596) pertinet, qui varias lectiones ex diversis codicibus sumptas diversis temporibus adiecit. Nota 'vet.' plures codices significantur: sic ad Valent. 35, 28 libri *S* et *Vaticanus reg. 520*; porro *S* ad Valent. 21, 2, 4 — Marcian. 1, 67, *Parisinus 4409* ad Marcian. 4 subscr. Codex Δ hic illic 'noster' a Pithoeo nuncupatur: sic ad insiticium novellae Valent. 19 subiunctum, item ad nov. Valent. 35 rubr. — Adhibiti autem sunt a Pithoeo libri hi:

1. *S* noster, iam *Parisinus 4405* (p. XLII), ut Ranconeto, ita Pithoeo plerasque adnotationes suppeditavit.

2. Δ noster, Pithoeani deperditi apographum in P. Pithoei filii manus translatum, iam *Parisinus 4420* (p. XLVI sq.), varias ad Valentinianas lectiones ei praebuit adscriptas demum post Cuiacianam priorem a. 1566 editam.

3. **E*, iam Rosanbinus codex adiunctis Parisini 4406 foliis 1—56 (p. XXXIII), eo tempore Pithoei, passim adhibitus est.

4. Libri decurtati *Parisini 4409* (p. XXXIV sq.) titulis (ad Valent. 35), inscriptionibus (ad Sever. 1), subscriptionibus (ad Theod. 11 — 15 — Valent. 19 — Marcian. 4 — Sever. 1) neque minus constitutionum verbis (ad Theod. 1 — 2 — Valent. 1, 3 — 18 — 23 — 27) Pithoeus usus est. Rubricam f. 17r Parisini Breviario praemissam ad verbum descriptam ab eo esse supra p. XXXIV diximus.

5. Ex libro decurtato nobis Ω (p. LI sq.), quem Pithoeus f. 84v et p. 119/120 sub 'vet. cod. eccl. Bel(uacensis)' nomine (vel similiter) laudat (vide p. LI not. 2), praeter novellarum Maioriani 1—6 rubricas p. 119 enumeratas nonnullae lectiones adscriptae habentur, ut ad Theod. 11 rubr. et int. — Valent. 18 rubr. — 25 subscr. — Marcian. 1 rubr.

6. *Epitomae Monachi* quae dicitur liber *Parisinus 4419* (p. LXII) adnotationes ad Valent. 1, 3 subscr. *(habegeno)* — 23 passim — 25 subscr. *(iulias — ardebure)* — 27, 58 — Marcian. 3 subscr. — Maiorian. 11, 18 — Sever. 1 subscr. Pithoeo suppeditavit.

7. Foliis solitariis iam *Vaticani reginae 520* f. 96. 97. 98 (p. LX) Pithoeus lectiones debet ad nov. Valent. 35, 26 — 35, 28 — 35, 29 — 35, 51 adscriptas.

8. Varias denique lectiones Pithoeus deprompsit ex *Iustiniano* ab Haloandro recensito, ut ad nov. Theod. 9, 32 — 9 subscr. ex Iust. 1, 14, 5, ad Theod. 11, 17 ex Iust. 8, 14, 6, ad Theod. 14, 42 — 14, 45 ex Iust. 5, 9, 5, ad Theod. 22, 1, 61 ('in c(odice) e vet(ere)') — 22, 1 subscr. ('in c. est') — 22, 2 subscr. ex Iust. 5, 27, 3, ad Theod. 22, 2, 19 et 22, 2, 25 (ut Ranconetus) ex Iust. 10, 35, 2.

9. Perquisitis marginalibus adnotationibus paucae restant et parvi illae quidem momenti, quae quamquam nota 'al(ias)' significatae in nullo codicum supra allatorum

comparent, nisi forte ex Rosanbino (*E) depromptae sunt, quem non contuli; exempla nonnulla sequuntur:

Theod. 3, 31	quae] *reliqui cum *E,* quas *Pith. (ad Sichard.) cum HNΦ*
— 3, 83	fotinos] fotinianos *Pith. (ad Sichard.) [unde Cui. ed. 1] cum O*
— 14 subscr.	VII] VIII *cum Leidensi*
— 15, 1, 8	et exconsule] et consule *Pith. (ad Sichard.) solus*
Valent. 23, 20	dies tristior] dies tritior *cum Parisinis 4410. 4411*
Maiorian. 11, 10	archidiaconus] archidiacono *cum Parisino 4410.*

Accedunt aliae, quae quamquam nota carentes coniecturae speciem prae se non ferunt, unde unum certe codicem nobis ignotum praeter laudatos adhibitum a Pithoeo esse manifestum fit; huc pertinent loci

Theod. 3, 22	ultores] cultores *cum H(?)G*
— 9 subscr.	XVII] XVIII *cum N Leidensi*
Marcian. 1, 75	motui] multae *cum O,* multa *Vat. reg. 1128*
Maiorian. 7, 1	nervos] *sic Pith. (ad Sichard.) [unde Cui. ed. 1 (marg.)] cum ΓΗΧΥΜ ΚΦ Vat. reg. 1128*
— 7, 6	inpotentum] potentum *Pith. (ad Sichard.) [unde Cui. ed. 1] cum Φ*
— 7 subscr.	VIII] VIIII *cum Parisino 4411.*

10. Pithoei coniecturis in margine adscriptis hic illic praescribitur 'quid si legas' vel 'leg. vi(detur)' vel 'ἴσως leg.' vel 'leg.' aut 'ἴσως'. Notabilis est interpolatio nov. Theod. 11 inscr. *(Florentio) viro inlustri ppo orientis et excs.* ad exemplum nov. Theod. 9 inscriptionis in codice Pithoeano interpolatae ex nov. Theod. 15, 8 sumpta. De observationibus indici exemplaris nostri inscriptis supra in describendis codicibus *XC* (p. XL) egi. — Nonnullas etiam coniecturas Cuiacio praeceptori deberi certum est: sic Valent. 32, 46 ad Sichardianam lectionem *ignaros* Pithoeus verum restituens adscripsit *'Cuiac. legit' gnaros.* Ad Marcian. 4, 26, ubi veram lectionem *faece* exhibet *O, facere* legitur apud Sichardum, Pithoeus adnotavit *face 'ut P(etrus) Fab(er) putat'.*

Iacobus Cuiacius (1522—1590; Haenel, nov. const. p. XVII sqq. XXVII; Mommsen, Theod. I p. CVII sqq.) in priore Corporis Iuris Anteiustiniani editione Lugduni a. 1566 prodita praeter Breviarii novellas a Sichardo divulgatas in lucem protulit sedecim, Theod. 12 (= Th. XII) — 24 (= Th. XV) — 25 (= Th. XVI) — 26 (= Th. XVII) — Valent. 8, 2 (= Th. XIII) — 17 (= Th. XIV) — 26 (= Val. XIII) — 28 (= Val. XIV) — 36 (= Val. XV) — Maiorian. 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6 (= Maiorian. III—VIII) — Sev. 2. Praeterea pp. 549, 573, 594, 596 indicem titulorum proposuit novellarum Theod. Valent. Maioriani Anthemii a Petro Pithoeo filio acceptum, eundem scilicet, quem P. Pithoeus pater Sichardianae exemplaris *Paris. Rés. F 380* supra tractati folio 94v adscripserat (*Δ; vide p. XIX sqq. XLIV), omissis Theodosianis et Valentinianis novem modo laudatis. Hoc tantum discrimen inter hos novellarum desideratarum laterculos a Cuiacio propositos et Pithoeanum indicem intercedit, quod Cuiacius inde a Pithoeano (scilicet tertiae syllogae) numero 34 'de postulando divi Valentiniani' (Valent. 2, 2) novellas a Pithoeo inter Theodosianas relatas Valentiniano tribuit, servato quidem ordine, omissis numeris. Errore deinde ante rubricam 'de honoratis et ne quis in gradu praeferatur' (= num. Pith. 48; Valent. 11) aliam inserit 'de honoratis' inscriptam.

CVIACIVS 1566 (Cui. ed. 1)

Ad subsidia Cuiaciana determinanda hanc nunc viam ingrediamur, ut primum de sedecim novellis extra Breviarium positis disseramus, quas Cuiacius primus edidit:

1. Sichardianae exemplar *Paris. Rés. F 380* Cuiacio novellam Severi 2 suppeditavit, quam emendatam edidit.

2. Ex codice nobis *Ω* (p. LI sq.), tunc temporis Bellovacensi, descriptae sunt novellae Maioriani 1—6, quas Loisello Bellovacensi debere se Cuiacius in praefatione dicit. Hic illic discedit ab *Ω* textum sive emendans (ut Maiorian. 1, 14 — 2, 13 — 2, 17 — 2, 31 — 2, 52 — 4, 14 — 5, 16 — 6, 85 — 6, 88) sive corrumpens (ut Maiorian. 1 rubr. — 5, 14 — 6, 58) aut verba non intellecta omittens (ut Maiorian. 4, 3).

3. Reliquae novellae a Cuiacio primo editae eaedem sunt, quas ex Theodosianis et Valentinianis extra Breviarium positis libri *ΣΞ* (vide p. L) solas exhibent, id quod later-

culus in capite primo p. XIX sqq. propositus docet. Quas Cuiacius editioni ita inseruit, ut uovellas Theod. 12 — Valent. 8, 2 — 17 — Theod. 24 — 25 — 26 (= XVII — XVIIII — XXIIII — XXXI — XXXII — XXXIII in ΣΞ) Breviarii Theodosianis sub numeris XII — XIII — XIIII — XV — XVI — XVII, nov. Valent. 26 — 28 — 36 (= XXXV — XXXVII — XXXVIIII in ΣΞ) Valentinianis sub numeris XIII — XIIII — XV subiungeret. Multae librorum laudatorum, potissimum libri Ξ, lectiones singulares vel hiatus inveniuntur in Cuiaciana editione (ut Theod. 24, 24 — Valent. 8, 2 inscr. — 17 inscr. — 17, 27 — 28, 4 — 28, 5 — 36 inscr. — 36, 6 — 36, 21 — 36, 37). Sed neutrum codicem adhibitum esse gravissimi dissensus declarant, qui inter editionem et libros intercedunt: crebri sunt Cuiacianae hiatus neque in Σ neque in Ξ extantes; multi accedunt loci, ubi ΣΞ verum praebent, Cuiacius corrupta vel falsa solus exhibet (ut Theod. 24 rubr. — Valent. 28, 12 — 36, 10 — 36, 17 cet.); rarius editio veram lectionem contra ΣΞ vel alterum utrum codicem proponit; Anthemianae denique novellae, quae in libro Ξ extant, desiderantur in Cuiaciana. Ex modo dictis apparet librum, ex quo Cuiacius novellas has sumpsit (de quibus, ut de Theodosiani libro XVI, verba nulla in praefatione fecit), latere vel periisse, proxime vero accessisse ad classem ΣΞ. In novellae Valent. 17 lectionibus hic illic (ut 17, 19 — 17, 22) concordasse videtur cum collectione canonica, quam cardinalis *Deusdedit* composuit (p. LVI). Ad hunc codicem deperditum nescio an spectet Cuiacii epistula ad Pithoeum (a. 1569?) data, quam Girardus ex codice Parisino Dupuy n. 700 excerpsit, ubi legitur (Mommsen, *Theod. I* p. LXVII): '*vous dictes que vous aves trouvé les novelles de Théodose entre les mains* '*de monsieur Daniel. Je voudrays fort scavoir si ce sont celles que j'ay tenu à Turin et que* '*vous aves demandé si souvent et qu'au partir du dict Turin j'avoys commis à M. Crabe pour* '*vous rendre*'. Quae verba si revera codicem significant, quo Cuiaciana in novellis illis edendis nititur (Mommsen *l. l.* cogitat de Eporediensi *E*, id quod probatum mihi non videtur), etiam has P. Pithoeus Cuiacio suppeditavit.

4. Passim denique ex *Iustiniano* Cuiacius earundem novellarum textum correxit, ut Theod. 24, 7 ex Iust. 1, 46, 4, Theod. 26, 25 — 26, 48 ex Iust. 11, 59, 17.

Ad emendandas Breviarii novellas a Sichardo divulgatas praecipuum subsidium Cuiacio praebent exemplaris *Paris. Rés. F 380 adnotationes Pithoeanae* supra p. LXVI sq. tractatae. Neque enim Pithoei patris solius, multo magis Petri filii apparatus in praeceptoris fortasse usum ex diversis codicibus collectus ab eo adhibetur:

1. Adnotationibus *Pithoei patris* (= *Δ: p. XLIV sq.) explentur subscriptiones Theod. 2 — 3 — 14 (quae omissa in Sichardiana et a Pithoeo patre in margine adscripta, ita, ut est a filio emendata, in Cuiacianam recipitur), porro Theod. 20 rubrica et inscriptio, emendatur Theod. 20, 11; ad eas redeunt interpolationes duae Theod. 3 subscr. *(eodem exemplo* cet.*)* et Theod. 9 inscr.

2. Longe pleraeque quae in Cuiaciana leguntur emendationes, corruptelae vel supplementa textus Sichardiani *P. Pithoeo filio* debentur *(Pith. [ad Sichard.]*; cf. potissimum sub n. 1. 4. 7. 8. 9. 10). Nonnulla exempla sequuntur:

Theod.	11 inscr.	$\overline{\text{ppo}}$] pfp. *Sichard.*, pf. p. orientis et exconsule *Cui. text. ex Pith. (ad Sichard. n. 10)*
—	22, 2, 19	directis] *Cui. text. ex Pith. (ad Sich. n. 8) cum Iust.*[1] *ΓO,* derelictis *Sich.*
—	22, 2, 96	conservetur] *Cui. marg. ('γϱ') ex Pith. (ad Sich. n. 10) cum O,* consequetur *Cui. text. ex Sich.*
Valent.	33, 20	quamcumque summam] *Cui. text. ex Sich.*, quantumcumque summae *Cui. marg. ex Pith. (ad Sich. n. 1) cum S*
—	35 rubr.	*post* diversis negotiis *add.* clericorum *Sich.*, et ne quis clericus invitus ordinetur *Cui. text. ex Pith. (ad Sich. n. 4) cum Parisin. 4409*[1] *E Vatican. reg. 1048. Bern. 263*
—	35, 28	civis] *Cui. marg. ('alias') ex Pith. (ad Sich.: 'vet.') cum plerisque,* cuius *Cui. text. ex Sich.*
—	—	sevir] sit vir *Sich.*, si vir *Cui. text.*, sive *Cui. marg. ('ἴσως') ex Pith. (ad Sich. n. 1: 'vet.') cum S,* seu libertus *Cui. marg. ('ἴσως') ex Pith. (ad Sich. n. 7: 'vet.') cum Vatican. reg. 520*
Marcian.	4, 26	faece] face *Cui. text. ex Pith. (ad Sich. n. 10),* facere *Sich.*

Maiorian. 7, 1	nervos] *Cui. marg.* (*'γϱ'*) *ex Pith. (ad Sich. n. 9) cum ΓΗΧΡΜΚΦ Vat. reg. 1128*, servos *Cui. text. ex Sich.*
— 11	*ad insiticium post* 20 permittimus *insertum Cui. marg. observat* 'sequentia non erant in vet.' *Pithoeum secutus, qui in Sich. exempl. Paris. Rés. F 380 ad eundem locum adnotat* 'non sunt in vet.'

3. Earum lectionum, quae neque in Sichardiana comparent neque ex Pithoeanis sumptae sunt, si Cuiacii coniecturas praetermittimus, quattuor genera secernenda sunt; quorum exempla gravissima laterculis propositis subiecimus:

a) Theod. 3, 83	frygas] phrygas *Sich.*, catafrigas *Cui. cum ΗΦ*
Valent. 31, 33	adsuetudine] *Cui. cum L*, ad consuetudinem *Sich.*
Marcian. 1, 68	intimato] *Cui. marg. cum HNKL*, intentato *Cui. text. ex Sich.*
— 4, 23	penitus] *E*, putemus *Cui. cum NKLΦ, om. Sich. cum reliquis libris*
Maiorian. 7, 110	diurnum] *Cui. cum HNGKΦ*, diuturnum *Sich. cum rel. libris, def. E*
— 7, 118	confectione] *Sich. cum plerisque libris*, confessione *Cui. cum HG, def. E*
b) Marcian. 1, 33	alio maiore] *Cui. cum NEΦ*, alio non *Pith. (ad Sich.)*, in alia re *Sich.*
— 1, 67	nostrorum] *Sich. cum plerisque libris, om. Cui. cum NEΦ*
— —	invidia] *Cui. cum HNEKLΦ, om. Sich.*
Maiorian. 7, 34	peribit] *Cui. cum HNEKLΦ, om. Sich.*, subiciatur *Pith. (ad Sich.)*
— 7, 63/64	curialis crimen ..... fideiussione] *Cui. cum NEKΦ, om. Sich. cum rel. libris*
c) Theod. 9, 6	scaeva] sola *Cui. text. ex Sich.*, saeva *Cui. marg. ('alias') cum E*
— 14, 77	res .... reservari post .... fuerint ubicumque] res .... reservari post .... fuerint res quae filiis iuste sunt reservate ubicumque *E*, post .... fuerint res quae filiis iuste sunt reservatae ubicumque *Cui.*
— 15, 14	debitori] debitum *Cui. cum E*
Valent. 1, 3 subscr.	sanctissimi ordinis p. c. et ad latus] *Cui. cum E Parisin. 4414. 4415*, sanctissimis ordinibus spectabiles et adlatos (sede elatos *Pith. [ad Sich.]*[1]) *Pith. (ad Sich.) ex S*
— —	recitata in senatu .... prid. id. mart.] *Cui. cum E Parisin. 4414. 4415*
— 18 int.	haec lex interpretatione non indiget] ista interpretatione non eget (-it *E*) *Cui. cum E*
— 32, 60	potest urbibus] *Cui. text. ex Sich.*, post urbibus *Cui. marg. ('alias') cum ES*
Marcian. 1, 42	ita ut hinc saepius eveniret] *Cui. cum E*
Maiorian. 7, 62	pro culpa ...] pro civilis (-es E^1) *Cui. cum* E^1
Sev. 1, 2	*post* ad locum *add.* id est de sanctimonialibus viduis de hereditatis tertia vel de ceteris negotiis *Cui. cum E Parisin. 4413*
d) Valent. 1, 3 subscr.	valent. a. vii] valent. a. vi *Cui. solus*
— 27 subscr.	$\overline{\text{ppa}}$ in foro traiani xiii kal. aug. sub edicto firmini viri inlustris $\overline{\text{ppo}}$] *Cui.*, ppa in foro traiani kal. ag. sub id et firmini vir inl. $\overline{\text{ppo}}$ ($\overline{\text{prpo}}$ *4414*) *Parisin. 4414. 4415*, $\overline{\text{praepo}}$ *E*, firmine $\overline{\text{ppo}}$ coss. *L*
— 31 subscr.	acc. iii non. feb. rom. pp. in foro traiani] *Cui. solus*
— 35, 28 (vide p. LXVIII)	sevir] severilis (servilis *Cui. ed. 2*) *Cui. marg. ('alias') solus.*

Laterculus a) lectiones eas continet, quae alienae a libro *E* aliis melioris familiae codicibus *(HNKLΦ)* confirmantur. Laterculi b) loci cum in codicibus modo laudatis tum in libro *E* inveniuntur. Quae laterculo c) exhibentur lectiones omnes in *E* redeunt, passim accedentibus eiusdem classis decurtatis *Parisinis 4414. 4415.* Laterculo denique d) proposita Cuiacianae soli propria sunt (Valent. 27 subscr. prope accedit ad decurtatos *Parisinos 4414. 4415*).

Quaerentibus nunc nobis, quot codicibus praeter subsidia sub 1. 2 allata Cuiacius usus sit, haud absimile veri videri possit tres libros praesto ei fuisse, scilicet librum *E* (b. c.), eiusdem Breviarii familiae melioris alterum librum plenum nobis non notum (a.), classis denique *E* codicem deperditum, diversum illum quidem a decurtatis *Parisinis 4414. 4415* (d.). Haec fere convenirent cum Mommseni sententia, qui praeter alia subsidia *Theod. I* p. CVIII notata cum ad edendos ceteros Theodosiani libros tum ad l. XVI a Cuiacio Taurinis commorante adhibitum esse putavit codicem Eporediensem *E* a Pithoeo ei missum (*l. l.* p. LXVII sq.), praeterea librum quendam decurtatum hodie deperditum (*l. l.* p. CIX). Contra ego, si licet summo viro adversari, omnes lectiones quattuor laterculis a me allatas ab uno solo Breviarii integri codice iam deperdito pendere arbitror, qui ad familiam *HNE KLΦ* pertinens proxime plerumque aberat a libro *E* eisdem additamentis aucto. Optime sic explanantur laterculorum a) et d) loci, qui, quamquam a codice *E* alieni, eiusdem tamen familiae librum produnt. Nihil enim est, cur lectiones laterculi d) aliunde non notas eidem codici integro non tribuamus (cf. Valent. 35, 28). Hunc ipsum codicem deperditum significare videtur epistula Cuiacii ad Pithoeum a. circiter 1569 (?) data (*Theod. I* p. LXVII), ubi secundum Girardum legitur: *'au reste vostre code théodosien n'est point 'perdu, mais tant que ces troubles dureront, il n'y a pas moien de le recouvrer'.* Suo iure Mommsen (*l. l.*) Cuiacium Taurinis morantem Breviarii codicem a Pithoeo accepisse collegit, sed Eporediis adlatum hunc esse mihi quidem non persuasit. Mirum profecto fuisset Cuiacium professorem tunc Taurinensem ad adipiscendum Eporediensem codicem adiutore usum esse Pithoeo Parisino. Multo verisimilius est hunc codicem una cum altero et ipso deperdito, ex quo Cuiacium novellas extra Breviarium positas primum edidisse vidimus, Parisiis vel aliunde ex Gallia Taurinos missum ei esse a Pithoeo.

His igitur subsidiis Cuiacius ad priorem Novellarum editionem instituendam mea quidem sententia usus est: Ad novellas extra Breviarium servatas praeter Petri Pithoei patris adnotationes *Sichardianae exemplari Paris. Réserve F 380* adscriptas adhibuit librum *Ω* a Loisello acceptum et *classis ΣΞ* codicem deperditum fortasse a Petro Pithoeo filio Taurinos missum. In Breviarii novellis edendis *Sichardiana editione* nisus utriusque Pithoei adnotationes permultas ex Sichardianae exemplari laudato recepit; praeterea *classis E* codicem et ipsum deperditum Taurinos a Pithoeo missum ei esse verisimile est. Cuiacius igitur ipse non contulit vel descripsit nisi codices tres, ex quibus duos fortasse Pithoeo debuit; pleraque subsidia Sichardianae exemplar Pithoeanum Paris. Rés. F 380 ei suppeditavit. Quae cum ita sint, mirari non possumus, quod in editionis praefatione Petrum discipulum suum eiusque fratrem Franciscum summis laudibus effert.

Neque aliter res se habet in altera Novellarum editione Cuiaciana a. 1586 prolata, quae, quatenus a priore editione differt, tota fere a Petri Pithoei a. 1571 editione et Francisci Pithoei adnotationibus Cuiacianae prioris exemplari Paris. Réserve F^2 adscriptis pendet.

PETRVS PITHOEVS 1571 (Pith. ed.)

Petri Pithoei editio a. 1571 Lutetiae prodita sub titulo *Imperatorum Theodosii Valentiniani Maioriani Anthemii novellae constitutiones XLII nunc primum in lucem editae* (Haenel, nov. const. p. XVIII sq.) novellas extra Breviarium servatas eodem ordine dispositas eademque forma exhibet atque *Parisinus 4420* (nobis *Δ*). Typis enim exprimuntur constitutiones eae, quas in laterculo p. XIX sqq. proposito sub litteris A^b) et C) dedimus, scilicet tertiae syllogae Theodosianae XII—L, exceptis XVII. XXIIII. XXXV (= Theod. 12, Valent. 17. 26: vide p. XLVII), et Anthemianae I—III. Ex quibus editae iam erant a Cuiacio (vide p. LXVII) XVIIII, 2 (= Pith. ed. XVIII: Valent. 8, 2) — XXXI (= Pith. ed. XXIX: Theod. 24) — XXXII (= Pith. ed. XXX: Theod. 25) — XXXIII (= Pith. ed. XXXI: Theod. 26) — XXXVII (= Pith. ed. XXXIIII: Valent. 28) — XXXVIIII (= Pith. ed. [X]XXVII [sic]: Valent. 36). In edendis sex novellis modo enumeratis Pithoeus codicis *Δ* textum (in universum multo meliorem Cuiaciano) editionis principis lectionibus hic illic explet vel emendat vel corrumpit, id quod exempla nonnulla subiecta illustrabunt:

Theod.	24, 23	utpote sacrae] *Δ*, utpote super exactae *Pith. ed. ex Cui. ed. 1*
—	25, 7/8	inlustrium .... silentiariorum] *Pith. ed. ex Cui. ed. 1, om. Δ*
—	25, 13	laxius] *Δ*, latius *Pith. ed. ex Cui. ed. 1*

Theod. 26, 25 translatis vel quodlibet] translatisque seu quodlibet *Pith. ed. ex Cui. ed. 1, om. Δ*

— 26, 48 hortantibus] *Pith. ed. ex Cui. ed. 1,* orantibus *Δ*

Valent. 8, 2, 14 programmatis] *Pith. ed. ex Cui. ed. 1,* programmaticis *Δ*

— 28, 2 veterum] *Pith. ed. ex Cui. ed. 1,* virum *Δ*

— 36, 40 amotis] *Δ,* remotis *Pith. ed. ex Cui. ed. 1.*

Reliquarum novellarum, quae utpote anecdotae stellula notantur in indice, textus totus innititur libro *Δ*, cuius adnotationes marginales (vide p. XLVII) in textum recipiuntur vel in appendicem editioni f. 47 sqq. subiunctam relegantur *(Pith. [ed. adnot.])* vel negleguntur. — Index, quo *Δ* caret, editioni praemissus non modo novellarum extra Breviarium positarum et Breviarii Valentinianarum rubricas omnes continet ex contextu Parisini *Δ* depromptas, verum etiam titulos Theodosii in Breviarium receptos, quos Cuiaciana Pithoeo praebuit; novellarum Theod. 20 et 22 rubricae ex patris adnotationibus Sichardianae exemplari Paris. Rés. F 380 adscriptis (**Δ*) sumptae sunt (vide p. XLV).[1]

Huius editionis exemplari, iam *Parisino Réserve F 2240*, Pithoeus ipse varias lectiones adscripsit, quae magna ex parte in codicis *Δ* marginibus aut adnotationibus editioni ipsi subiunctis reperiuntur. Paucae (in apparatu notatae *Pith. [ad ed. F 2240]*) commemoratione dignae sunt: pendent enim aut a codice incerto, ut *Pith. (ad ed. F 2240)*

Valent. 2, 2, 29 remuneramus nam] *Pith. (ad ed. F 2240: 'vet.') cum O,* remuneratione *Δ cum Pith. ed. et Cui. ed. 2*

— 2, 2, 35 vel suo] *Pith. ed. et Cui. ed. 2,* ve suo *Δ*, ac suo *Pith. (ad ed. F 2240: 'vet.'), om. O Fuld.,*

fortasse a scheda altera Cuiaciana (vide p. XXX), aut littera '*C*' praemissa Cuiacii coniecturas repraesentant proxime hic illic accedentes ad verum, ut

Theod. 5, 1 inscr. crp] *Γ*, comiti r. p. *Pith. (ad ed. F 2240: 'C'),* comiti pf *Δ Pith. ed. et Cui. ed. 2 (context.),* comiti s. l. *Pithoeus (Δ*[v]*) et Cui. ed. 2 (marg.),* comiti *O*

Valent. 34, 21 ac byzacenae] *Ritter,* byzacenae *Pith. (ad ed. F 2240: 'C'),* bizancinae *O,* abidiacenae *Δ Pith. ed. et Cui. ed. 2, def. Γ*

Ad editionem alteram a. 1586 parandam Cuiacius usus non est hoc volumine; coniecturae eius modo laudatae aliaeque post prolatam demum hanc editionem et factae a Cuiacio et adscriptae a Pithoeo esse videntur.

Exemplari editionis Cuiacianae prioris iam *Parisino Réserve F*[2] ad Novellarum partem a *Petro Pithoeo* adscripta (cf. Mommsen, *Theod. I* p. CIX) in apparatum nostrum raro recepta sunt. *CVIACIANAE PRIORIS EXEMPLARI. Exempl. Paris. Rés. F*[2] *(Pith. [ad Cuiac. F*[2]*]): PETRVS PITHOEVS*

I. Quae ad Breviarii novellas adnotantur pleraque proficiscuntur ex Sichardianae exemplaris *Paris. Rés. F 380* Pithoeanis eis, quae Cuiacius a. 1566 neglexerat, sive patris manu scripta sunt (**Δ*, ut ad Theod. 20 rubr. — 22 rubr.) sive a Petro ipso *(Pith. [ad Sichard.]).* Praeterea passim adhibiti sunt codex *Parisinus 4420 (Δ)* et Ranconeti adnotationes exemplari Sichardianae tunc temporis Pithoei, iam *Paris. Rés. F 381* (p. LXV), adscriptae. Quae restant, si coniecturas praetermittimus, ad certam originem non referenda numero pauca sunt; nota nov. Theod. 15, 1, 14 pro *debitori deferat* haberi *debitorem desiderat.* Codicis Vesontini (nobis **E*), quem Pithoeus ad Theodosianum citat (cf. Mommsen, *Theod. I* p. LXIX), vestigia in Novellis non repperi.

II. 1. Novellae extra Breviarium emendantur ex *Parisini 4420 (Δ)* contextu et marginalibus adnotationibus, raro adhibitis Pithoeanae editionis correctionibus. Tituli novellarum desideratarum in Cuiaciana ex **Δ* repetiti plenioribus libri *Δ* Pithoeanaeque editionis rubricis supplentur.

---

[1]) Pithoeana haec a. 1571 editio repetita est in *Petri Pithoei Operibus* Parisiis a. 1609 divulgatis (p. 197—276) et in libro cui inscribitur *Petri et Francisci Pithoei Iurisconsultorum Observationes ..... cura Francisci Desmarés domini de Palis et de Luyères,* Parisiis 1689, p. 697—746 (cf. Haenel, *nov. const.* p. XXI sq. XXIII sq.).

2. Emendationes ad novellas Maioriani 1—6, potissimum ad nov. Maiorian. 6, adiectae, quas subieci, codicem optimum neque nobis notum[1]) adhibitum esse a Pithoeo docent:

Maiorian. 6, 13		magnis] *Pith. (ad Cuiac. F²) cum Γ,* magis *ΨΘΩ Cui. edd. 1. 2*
—	6, 15	ullum] *Pith. (ad Cuiac. F²) cum Γ,* illum *ΨΘΩ Cui. edd. 1. 2*
—	6, 28	constringet] *Pith. (ad Cuiac. F²),* constringi *libri et Cui. edd. 1. 2*
—	6, 41	veniens] *Pith. (ad Cuiac. F²) cum Γ,* vehemens *ΨΘΩ Cui. edd. 1. 2*
—	6, 55/56	eo eligunt ut] *Pith. (ad Cuiac. F²) cum Γ,* colunt ut *Pith. (ad Cuiac. F²: 'vet.'),* colligunt ut *Ω² cum Pith. (ad Cuiac.),* colliguntur *ΨΘΩ¹ Cui. edd. 1. 2*
—	6, 116	commentis] *Pith. (ad Cuiac. F²) cum Γ et Pith. (ad Cuiac.),* mentis *ΨΘΩ Cui. edd. 1. 2*

Exempl. Paris. Rés. F² (Pith. [ad Cuiac.]): FRANCISCVS PITHOEVS

Francisci Pithoei apparatus Cuiacianae exemplari iam *Paris. Réserve F²* a. circiter 1584/85 adscriptus in volumine primo (p. CIX sqq.) accuratissime tractatus est. Novellae, paginis 469—528 excisis, hodie incipiunt a nov. Theod. 3, 59 |*rum in privatis.* — In Novellarum parte Fr. Pithoeus usus est hoc apparatu:

I. Ad novellas extra Breviarium servatas adhibuit libros *Parisinos 4420 (Δ)* cum editione Pithoeana a. 1571, *4412 (Ξ:* p. L*), 9652 + 4406 f. 60—67 (Ω:* p. LII*).*

1. Variae lectiones ad novellas Theod. 12 — Valent. 17 — 26, Theod. 24 — 25 — 26 — Valent. 8, 2 — 28 — 36 et indicem novellarum desideratarum adscriptae ex Δ et *Pithoeana a. 1571 editione* sumptae sunt. Pleraeque Francisci adnotationes reperiuntur etiam in Petri exemplari Par. Rés. F³; neque vero a fratre pendet, qui plura excerpsit. Franciscus ubi a Δ et Pithoeana dissentit, aut coniecturas proponit aut libro Ξ utitur (ut Theod. 24, 16 *mandamus* — 26, 59 *nullique* — Valent. 17, 19 *de causa* — 17, 28 *alienarum*).

2. Cum novellarum Maioriani 1—6 textu Cuiaciano Franciscus contulit codicem Ω, ex quo novellae illae editae erant a Cuiacio (p. LXVII), genuinasque codicis lectiones in margine adiecit additis propriis coniecturis nonnullisque Petri fratris emendationibus (Ω²; vide p. LII). Praeterea ad novellam Maiorian. 3 librum Ξ adhibuit (ut 3, 7 *utilitatem* — 3, 10 *accedentiam* — *pariter*).

II. Ad Breviarii novellas quod attinet, compluribus Breviarii sive integri sive decurtati codicibus Pithoeum, ut in Theodosiano, usum esse et promiscue lectiones inde excerpsisse certum est. Numeri 2, 3 aut 4 (raro habentur 5 aut 6) multis lectionibus adscripti indicant, quot in codicibus singulae reperiantur; adiecti igitur sunt post codices collatos lectionesque in exemplar nostrum transcriptas. Uno loco numeris pristinis deletis novus substituitur, scilicet Valent. 23, 45, ubi ad lectionem *neque adire* adnotatur 3. 4. 5; verba igitur in tribus iam reperta codicibus duobus aliis deinde praebita esse Pithoeo manifestum est. Similiter numeri correcti sunt Valent. 1, 3, 23 *ut si extant* — 18, 18 *constituta.*

1. Inter codices in Breviarii novellis adhibitis primarium locum obtinet Φ = *Parisinus 4403 A* (p. XXXVI sq.), eo tempore Claudii Puteani; verba codici inscripta '*1585 contuli*' ad Franciscum pertinere supra (Theod. I p. CXVI; Theod. II p. XXXVII) vidimus. Codicis adsumpti exempla permulta reperientur in apparatu.

2. Ex *Parisino 4411* (p. LIV) pleraeque lectiones adscriptae sunt novellae Valent. 35 (in Φ deficienti): ut Valent. 35, 9. 26. 46. 65/66. 81. 93. 97. 103/104; praeterea huius codicis vestigia passim comparent (ut Valent. 23, 21).

3. Liber Δ multas lectiones novellis Valent. 31 — 32 — 33 adscriptas praebuit (ut 31, 25. 32. 38; 32, 5. 12. 40/41).

4. Codex Ω passim adhibitus est (ut Valent. 23, 13 — Maiorian. 11 inscr.: *ricomero*).

5. Librum *E (p. XXXIII) in Theodosiano prae ceteris adsumptum esse a Francisco Mommsen (*Theod. I* p. CXV) docuit. Quamquam Rosanbinus, qui maximam novellarum

[1]) Fortasse ad eum spectant verba epistulae Cuiacii ad Pithoeum datae, quae p. LXVIII allata sunt: 'vous dictes que vous aves trouvé les novelles de Théodose entre les mains de monsieur Daniel'.

partem inde a Theod. 3, 36 continet, examinari a me non potuit, tamen nonnullae exemplaris nostri lectiones singulares in *E* repertae etiam in Novellis librum **E* (ex *E* descriptum) adhibitum esse declarant. Pauca exempla afferre utile videtur:

Theod.	3, 73	comprehensus] deprehensus *cum HE*
—	14, 64	eo addito] eo edicto *cum E*
—	15, 1, 10	enervare] insinuare *cum* E^t
—	15, 1, 17	semiplena] poenam *cum E*
—	22, 1, 32	horum] honorum *cum E*
Valent.	25, 40	reverenter] evidenter *(addito numero 2) cum E*
Marcian.	1, 75	motui] metu *cum E*
Maiorian.	7, 49	ministerii] *sic addito numero 2 cum* $E\Phi^1 O$.

Praeterea, ut in Theodosiano, etiam in Novellis passim inspecti sunt libri

6. *Parisinus 4409* (p. XXXIV), cuius vestigia repperi Valent. 27, 2 *(propitiata)* — 27, 43 *(submotae* pro *motae)* — 32, 90 *(quod accepit* ins. ante *emptori)*,

7. *Parisinus 4412 (Ξ)* pariter atque in Novellis extra Breviarium positis (cf. Valent. 23, 11),

8. *Parisinus 4413* (p. LII: exemplo sunt subscriptiones Valent. 21, 1 *[actio IIII]* et 21, 2 *[actio II — acc. VII k. iun.]*),

9. *Parisinus 4414* (p. XXXIV):

Valent.	19 subscr.	in foro traiani conss. ss.] in foro triani constpl urp *cum Parisino 4414 solo*
Maiorian.	11, 11	exsolvendas] exilio *cum Parisinis 4414. 4415.*

10. Epitomae Monachi codicem *Parisinum 4419* (p. LXII) inspectum esse a Pithoeo et locus Theod. 22, 1, 79 in apparatu nostro allatus docet et adnotatio folio 1^r Francisci manu inscripta '*1585 contuli*'.

11. Ex reliquis lectionibus, quae neque in decem codicibus supra enumeratis redeunt neque coniecturae speciem prae se ferunt, graviora exempla subieci:

Theod.	3, 63	discedentes] desidentes *cum S*
—	14, 41	prior] prius *cum NS*
—	15, 1, 3	peculiariter] specialiter *cum KL*
—	15, 1, 14	debitorem desiderat *cum Pith. (ad Cuiac.* F^2: p. LXXI*) et Cui. ed. 2*
—	20, 5	praediis] praesidiis
—	22	*rubricam inventam in Pithoeana a. 1571 editione, quae nititur adnotatione paterna Sichardianae exemplari Paris. Rés. F 380 adscripta (*Δ), affert ex 'lib. pat.'; item adest in Cui. ed. 2*
—	22, 1, 52	nequeant in] neque ante *cum OG*
—	22, 1, 67	sive] sibi *cum S*
—	22, 2, 23	vel heredi ac *del.*
—	22, 2, 89/90	sententia] scientia
Valent.	1, 3, 28	inmitis] inminens *cum G*
—	1, 3, 51	timore] tenore
—	18, 6	audituque] aspectuque
—	19 subscr.	dec.] septem.
—	21, 2, 32	supremum *del. cum S*
—	23, 45 (p. LXXII)	nequeat ire] neque adherere *cum Leid.*, nequatire
—	27, 6	iuris] *del. cum O*
—	27, 40	iussum] iustum; *inde Cui. ed. 2*
—	27, 51	sacrilega] sacrilegae mentis *addito numero 2; inde Cui. ed. 2*
—	33, 14	praestita] praeterita
—	33, 29	tempora] emtori
Marcian.	1, 26	deficiente] definiente; *inde Cui. ed. 2*
Maiorian.	11, 21	ideo] *sic cum HN*
Sev.	1, 23	tantum *del. cum Fuld. Vatican. reg. 1048.*

Paucae igitur lectiones aliunde non notae in apparatu hoc Pithoeano inveniuntur. Libros *N* vel *L* adsumptos esse a Francisco vix crediderim; fieri autem potest, ut codicem *S* inspexerit. Plures utique praeter *Φ* et **E* supra tractatos Breviarii integri codices adhibiti sunt, quos latere vel periisse verisimile est. Hoc etiam evincunt numeri *2* vel *3* vel *4* talibus lectionibus adscripti, quae in uno tantum vel duobus vel tribus codicibus nobis notis comparent.

CVIACII OBSERVATIONES (Cui. obss.)

Ad novellas editionibus Sichardi a. 1528, Cuiacii a. 1566, Pithoei a. 1571 publici iuris factas a. 1577 accesserunt tres constitutiones, scil. Valent. 2, 3 — 2, 4 — 15, in *Observationum libro XVI* a Cuiacio ex schedis duabus editae, quae primae syllogae codicis lacinias repraesentabant. De quibus in capite altero (p. XXVIII sqq.) uberius disseruimus.[1] —

CVIACIVS 1586 (Cui. ed. 2)

Cuiaciana altera a. 1586 Parisiis divulgata[2]) (cf. Haenel, nov. const. p. XIX sq.; Mommsen, Theod. I p. CIX sq.) novellas usque ad illud tempus editas hunc in modum habet dispositas, ut tertiae syllogae ordinem, quem laterculus supra p. XIX sqq. propositus exhibet, in universum sequatur. In ordinandis igitur Theodosianis et Valentinianis Cuiacianus index Pithoeanae a. 1571 indice adeo utitur, ut etiam verba a Pithoeo praemissa repetantur (*'In exemplari, ex quo ista descripsimus, erat hic Novellarum ordo, quem licet omnino non probaremus, studiosos tamen caelare noluimus'*). Hoc tantum discrimen intercedit inter utramque editionem, ut novellae Maioriani 9 inter Maiorianas suo loco transpositae, quae in Pithoeana numero 50 Theodosianarum signatur, substituantur novellae Valent. 2, 3 et 15 a. 1577 editae sub numeris 50 (*de advocatione Afris concessa*) et 51 (*de iure nundinarum*). Post Breviarii Valentinianas, ut in Cuiaciana priore, habentur novellae Marciani, inter quas quintum locum (sub rubrica *de foris*) tenet Valent. 2, 4; sequuntur Maioriani novem, Severi duae; in fine denique collocantur Anthemii novellae tres, quas codicis *Δ* librarius Breviarii Valentinianis anteposuerat. — Ad subsidia determinanda, quae Cuiacio ad hanc editionem parandam praesto erant, seorsum tractandae sunt

1. Breviarii novellae a. 1566 a Cuiacio editae,

2. Novellae extra Breviarium *a)* a. 1566 a Cuiacio in lucem proditae neque a Pithoeo a. 1571 repetitae (Theod. 12 — Valent. 17—26; Maiorian. 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6; Sev. 2), *b)* a. 1571 a Pithoeo editae, *c)* a. 1577 a Cuiacio divulgatae (Valent. 2, 3 — 2, 4 — 15).

1. In Breviarii novellis ubi altera editio a priore differt, receptae sunt Fr. Pithoei lectiones selectae exemplari *Paris. Rés. F²* adscriptae (*Pith. [ad Cuiac.]*), et eae potissimum, quas utpote numeris notatas pluribus codicibus confirmari Cuiacius vidit. Lectiones, quae in exemplari *F²* procedunt nudae, rarius recipiuntur, ut Theod. 15, 1, 14 *debitorem desiderat* (vide p. LXXIII) — Theod. 22 rubrica ex 'libro patris' a Fr. Pithoeo adscripta (p. LXXIII) — verba Valent. 19, 27/28 *se casu .... a se homicidium* et 33, 30 *si decim* (sic) *duodecim solidos similiter recipiat* in Cuiaciana priore omissa — Valent. 32, 29 *ab exactore,* nonnulli denique novellarum Valent. 35 — Maiorian. 7 — Marciani dissensus.

2ª. Novellarum Theod. 12 — Valent. 17 — 26 — Maiorian. 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6 — Sev. 2 textus ex *Cuiaciana priore* repetitur, receptis paucis emendationibus in exemplari *Paris. Rés. F²* repertis (vide p. LXXII): sic Valent. 17 inscr. additur *et patricio* — 17, 12 omittitur *civitatis* — 17, 22 emendatur *nostram quoque praeceptionem haec ratio provocarit* — 17, 37 additur *divina* — 26, 5 emendatur *apicum* — Maiorian. 1 rubr. *ortu* — 3, 6 *probis* — 3, 7/8 additur *utilitatem* — 5, 14 emendatur *unam* — 6, 9 *adhuc* — 6, 34 *tradenda* — 6, 39 *institutio* — 6, 55/56 scribitur *colligunt ut religioni* — 6, 117 *in terras iustitia.*

---

[1]) *Aurelianensis editio* a. 1586 Aurelianae Allobrogum curante Cuiacio prodita (cf. Haenel, nov. const. p. XX) easdem atque Cuiaciana prior novellas continet adiectis post Valentinianas constitutionibus tribus supra laudatis (vide p. XXIX). —

Aurelianensem et Pithoeanam a. 1571 Novellarum editiones in unum volumen congessit *Rittershusius* (Francofurti 1615), quem Cuiaciana altera et Lugdunensis latuerant. Rittershusius eundem in universum ordinem secutus atque novellarum desideratarum indices in Aurelianensi editione (ut in Cuiaciana priore) propositi titulis inter Theodosium et Valentinianum distributis discessit a Pithoeana (cf. Haenel, nov. const. p. XXII sq.); hic illic emendationes proposuit non contemnendas.

[2]) *Editio Parisina* a. 1607 prodita congruit cum Cuiaciana altera.

2b. Novellarum in *Pithoeana a. 1571 editione* divulgatarum textus inde in Cuiacianam alteram transiit. Sed in constitutionibus Theod. 24 — 25 — 26 — Valent. 8, 2 — 28 — 36, quae editae iam erant in *Cuiaciana priore*, huius editionis lectiones passim aut in textu servantur (ut Theod. 26, 36, ubi *tantum* omittitur — Valent. 36, 20, ubi legitur *de interpretiis*) aut in margine adnotantur (ut Theod. 25, 17 '*al(ias)*' *ratione resistit* — Valent. 28, 12 '*al.*' *suae praesumat* — 36, 33 '*al.*' *baonio*). Lectionem Theod. 24, 16 in textum receptam *mandamus* ex exemplari *Paris. Rés. F*² (p. LXXII) adsumptam esse verisimile est. Duarum tantum lectionum origo incerta est, scilicet

Theod. 25, 13 laxius] } *Cui. ed. 2 cum ΓΔΟΣΞ,* { latius } *Pith. ed. ex Cui. ed. 1.*
— 26, 43 tantum] } { tamen }

Librum Ξ adhibitum esse non credo, quippe cuius usus aliis alterius editionis Cuiacianae locis non confirmetur.

Aliter res se habet de novellis usque ad a. 1571 anecdotis, quarum textus ita, ut in *Pithoeana* habetur, in Cuiaciana repetitur. Variae lectiones in margine a Cuiacio additae omnes fere depromptae sunt ex adnotationibus eidem Pithoeanae editioni in fine subiunctis; quarum nonnullas Cuiacio ipsi deberi p. XLVII vidimus. Quae restant aliae ibi non inventae, quamquam aut in libri Δ aut in exemplaris *Paris. Rés. F 2240* marginibus P. Pithoei manu adscriptae habentur, tamen inde sumptae esse non videntur (vide p. LXXI). Pleraeque Pithoei coniecturae sunt, ut ad Theod. 7, 3, 8: *curiis civitatum* (cum *F 2240*) — 21 subscr.: *cyro* (cum Δv ['*lego*']. *F 2240*) — Valent. 2, 2, 8/9: *retinendis* (cum Δv ['ἴσως']. *F 2240*) — 2, 2, 22: *perpetiendum* (cum *F 2240*) — 2, 2, 26: *parum* (cum *F 2240*) — 2, 2, 31: *iussionis* (cum *F 2240*) — 13, 57 *militaris* (cum Δv) — Anthem. 1, 36 *imminuat* (cum Δv). Reliquae paucae nescio an Cuiacio tribuendae sint, ut ad Valent. 11, 11: *geminarum* (cum *F 2240:* '*C*'), ad Valent. 7, 3, 15: *sedem* — 13, 64: *ita augendam* — Anthem. 1, 35: *viduitate*.

2c. Novellae Valent. 2, 3 — 2, 4 — 15 ex '*Observationibus*' Cuiacianis descriptae sunt.

Cuiacius igitur ad novam Novellarum editionem parandam Petri Pithoei editione et coniecturis, Francisci Pithoei apparatu usus, ex quibus subsidiis lectiones sibi probatas recepit, cum ipse codicem nullum conferret, praetermissis coniecturis paucis de suo nihil addidit nisi novellas tres ex schedis duabus a. 1577 divulgatas.[1])

Novellae Constitutiones Imperatori Iustiniano anteriores, quas Ritter in Codicis Theodosiani tomo VI, 2 a. 1745 edidit (cf. Haenel, nov. const. p. XXIV) expressae sunt ad Cuiacianam alteram a. 1586, cuius ordo prorsus servatur. In adnotationibus commentarios atque notas criticas Ritter adiecit: commentarii ad legum historiam atque verba illustranda, ad determinandos imperatores, magistratus, tempora multum valent. Notae criticae multas emendationes, magni plerumque pretii, continent; praeterea adhibitae sunt editiones Sichardiana, Cuiaciana prior, Lugdunensis a. 1593, Rittershusiana, Marvilliana, codex Iustinianus, codicum denique nobis *M* et *G* lectiones collatae; passim accedunt variae lectiones ex libro Γ a Goetzio parum accurate excerptae et cum Rittero communicatae. *RITTER 1745*

---

[1]) *Lugdunensis editio a. 1593* a Francisco Fabro procurata (cf. Haenel, nov. const. p. XX sq.) novellas in Cuiaciana altera additas exemplaribus Aurelianensis a. 1586 editionis (p. LXXIV not. 1) nondum divenditis post paginam 538 — p. 593 — p. 595 sqq. adiecit. Ordo novellarum Cuiacianam alteram sequitur, nisi quod nov. Valent. 26 (Cui. ed. 2 = XXXV) — 28 (Cui. ed. 2 = XXXVII) — 36 (Cui. ed. 2 = XXXVIIII), ut in Aurelianensi, post Breviarii Valentinianas sub numeris XIII — XIV — XV habentur adeoque 48 tantum novellae Theodosianae leguntur. Praeterea nov. Valent. 2, 3 et 15 bis typis exprimuntur, et in fine Theodosianarum (sub numeris XLVII. XLVIII), ubi in Cuiaciana altera reperiuntur, et in fine Valentinianarum, ubi in Aurelianensi sunt, post nov. Valent. 2, 4 (quae in Cui. ed. 2 inter Marcianas habetur). Item index novellarum Valentiniani desideratarum p. 572 neglegentia bibliopolae servatur. — Textus novellarum Breviarii Aurelianensis est; novellae extra Breviarium servatae congruunt cum Cuiaciana altera, exceptis novellis Valent. 26 — 28 — 36 — Maiorian. 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6 (usque ad p. 592), quae ex Aurelianensibus exemplaribus, ut Breviarii novellae, proficiscuntur.

Marvillius in novellarum editione codici Theodosiano *Gothofrediano* adiecta (Tom. VI, Lugduni 1665), adhibitis Gothofredi notis atque emendationibus Lugdunensi adscriptis, hac editione in universum nititur (cf. Haenel, nov. const. p. XXIII).

ZIRARDINVS 1766 AMADVTIVS 1767 Primi novellas in libro Γ solo extantes (Theod. 10, 2 — 15, 2 — 17, 2 — Valent. 1, 1 — 1, 2 — 2, 4 extr.) publici iuris fecerunt atque legum novellarum, quae corpori Maioriani insunt, ordinem in Γ propositum restituerunt *Zirardinus* (a. 1766) et *Amadutius* (a. 1767). Editiones eorum, de quibus in capite altero p. XXV sqq. egi (cf. etiam Haenel, nov. const. p. XXIV sqq.), neque in describendis novellis neque in commentariis verbosissimis eam, qua opus erat, diligentiam praestabant.

BECKIVS 1815 *Beckius* in 'Iuris Civilis Anteiustinianei' tomo posteriore Berolini a. 1815 divulgato (p. 1217 sqq.; cf. Haenel, nov. const. p. XXVI) primus et 'novellas constitutiones Iustiniano anteriores' ex diversis editionibus coniunctas omnes in unum corpus collegit et indicem secutus ab Amadutio ex libro Γ propositum Theodosianas Valentinianasque recte distribuit. Sed ordine, quem Γ servavit, non semel immutato plures novellae suo loco motae sunt: ita ex Theodosianis, ut omittam nov. Theod. 1 Theodosiano praefixam, Theod. 3 (= Th. VI) — 7 (= Th. IX) — 25 (= Th. V); inter Theodosianas sub numero XXVI relata est nov. Valent. 15. Ex Valentinianis transpositae sunt Valent. 2, 2 (= Val. XI) — 2, 3 (= Val. XIII) — 2, 4 (= Val. XXXVII) — 13 (= Val. XIX) — 16 (= Val. III) — 20 (= Val. XVI). — Ad contextum quod attinet, constitutionum verba paragraphis distinguuntur, Breviarii interpretationes omittuntur. Beckius in universum innititur Ritteriana editione (in apparatu saepius voce *vulg.* indicata), quam libri Γ (= *Ott.*) lectionibus ex Amadutio depromptis emendat; passim, potissimum in apparatu, adhibentur codices *M* et *G*, editiones Sichardiana (= *S*), Cuiacianae duae, Pithoeana a. 1689, Rittershusiana, Marvilliana, Zirardiniana, aliorum notae, codex denique Iustinianus.

HAENELIVS 1844 Anterioribus editionibus longe praestat Haeneliana in corpore iuris Bonnensi prodita ('Novellae constitutiones imperatorum Theodosii II., Valentiniani III., Maximi, Maioriani, Severi, Anthemii ..... ad librorum manuscriptorum et editionum fidem recognovit et annotatione critica instruxit Gustavus Haenel Lipsiensis', Bonnae a. 1844). Magna *Haenelii* de Theodosiano Breviarioque Alariciano merita neque minora editoris vitia Mommsen in primo huius operis volumine (p. CXVII) luculenter exposuit. Idem dicendum est de Novellarum editione. Nam ut collatis codicibus omnibus tunc temporis notis textus fundamenta fere certa iecit, quibus nostra etiam editio nititur: ita in conficiendo apparatu, congestis undique sine delectu et codicum et editionum lectionibus, rem minime accurate et diligenter gessit adeoque multo minorem atque in Theodosiano fidem meretur. Accedit quod, non recte perspectis primae et tertiae syllogae, scilicet corporis Maioriani et Breviarii aucti, origine ac vi, quae leges, qui codices ad utramque earum pertinerent quaerere supersedit. — Ad codices a. 1844 ab Haenelio adhibitos pauci addendi sunt, nempe codices Eporedienses *E* et *X*, Legionensis *H*, *Vaticanus* denique *reg. 1050* (p. LIV), quem in libello gratulatorio in Caroli de Savigny honorem a. 1850 conscripto tractavit; praeterea eum latuerunt schedarum Cuiacianarum apographum Pithoeanum in *cod. Paris. Dupuy n. 702* (p. XXIX) repertum, exemplaria Sichardianae *Paris. Rés. F 380* (p. XLIV sq. LXVI sq.), Cuiacianae prioris *Paris. Rés. F*[2] (p. LXXII sq.), Pithoeanae a. 1571 *Paris. Rés. F 2240* (p. LXXI). — Novellarum rectum fere ordinem Haenel exhibuit, constitutionibus in suum locum restitutis, nisi quod novellae Valent. 15 ultimum inter Theodosianas locum attribuit Beckium secutus; praeterea in ordinandis novellis Valentiniani inde a 13 usque ad 21 a codice Γ discessit (p. XVI), iniuria denique fragmentum miserrime truncatum, quod Fuldensis servat (p. XXIV), sub 'divi Maximi' novellae nomine editioni p. 265/266 inseruit.

CAPVT SEPTIMVM.

CRISIS NOVELLARVM.

Leges novellae, quas hoc volumine edidi, non ita, ut ipse Theodosianus, ab uno corpore pendent, sed, ut capite primo exposui, tres partes distinguendae sunt. Nam in constitutionibus Theodosii II. et Valentiniani III. et in Maioriani plerisque a corpore novellarum occidentali proficiscuntur Maioriano imperante compilato, in constitutionibus Marciani omnibus, Maioriani duabus, Severi una a Breviario Alariciano eiusque additamentis, in Anthemianis denique a Breviario aucto. De harum trium partium crisi singulatim nunc a me disputabitur.

A. LEGES NOVELLAE THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI (1—6).

De corpore Maioriani, quo continebantur novellae Theodosii II. orientales publicatae in Occidente et imperatorum duorum occidentalium Valentiniani III. et Maioriani, antequam agam, primum ex constitutionibus eo comprehensis enumerabuntur alibi quoque servatae. Quarum lectiones utilissimae sunt ad differentias diiudicandas, quae intercedunt inter exemplaria corporis Maioriani, nec raro etiam vitia tollunt omnibus exemplaribus huius corporis communia. Sunt autem hae:

1. Theodosii novella 1 adest Theodosiano praemissa in eius codicibus *ΔO*.

2. *Iustinianus* in codicem suum recepit ex Theodosianis 3 — 5, 2 — 6 — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 7, 4 — 8 — 9 — 10, 1 — 11 — 12 — 13 — 14 — 16 — 17, 2 — 19 — 20 — 21 — 22, 1 — 22, 2 — 24 — 25 — 26, id quod in capite quinto vidimus.

3. Valentiniani novellae 17 et 18 in codicis Coloniensis 212 (nobis *Colon.*) collectione canonica, quam in capite quinto tractavi, sub numeris VI et V extant. —

Libros, qui maiorem minoremve partem legum novellarum corpore Maioriani comprehensarum continent, discedere vidimus in syllogas tres: Primam, quae sola servavit antiquam plenitudinem (aliquatenus certe) et ordinem vetustum, hodie repraesentat unus codex *Γ* accedentibus schedis Cuiacianis excerptisque paucis. Altera, scilicet Breviarium Alaricianum, constitutiones multas omisit, sed retento fere ordine antiquo. Tertia ex archetypo libri *Γ* simili, sed pleniore, Breviarium auxit, constitutionum ordine antiquo soluto; inter huius syllogae exemplaria eminent Fuldensis index et codices *ΔO*.

Ita nunc agam, ut primum disseram de crisi corporis Maioriani constitutionum in Breviarium Alaricianum primitivum receptarum, deinde de ceteris huius corporis legibus novellis extra Breviarium positis.

I. Corporis Maioriani constitutiones in Breviarium primitivum receptae.

Constitutiones, quas ex corpore Maioriani prudentes Alariciani receperunt, sunt hae secundum numeros meos:

Theodosii II. 1 = Brev. I (prima postremaque perierunt in *Γ*) — 2 = Brev. II (periit in *Γ*) — 3 = Brev. III (extrema sola supersunt in *Γ*) — 9 = Brev. IV — 11 = Brev. V —

13 = Brev. VI — 14 = Brev. VII — 15 = Brev. VIII — 16 = Brev. VIIII — 20 = Brev. X — 22, 1 = Brev. XI, 1 — 22, 2 = Brev. XI, 2.

Valentiniani III. 1, 3 = Brev. VII (periit in *Γ*) — 14 = Brev. I — 18 = Brev. II — 19 = Brev. III — 21, 1 = Brev. IV, 1 — 21, 2 = Brev. IV, 2 — 23 = Brev. V — 25 = Brev. VI — 27 = Brev. VIII — 31 = Brev. VIIII — 32 = Brev. X — 33 = Brev. XI — 35 = Brev. XII.

Maioriani 7 = Brev. I (periit tota fere in *Γ*).

Duae nunc quaestiones oriuntur, prima quae ratio intercedat inter librum *Γ* et Breviarii Alariciani codices, altera quales sint exemplarium Alaricianorum ipsorum diversitates. Ad quas recte diiudicandas simplicissimum visum est laterculo proposito secundum ordinem traditum componere differentias, deinde de singulis quaestionibus iudicium ferre. *Brev.* ubi in hoc laterculo memoratur, etiam Breviarii aucti (scilicet tertiae syllogae) libri comprehenduntur; ubi opus videbatur, et decurtatorum ratio habebitur. Praeponitur lectio, quae videtur esse vera.

Theod. 1, 5	ne a quoquam] *AO*	nec a quamquam *N*, nequam *XL*, nequaquam *Γ et Brev. reliqui, def. KιΔ*
— 1, 11	scita] *AO Parisin. 4409*II *cum ΓL Parisin. 4410*	scientia (-am *G*) *NGXCPMS*, statuta *EΦ*, scripta *H*, *def. KιΔ*
— 1, 19	nube] *AO cum Brev.*	nunc *Γ*, *def. KιΔ*
— 1, 20	nulli] *Paris. 4409*II *cum ΓιHNELΦ*	nulli itaque *AO*, nihil *Brev. reliqui, def. KιΔ*
— 1, 29	satis] *AO Paris. 4409*II *cum L*, siat *Γ*	*om. Brev. reliqui, def. KιΔ*
— 1, 37	regestis] *Γ et Brev.*	gestis *AO*, *def. KιΔ*
— 3, 75	servata] *HNE *EXCΦιO*	servamus *GPMS, def. ΓLιΔ*
— 3, 88	notitiam] *Brev.*	sciencia *Γ*
— 14, 88 (int.)	adire noluerint] *NESKL*	adierint *GXCPM, def. HιΔO*
— 14, 93 (int.)	pertinere] *NGXCPM*	pervenire *ESKL, def. HιΔO*
— 15, 10	curias enervare] E^{v}*XCPMSιO*	curia se servare *Γ*, curias servare *K*, curias insenuare E^{t}, curia sine suasure *N*, curias manifestare *G, def. HLΦιΔ*
— 15, 14	deferat] *ΓESK*	deserat *GXCPM*, deserviat *NιO*, *def. HLΦιΔ*
— 16, 13	omnimodo] *ΓESKLιO*	omnino *GXCPMΦ, def. HNιΔ*
— 20, 11	nili tantum] *ESKLΦι*ΔO*, lini tantum *Γ*, limitatori *Grom.*	militantum *HXC*, mari (-ris *G*) tantum *GPM, def. NιΔ*
— 22, 1, 25	solita] *ΓES*	sollicita *GXCPMKιO, def. HNLΦιΔ*
— 22, 1, 66	naturales (-lis *E*)] *ESιO cum Iust.*	natales *ΓιGXCPMK, def. HNLΦιΔ*
— 22, 1 subscr.	eudoxio et dioscoro] *Iust.*	maximo ii et paterio *libri nostri*
— 22, 2, 18	ad quem] *Iust.*, adque *Γ*	ad quem vel *Brev., def. HNELΦιΔ*
— 22, 2, 43	omnium rerum indago] *ΓιHXCKιO*	omnibus requirendarum actio *GPMS, def. NELΦιΔ*
— 22, 2, 99	tuae celsitudinis] *Γ*	tui culminis *Brev., def. NELΦιΔ*
— 22, 2, 104	nec interest] *ΓιH(?)KιO cum Iust.*	nec in heres *XC*, ne quidem res *GPMS, def. NELΦιΔ*
— 22, 2, 111	naturale] *Brev. cum Iust.*	naturae *Γ*, *def. NELΦιΔ*
Valent. 1, 3 inscr.	idem aa.] *L*	impp. th. et valent. aa. *Brev. reliqui, def. ΓιHNK*
— 1, 3, 17	terror (-ore *L*)] *ESLΦιΔO et tertiae syllogae decurtati*	error (-ore *G*) *GXCPM, def. ΓιHNK*
— 1, 3. 50	revocetur (-entur *E*)] *ESLΦιΔO et tertiae syllogae decurtati*	revocitus *XC*, revocatus *GPM*, *def. ΓιHNK*

Valent. 1, 3 subscr.	et manu divina .... et ad latus] *ESL Parisin. 4414. 4415*	*om. GXCPMΦıΔO et tertiae syllogae decurtati, def. ΓıHNK*
— —	recitata .... prid. id. mart.] *E Parisin. 4414. 4415*	*om. GXCPMSLΦıΔO et decurtati, def. ΓıHNK*
— 14 rubr.	non] *Γ*	nomine *X (context.)*, minime *Brev. reliqui, def. NK*
— 14, 11	numquam] *ΓESLıΔ*	nonnumquam *HGXCPMıO, def. NKıΦ*
— 18, 7	manifestissima] *ΓESLıΔO Vat. 1050 cum Colon.*	manifesta *HGXCPM, def. NK*
— 19 rubr.	de homicidiis casu factis necne] *Γ*	de homicidiis (-dio *XC*) casu factis (-to *XC*) *XCPMS*, de homicidiis casu an (vel **ΔΔ*) voluntate factis *Brev. reliqui*, de homicidiis *O, def. HNK*
— 19 subscr.	et manu divina .... $\overline{pkaa}$] *EXCPMSLıΔO*	*om. Γ, def. HNGKΦ*
— —	pp. prid. id. dec. in foro traiani] **ΔΔΩΣΞ Paris. 4408. 4411ı4414. 4415, imperfecte Leid.ıXC Paris. 4409*	*om. ΓıEPMSL Paris. 4410ıO, def. HNGKΦ*
— 21, 1, 14	condetur] *ΓSLıO*, conditur *ΦıΔ*	conditoris *GEXCPM, def. HNK*
— 21, 1, 17/18	successionis .... ipsum quod serenitati .... obtulerunt sit] *ΓSLıΔO*	serenitati ..... obtulerunt sit | successionis .... ipsum quod *commatibus transpositis GXCPMΦ*, succ. .... quod *et ante* serenitati *et post* obtulerunt ut (*pro* sit) *E, def. HNK*
— 21, 1 subscr.	prop. in foro divi traiani] *sic fere GXCPM Paris. 4414. 4415ıΔΨΘΩΣΞ Paris. 4408. 4411. 4413*	*om. ΓESL Paris. 4409. 4410ıO Leid., def. HNKΦ*
— —	antelata edicto albini ii $\overline{ppo}$ et patricii] *sic fere GXCPMıΔΨΘΩΣΞ Paris. 4413*	*om. ΓESL Paris. 4409. 4410. 4414. 4415ıO Leid. Paris. 4408. 4411, def. HNKΦ*
— 21, 2 inscr.	idem aa.] *ΓLΦıΔ*	impp. th. et valent. aa. *GEXCPMS, def. HNKıO*
— 21, 2 subscr.	acc. vi k. ian. rom. (acc. .... rom. *om. *ΔΔ Leid. Paris. 4409*) prop. v k. ian. in foro traiani conss. ss.] *sic fere GXCPM Paris. 4409. 4410. 4414. 4415ı*ΔΔΩΣΞ Leid. Paris. 4408. 4413*	*om. ΓESL, def. HNKΦıO*
— 23 rubr.	de sepulcri violatoribus] *sic fere ΓES (lat. β) L Paris. 4414. 4415ı*ΔΔ Paris. 4408*	de sepulchris *GXCPMS (context. et lat. α) ΦıO, def. HNK*
— 23 inscr.	albino] *Brev.*	basilio *Γ*
— 23, 52	legem .... concepimus] *Brev.*	*om. Γ, def. HNPKıΣ*
— 23 subscr.	prop. in foro .... ii $\overline{ppo}$ et patricii] *sic fere GXCM Paris. 4409. 4414. 4415ıΔOΨΘΩΞ Leid. Paris. 4408. 4413*	*om. ΓESL, def. HNPKΦıΣ*
— 25, 30	fratrem] *ΓESıΔ*, frater *Φ*	*om. GXCPMLıO, def. HNK*
— 25 subscr.	prop. in foro tr. v id. iun. antelata edicto albini $\overline{uc}$] *sic fere GXCPM Paris. 4409. 4414. 4415ıΔΨΘΩΞ Leid, Paris. 4408, 4413*	*om. ΓESLıO, def. HNKΦıΣ*

Valent. 27, 15	periculosius] *ΓSLιΔΨΘΩD*	perniciosius *GEXCPMΦ Paris. 4409. 4410. 4414. 4415*, laboriosius *O*, *def. HNKιΣ*
— 27, 22	gloriae .... studio] *Brev.*	*om. Γ*
— 27, 35	dicendo] *Brev.*	incendio *Γ*
— 27 subscr.	$\overline{ppa}$ in foro .... firmini viri inl. $\overline{ppo}$] *sic Paris. 4414. 4415*, firmine $\overline{ppo}$ coss. *L*, $\overline{praepo}$ *E*	*om. ΓιNGXCPMSιΔOD et reliqui*, *def. HKΦ*
— 31 rubr.	de colonis vagis et de advenis] *Γ*	de colonis vagis vel agnatione eorum et de advenis *Brev.*, de colonis vagis *O*
— 31 inscr.	imp. valent. a. *(om. L)*] *SL*	imp̄p. th. et valent. āā. *Γ et Brev. reliqui*, idem augusti *O*, *def. HK*
— 31, 11	praescriptionis] *NGXCPMΦιΔO*	praeceptionis *ΓESL*, *def. HK*
— 31, 26	valeat] *Γ*	valebit *Brev.*
— 31, 38	discedendi] *O cum Burg. et Theoderic.*, de se cedendi *Δ*	recendi *Γ*, recedendi *NGEXCPMSLΦ*, *def. HK*
— 31 subscr.	acc. iii non. feb. romae prop. in foro traiani] *Cui. ed. 1 sola*	*om. libri nostri omnes*
— 32, 2	recenti] *ΓL*, praesenti recenti (-tique *S*) *ES lectione utraque coniuncta*	praesenti (-tibus *XC*) *NGXCPMΦιΔO*, *def. HK*
— 32, 42	subscriptoribus] *ΓESLΦ*	subscriptionibus (-tione *H*) *HNGXCPMιO*, susceptionibus *Δ*, *def. K*
— 32, 64/65	ad auditoria sumptuosa venire (sumptus advenire *L*) cogantur] *ΓESL*	ad require *(sic X*, ad requirere *Δ*, aut requirere *H*, adquirere *NΦ*, id requirere *GPM*, ad requirenda *C)* auditoria (adiutoria *H*) sumptuosa v. cogantur *HNGXCPMΦιΔ*, auditoria sumptuosa cogatur requirere *O*, *def. K*
— 33 inscr.	imp. valent. a.] *Brev.*	imp̄p. theud̄. et valent. āā. *Γ*
— 33, 26	omnium] *ΓESL*	communium (-num *X*, -nem *O*) *HNGXCPMΦιΔO*, *def. K*
— 35, 41	episcopis] *Γ*	episcopis ut dictum est *Brev.*
— 35, 55	contributa] *ΓESL*	adtributa *NGXCPMιODVat. 520*, *def. HKΦιΔ*
— 35, 86	et scitis (ei sicut eis *G*)] *Brev.*	et sciens *Γ*
— 35, 138 (int.)	loquitur] *ESK*^{a}*L*	loquitur dicit *Brev. reliqui*, loquitur constat *Paris. 4409 cum K*^{b}

Iam per capita explicabuntur leges de textus crisi hinc derivandae.

Γ et Brev. 1. Breviarium saepenumero contra codicem *Γ* lectionem servavit veram vel verae proximam, hiatus eius explens Valent. 23, 52 — 27, 22, traditam lectionem emendans Theod. 1, 19 (cum *ΔO ante Theodosianum*) — 3, 88 — 22, 2, 111 (cum *Iust.*) — Valent. 23 inscr. — 27, 35 — 31, 11 — 33 inscr. — 35, 86.

2. Non minus frequenter codex *Γ* contra Breviarium genuina servavit vel genuinis proxima, accedente codice altero nullo, scilicet locis his: Theod. 22, 2, 18 (cum *Iust.*) — 22, 2, 99 — Valent. 14 rubr. — 19 rubr. — 31 rubr. — 31, 26 — 35, 41, aliis.

ESKL emendati 3. Quattuor Breviarii codices *ESKL* ex codice libri *Γ* simili emendati sunt, ita ut cum *Γ* contra Breviarii libros reliquos locis permultis concordent: exemplo sunt Theod. 15, 14 — 16, 13 (cum *O*) — Valent. 14, 11 (cum *Δ*) — 18, 7 (cum *ΔO Vat. 1050* et *Colon.*) — 21, 1, 17/18, ubi commata duo in Breviario transposita, recte ordinata in *ΓSL* (et *ΔO*) emendationem aperte produnt, cum *E* comma *succ. .... quod* bis proponat secutus et

codicem *Γ* et Breviarium — 23 rubr. (cum classis *E* libris decurtatis *Parisinis 4414. 4415* et **ΔΔ Parisin. 4408*) — 32, 42 (cum *Φ*) — 32, 64/65 — 33, 26 — 35, 55. Memoratione dignum est, quod Valent. 31, 11 Breviarii lectio vera *praescriptionis* ad falsam *praeceptionis*, quae est in *Γ*, oblitterata est in *ESL* (deficit *K*); item Theod. 15, 10 pro vero *curias enervare* falsa lectio codicis *Γ curia se servare* mutatur in *K* (deficit *L*) in *curias servare*, in E^{t} in *curias insenuare*. Breviationes quoque subscriptionum, quas *Γ* in novellis Valentiniani quattuor 21, 1 — 21, 2 — 23 — 25 adscivit, in libris *ESL* (deficit *K*) redeunt.

Archetypus codex, a quo libri *ESKL* in his pendent, non fuit ipse *Γ* neque alius corporis Maioriani codex, sed Breviarii liber integer, similis ille quidem codicis *Γ*, sed plenior in ipsius Breviarii novellis. Nam huius generis lectiones ibi quoque reperiuntur, ubi *Γ* hiat, neque minus in interpretationibus (ut Theod. 14, 88 — 14, 93 — Valent. 35, 138). Nonnullis novellae Valent. 1, 3, quae in *Γ* (et *K*) deficit, locis libri *ESL* emendationis vestigia prae se ferunt, ut 1, 3, 17 — 1, 3, 50 (his duobus locis una cum *Φ* et tertia sylloge) — 1, 3 subscr. (una cum *Parisinis 4414. 4415*). Hic librorum *ESKL* archetypus passim meliores codice *Γ* lectiones praestabat, id quod Theod. 20, 11 — 22, 1, 66 — Valent. 31 inscr. demonstrant.

Primum inter hos codices locum tenet liber *L* aetate princeps neque omnino, ut *L*
in Theodosiano, spernendus; saepius enim, ubi *ES* emendati non sunt et *K* hiat, aut solus (ut Valent. 1, 8 inscr.) aut cum $\Gamma\Phi^{i}\Delta$ (Valent. 21, 2 inscr.) aut cum *Γ* et libris *ΔO Parisino 4409* (Theod. 1, 11 — 1, 29) veram lectionem servat. Semel tantum (Valent. 25, 30) emendatione, quam *ES* una cum *Φ* proponunt, carere eum repperi.

Neque minus liber *K*, qui locis modo laudatis hiat, ubi deficiente *L* extat, verum *K*
contra *ES* una cum *Γ* passim praestat (ut Theod. 22, 2, 104). Raro reliquos Breviarii libros sequitur, ut Theod. 22, 1, 25 (contra *ΓES*) — 22, 1, 66 (una cum *Γ* contra *ES* cum *O* et *Iust.*).

Saepius *E* cum deterioribus stat contra libros emendatos (ut Valent. 21, 1, 14 — *E*
21, 2 inscr. — 27, 15 — 31 inscr.).

Codicem *S*, qui in Theodosiano et in novellis Marciani neque minus Maioriani 7. 11 *S*
(vide p. LXXXIX sq.) atque omnino ibi, ubi textus eius a solo Breviarii archetypo non emendato pendet (ut Theod. 3, 75 — 22, 2, 43 — 22, 2, 104), plane libros deteriores *GPM* sequitur, multis locis longe inde recedere et veras lectiones plerumque exhibere videmus; Valent. 31 inscr. genuina una cum *L* servat.

Singularem locum tenet *Φ*: saepenumero enim vera proponit aut easdem atque *Φ*
libri *ESKL* emendationes exhibens (ut Valent. 1, 3, 17 — 1, 3, 50 — 21, 1, 14 — 21, 2 inscr. — 25, 30 — 32, 42) aut libros deteriores contra *ΓESL* secutus (Valent. 31, 11); neque vero rarius una cum deterioribus falsa habet (ut Theod. 16, 13 — Valent. 21, 1, 17/18 — 23 rubr. — 32, 2 — 32, 64/65 — 33, 26). —

Ex eis quae exposuimus satis apparet librarios codicum *ESKL(Φ)* vel eorum codicum, ex quibus descripti sunt, quamquam vel in hiatibus cum *Γ* consentientes Breviarii archetypum huius libri similem potissimum sequuntur, tamen alterius etiam archetypi copiam habuisse, ad quem nonnumquam se applicant. Ita Valent. 32, 2, ubi in Breviario est *praesenti*, in *Γ recenti*, cum codex *L* (deficit *K*) cum *Γ* stet, *ES* utramque lectionem coniunctam habent *praesenti recenti (-tique S)*. Similes dittographias, quae duas recensiones repraesentant, liber *E*, ut Valent. 21, 1, 17/18 praetermittam, pluribus locis in capite tertio (p. XXXIII) tractatis proponit. In novellis Marciani et Maioriani 7. 11 codices *KL* huiusmodi contaminationibus abundant (vide p. LXXXIX sq.).

4. Ubi emendationum vestigia desunt, Breviarii codices in familias duas distribuuntur: melior libros *HNEKL* et plerumque *Φ* comprehendit; deterioris ordinis sunt *GXCPMS*. Sed, ut in Theodosiano, fines utriusque familiae certo discerni nequeunt. Ita saepenumero *XC* cum melioribus libris stant vel emendati, ut Theod. 3, 75 — 22, 2, 43, vel tantummodo corrupti, ut Theod. 20, 11 — 22, 2, 104. At codices *GPM* semper fere gravissime errant passim pessime interpolati neque crebri sunt loci, ubi una cum *XC* vera retinent (ut Theod. 14, 93 — 15, 10); *PM* veram lectionem soli numquam praebent. ***Duae Breviarii non emendati familiae***

5. De libris *ΔO* et decurtatis ad tertiam syllogen pertinentibus accuratius capite *ΔO*
quarto disserui, ubi trium huius syllogae classium consensus et dissensus singulorumque codicum singularitates explicavi. Hoc loco id tantum interest breviter exponere, quid

ΔO ad Breviarii novellas recensendas valeant quaeque ratio inter eos et *Γ* reliquosque libros intercedat. Codices *Δ*, qui in Theodosianis deficit, et *O*, ubi vera lectione utuntur, plerumque conveniunt cum codice *Γ* et Breviarii libris emendatis *ESKL(Φ)* (ut Theod. 16, 13 — 20, 11 — Valent. 1, 3, 17 — 1, 3, 50 — 18, 7 — 21, 1, 14 — 21, 1, 17/18 — 21, 2 inscr.), ad quos passim accedunt ex libris non emendatis meliores *HN* et *XC* (ut Theod. 3, 75 — 22, 2, 43 — 22, 2, 104). Theod. 22, 1, 66 *naturales* praeter Iustinianum servant *OES* (def. *Δ*), *natales* habent *Γ* et Breviarii reliqui; Valent. 31, 38 *discedendi (de se cedendi Δ)* recte praebent *ΔO* cum lege R. Burg. et edicto Theoderici, *recendi Γ* errore, *recedendi* Breviarii libri omnes scribunt. Sed, ut subscriptiones praetermittamus, raro accidit, ut *ΔO* veram lectionem contra *ΓESKL* exhibeant (e. c. Valent. 31, 11).

Ubi *Δ* et *O* dissentiunt, ille semper fere meliorem lectionem habet, ut Valent. 14, 11 — 23 rubr. — 25, 30 docent; loci Valent. 19 rubr. — 27, 15 — 31 rubr. — 31 inscr. — 32, 64/65 aliique multi, quos in laterculo neglexi, satis declarant lectiones a *Δ* una cum decurtatis exhibitas interpolando vel omittendo temere saepissime corrigi a Willelmo Malmesburiensi codicis *O* librario; exempla reperientur in apparatu (cf. Valent. 1, 3, 19 — 1, 3, 22 — 1, 3, 25 — 1, 3, 44 — 18, 3 — 19, 3 — 23, 45/46 — 25, 15 — 27, 30 — 27, 50 — 31, 2 — 31, 3 — 31, 8 — 32 inscr. — 32, 40 — 32, 56 — 32, 65/67 — 35, 30).

AO *Parisin. 4409* 6. Ad novellam Theod. 1 recensendam multum valent Theodosiani libri *A* (= Ambrosianus C 29 inf.) novellas reliquas non complectens et *O* modo tractatus. Qui hanc constitutionem, qua Theodosianus publicatus est quaeque vere locum suum ante eum habuit, huic praemittunt lectionesque proponunt longe meliores eis, quas corporis Maioriani exemplaria tradunt. Ita veram lectionem aut soli praestant, ut Theod. 1, 5, aut cum *Parisini 4409* insiticio (= *Paris. 4409*$^{\text{II}}$) ex eiusdem generis archetypo deprompto et *ΓL*, ut Theod. 1, 11 — 1, 29, aut una cum Breviario contra *Γ*, ut Theod. 1, 19. Rarius corrupti sunt, ut Theod. 1, 20 — 1, 37. Unde hoc manifesto apparet Theodosiani traditionem longe praestare Novellis, sive Breviarii codicibus, sive primae syllogae libris servantur.

Subscriptiones 7. Subscriptiones constitutionum sylloge haec novellarum, dum integra fuit, tam plenas habuit, ut in nullo alio corpore inveniuntur; et adhuc ex hac sola sylloge exempla afferri possunt trium dierum[1]), constitutionis ab imperatore subscriptae[2]) et datae (vel emissae), constitutionis acceptae, constitutionis propositae (vel recitatae in senatu); sunt autem haec:

Valent. 21, 2 (446 data Dec. 26 — accepta Dec. 27 — proposita Dec. 28).
Valent. 23 (447 data Mart. 13 — accepta Mart. 27 — proposita [antelata edicto magistratus acceptoris] Apr. 6).
Valent. 31 (451 data Ian. 31 — accepta Febr. 3 — proposita . . . .).

Aliae Valentiniani novellae in Breviarium receptae praeter diem constitutionis datae diem propositae servant, ut

Valent. 1, 3 (450 subscripta ab imperatore et data Mart. 5 — recitata in senatu Mart. 14).
Valent. 19 (445 subscripta ab imperatore et data Dec. 8 — proposita Dec. 12).
Valent. 21, 1 (446 data Oct. 21 — proposita [antelata edicto magistratus acceptoris] . . . .).
Valent. 25 (447 data Iun. 3 — proposita [antelata edicto magistratus acceptoris] Iun. 9).
Valent. 27 (449 data Iun. 17 — proposita [sub edicto magistratus acceptoris] Iul. 20).

Nota diem constitutionis propositae inter Breviarii novellas non reperiri nisi in Valentinianis[3]), deesse in ceterorum imperatorum omnibus.[4])

---

[1]) Cf. Mommsen, *Zeitschrift der Savignyst. R. A.* 21, 165; *Theod. I* p. CLIV sq.

[2]) Imperatoris subscriptio servata est in Breviarii novellis Valent. 1, 3 (ad senatum) — 19 (Maximo), praeterea in nov. Valent. 9 et 16 (ad p̄r) — 17 (Aetio) — Maiorian. 1 (ad senatum).

[3]) Inter corporis Maioriani novellas extra Breviarium positas dies constitutionis propositae occurrit Valent. 2, 2 — 11; dies constitutionis acceptae reperitur Valent. 10 — Maiorian. 2 — Anthem. 1, fortasse etiam Anthem. 2 (actum sub die eodem).

[4]) Novellae a Theodosio II. Valentiniano III. missae atque in imperio Occidentali promulgatae exemplaria repraesentant in scriniis sacris Constantinopolitanis custodita: argumento sunt

Sed eiusmodi subscriptiones utpote neque ad doctrinam neque ad fori usum utiles librarii mature mutilare coeperunt ratione admodum varia: ita evenit, ut quaedam in libris melioribus omissae servatae sint in deterioribus adeoque non raro in solis decurtatis, quoniam eius generis codices passim textu omisso una cum inscriptione et interpretatione adferunt subscriptiones. Novellarum Valent. 19 — 21, 1 — 21, 2 — 23 — 25 — 27 — 31 subscriptiones breviatas esse in *Γ* Breviariique libris melioribus, subscriptionem nov. Valent. 1, 3, quae deficit in *Γ*, in Breviarii libris plerisque laterculus supra propositus docet. Harum subscriptionum particulae habentur in libris his:

Valent. 1, 3	subscriptionem imperatoris praebent	*ESL Paris. 4414. 4415,*
	diem constitutionis in senatu recitatae	*E Paris. 4414. 4415.*
Valent. 19	subscriptionem imperatoris praebent	*EXCPMSLΦιΔ O,*
	diem constitutionis propositae	*XC Paris. 4409 [Vat. reg. 1048. Bern. 263]. 4414. 4415ι*ΔΔΩΣΞ Leid. Paris. 4408. 4411*[1]).
Valent. 21, 1	locum constitutionis propositae praebent	*GXCPMιΔΨΘΩΣΞ Paris. 4413* et ex parte *Paris. 4414. 4415ιParis. 4408. 4411.*
Valent. 21, 2	diem constitutionis acceptae et propositae servant	*GXCPM Paris. 4409. 4410. 4414. 4415ι*ΔΔΩΣΞ Leid. Paris. 4408. 4413*[2]).
Valent. 23	diem constit. propositae praebent	*GXCM Paris. 4409. 4414. 4415ιΔ OΨΘΩΞ Leid. Paris. 4408. 4413.*
Valent. 25	dies const. propositae invenitur in libris	*GXCPM Paris. 4409. 4414. 4415 ιΔΨΘΩΞ Leid. Paris. 4408. 4413.*
Valent. 27	diem const. propositae habent	*Paris. 4414. 4415 cum Cui. (ed. 1).*
Valent. 31	diem const. acceptae et locum const. propositae solus servat	*Cui. (ed. 1) ex codice hodie deperdito ad classem E pertinente.*

Singularis praeterea subscriptionum nonnullarum particula, scilicet quae consule altero deficiente poni solet formula *et qui fuerit nuntiatus*, quam plerumque librarii simpliciter sustulerunt, in codicibus *E* cum decurtatis *Paris. 4414. 4415*, *L* atque Pithoeano deperdito (*Δ) cum decurtatis *Leidensi* et *Parisino 4408* his locis servatur[3]):

Theod. 1 suppletur ab	*E *EL Parisin. 4414. 4415ιLeid. Parisin. 4408,*
Theod. 2	**Δ Leid.,*
Theod. 3	*E Parisin. 4414ι*Δ Leid.,*
Theod. 9	**Δ Leid. Parisin. 4408.*

Haec omnia, cum postea adiecta esse nullo modo credi possint, ex eodem Breviarii archetypo proficisci manifestum est, a quo codices emendati *ESKL(Φ)* cum decurtatis *Parisinis 4414. 4415* neque minus tertiae syllogae libri pendent.

II. Corporis Maioriani constitutiones extra Breviarium positae.

Constitutiones corporis Maioriani non receptae in Breviarium sunt hae:

Theodosii II. 4 — 5, 1 — 5, 2 — 5, 3 — 6 — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 7, 4 — 8 — 10, 1 — 10, 2 — 12 — 15, 2 (servavit solus *Γ*) — 17, 1 — 17, 2 (servavit solus *Γ*, particulam textus habet *Iust.*) — 18 — 19 — 21 — 23 — 24 — 25 — 26,

---

novellae extra Breviarium positae Theod. 7, 4 et 26 ad magistratus plures *eodem exemplo* datae. Marciani novellae in Breviarium relatae indidem originem ducunt (cf. nov. Marcian. 2). Neque minus Maiorianus constitutiones suas, quas Novellarum corpori a se condito inseruit, ex scriuio memoriae deprompsit.

[1]) Compendium *cons. s(upra) s(criptis)* corruptum est in omnibus libris; *Parisini 4414. 4415* servant *constpl. urp.*, **ΔΔΩΣΞ Leid. Paris. 4408. 4411* non habent nisi *cons.*, in *Parisino 4409 [Vat. reg. 1048. Bern. 263]* legitur *subscrip.*, nihil extat in *XC*.

[2]) Compendium *s(upra) s(criptis)* non extat nisi in *GXCPM*.

[3]) Similiter in Theodosiano breviato eadem formula oblitterata est paucis locis exceptis, scilicet 5, 1, 9 p. 219, 5, ubi secundum Mommsenum reperitur in libris *HNN* Paris. 4414. 4415*

Valentiniani III. 1, 1 (servavit solus *Γ*) — 1, 2 (servavit solus *Γ* in fine mutilam) — 2, 1 (periit in *Γ* neque aliunde eam habemus) — 2, 2 (periit in *Γ*, servaverunt integram syllogae tertiae libri *ΔO*, particulam *Fuld.*) — 2, 3 (periit in *Γ*, habent *Cuiaciana*) — 2, 4 (extrema sola habet *Γ*, principium servaverunt *Cuiaciana*) — 3 — 4 — 5 — 6, 1 — 6, 2 — 6, 3 (excidit in *Γ*, integram servaverunt *ΔO*, particulam *Fuld.*) — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 8, 1 — 8, 2 — 9 — 10 — 11 — 12 — 13 — 15 (excidit in *Γ* neque est in indice, servaverunt *Cuiaciana*) — 16 (excidit in *Γ* neque est in indice, integram servaverunt *ΔO*, fragmenta *Phillipps. 1735* et *Fuld.*) — 17 — 20 — 22 — 24 — 26 — 28 — 29 — 30 — 34 (excidit in *Γ* neque est in indice, integram servaverunt *ΔO*, particulam *Fuld.*) — 36,

Maioriani 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6 — 8 (index in *Γ*, ipsa periit) — 9 (index in *Γ*, ipsam servaverunt integram *ΔO*, particulam exhibet *Fuld.*) — 10 (index in *Γ*, ipsa periit) — 12 (index in *Γ*, ipsa periit).

Quae constitutiones praeter eas, quarum unicum tantummodo exemplum ad nos pervenit (scilicet Theod. 15, 2 — 17, 2 magna ex parte — Valent. 1, 1 — 1, 2 — 2, 4 extrem. in solo codice *Γ*, Valent. 2, 3 — 2, 4 princ. — 15 in *Cuiacianis*, Valent. 2, 2 — 6, 3 — 16 ex parte — 34 — Maiorian. 9 in *tertiae syllogae libris*), reperiuntur et in codice *Γ* et in tertiae syllogae libris *ΔO*, passim accedentibus *Fuld.ΨΘΩ* (hi tres in Maioriani sex primis) et *ΣΞ*. — Praeterea ex primae syllogae excerptis ad novellarum extra Breviarium positarum crisin aliquantum valent *Vaticanus 3833* (nobis *Deusd.*), qui nov. Valent. 17 exhibet, et *Phillippsianus 1735* Valent. 16 et 24 proponens, ex tertiae syllogae excerptis *Parisinus 12445* (nobis *D*), qui Valent. 8, 1 et 8, 2 servavit. — Aliunde exemplaria non pendentia a corporis Maioriani syllogis suppetunt *Iustinianus* ad nov. Theod. 5, 2 — 6 — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 7, 4 — 8 — 10, 1 — 12 — 17, 2 — 19 — 21 — 24 — 25 — 26, *sylloge canonica Coloniensis* (nobis *Colon.*) ad Valent. 17.

Item nunc, ut supra factum est, primum laterculus differentiarum graviorum, quae intercedunt inter syllogas primam et tertiam singulosque codices, proponetur, tum de textus crisi iudicium feretur in hac quaestione longe simplicius.

Theod. 4, 14	elicito] *ΓO*	subito *Δ*
— 4, 24	studia] *Γ*	iudicia *ΔO*
— 4, 27	quam si] *ΓΔ*	nisi *O*
— 5, 1 inscr. (cf. Theod. 6 inscr. — Maiorian. 5 inscr.)	crp] *Γ*	comite pf *Δ*, comiti *O*
Theod. 5, 1, 3/4	non inlustrat .... conscientia] *ΔO*	*om. Γ*
— 5, 1, 13	vicerit] *ΓO*	subiecerit *Δ*
— 5, 1, 15	petitionis vacante formidine] *Γ*	petitioni sue ante formidinem *Δ*, ante petitionis suae formidinem *O*
— 5, 1, 18	magnitudinis] *ΓΔ*	celsitudinis *O*
— 5, 2, 4	ac limitotrofis nec non etiam] *ΔO*	*om. Γ*
— 5, 2, 12	fundorum] *Γ cum Iust.*	*om. ΔO*
— 5, 3, 7	persicis] *Γ*	perspicis *Δ*, perspicuis *O*
— 6, 14	legis in morem] *Γ*	leges et morem *O*, ergo si timore *Δ*
— 7, 3, 11/12	interpretandi scita ... sciat sublimitas tua] *ΓΔ*	intelligatur dicimus *O*
— 7, 4 subscr.	et exconsuli ordinario] *ΔO*	*om. Γ*
— 12 inscr. (*item* inscr. Theod. 17, 1 — 18 — 21 — 24 — — 25 — Valent. 20)	impp. theod. et valent.] *ΓΔ*	idem *O*
Theod. 19, 20 (*item* 21, 35)	f(rater) a(mantissime)] *Γ*	pkl *Δ*, pater karissime *O*

Clerm. Montisp. 136[1] *Θ (Berol. 150) Ω (Paris. 9652) Paris. 4408. 4413,* et 9, 45, 4 p. 524, 6, ubi habetur et in Theodosiani integri libro *V* et in Breviarii codicibus plenis *E*[t]*Q* et teste Haenelio *Ottoboniano 2225.*

Theod.	21 inscr.	flegetio] Γ *cum Iust.*	florentio ΔO
—	21, 7	ideoque] *Iust.*	inde ΓΔO
—	21, 8	ūū. s̄s̄.] Δ, viris spectabilibus Γ *cum Iust.*	viris sullimissimis O
—	21, 17/19	librarum auri .... officium decem] ΔO	*om.* Γ
—	21, 32	vel] *Iust.*	*om.* ΓΔO
—	23, 5	cum voti] O	cum moti Γ, convocati Δ
—	24 inscr.	nomo] *Iust.*, numo ΔOΣΞ *cum Grom.*	ciro Γ
—	24, 31	addicendam] Γ	*om.* ΔOΣΞ
—	24, 53	emptionis] ΔΣΞ	temptationis O, actionis Γ
—	24, 54	contra] Γ *cum Iust.*	adversus ΔOΣΞ
—	24, 66	ante quam] O, antiquam ΔΣΞ	secundum Γ
—	25, 7/8	inlustrium nec non etiam silentiariorum] ΓOΣΞ	*om.* Δ
—	25, 17	excusationis ut metati onere sit inmunis] Γ	excusationis rationes res sit immunis ΔΣ, excussationis resistit inmunis Ξ, immunitatis utatur O
—	25, 52	fr(ater) a(mantissime)] ΔOΣΞ	finem Γ
—	26, 2	praecedens] Γ	praesens ΔΣΞ, pressis O
—	26, 26	discriptionis excogitatum est volumus ob] ΔOΣΞ *cum Iust.*	*om.* Γ
—	26, 55	liberarunt] Γ	relevarunt ΔOΣΞ
—	26, 64/65	citra suggestionem his piis dispositionibus adversa] ΓΔΣΞ	contraria legi O
—	26 subscr.	eodem exemplo ... inlyrici] Γ	*om.* ΔOΣΞ
Valent.	2 rubr.	de postulando] Γ *(lat.)* O	de postulando divi valentiniani *ΔΔ *Fuld.*, *def.* Γ *(context.)*
—	2, 2 inscr.	impp. th. et val. āā. fausto p̄p̄ō] O	*om.* Δ, *def.* Γ
—	2, 2, 13	defaecatos] O	edificatus Δ, *def.* Γ
—	2, 2, 14	ad agendum] Δ	ad advocandum O, *def.* Γ
—	2, 2, 29	remuneramus nam] O	remuneratione Δ, *def.* Γ
—	3 rubr.	qui ad clericatum transierunt] Γ	*om.* *ΔΔO *Fuld.*
—	3, 9	decernimus] Γ	sancimus ΔO
—	3, 29	liberos] Γ	filios ΔO
—	4 rubr.	elicitum] Γ	*om.* *ΔΔO *Fuld.*
—	4, 4 (*item* 6, 1, 9 — 7, 1, 30 — 7, 2, 25 — 8, 1, 39/40 — 8, 2, 13 — 11, 13 — 12, 16 — 20, 4 — 36, 10 — Maiorian. 2, 80)	magnitudo] Γ	magnificentia ΔO (*hi duo def.* Maiorian. 2, 80) ΣΞ (*hi duo* Valent. 8, 2, 13 — 36, 10) ΨΘΩ (*hi tres* Maiorian. 2, 80) D (Valent. 8, 1, 39/40 — 8, 2, 13)
Valent.	5, 20/21	per millenas .... vecturarius] ΓΔ	omnis romanus civis O
—	6, 1 inscr.	comiti et magistro utr. mil.] ΔO	*om.* Γ
—	7, 2, 13	et a rationalibus licet auferebatur facultas] ΓΔ	facultatem tribuimus O
—	7, 2, 14	praecepto] O	presepio ΓΔ
—	8, 2 subscr.	p̄c̄ valent. ā. v et anatolii ūc̄] Γ	p̄c̄ valent. ā. ΔΣΞD, ipso augusto consule O
—	9, 12	hoc admonemus] Γ	nostros(-tro O) monemus ΔO
—	9 subscr.	et manu divina .... et ad latus, *item* valent. a. et anatolio ūc̄. conss.] ΔO	*om.* Γ
—	10, 4	utili aequitate] Γ	uti equitatum Δ, salva aequitate O
—	10, 33	ac tenuioribus] ΔO	ante moribus Γ

Valent. 10, 39	salutem] *Γ*	statim *Δ*, statum *O*
— 10 subscr.	acc. prid. id. mart. ubi sup.] *Δ*	*om. ΓO*
— 11 subscr.	p̄p̄. in foro traiani] *ΔO*	*om. Γ*
— 13 rubr.	et de sacro auditorio] *Δ Fuld.*	*om. ΓO*
— 13, 12	teloneo] *sic fere Γ*	colone *Δ*, colonis *O*
— 13, 35	negotii repetitione] *ΓO*	secundum petitionem *Δ*
— 13, 62	reliquiarum] *Γ*	provinciarum *ΔO*
— 16 inscr.	ad p(opulum) r(omanum)] *Phill. 1735*	edictum ad populum urbis romae *ΔO, def. Γ*
— 16, 12	ampᵾtetur] *Δ*	auferatur *O, def. Γ Phill. 1735*
— —	dabuntur] *O*	aguntur *Δ, def. Γ Phill. 1735*
— 17 inscr.	d̄d̄. n̄n̄. *(sic Colon., om. reliqui)* imp̄p̄. theod. et valent. āā.] *sic fere ΔOΣΞ cum Colon.*	imp. valent. ā. *Deusd., om. Γ*
— —	aetio viro inl. com. et mag. utriusque militiae et patricio] *sic fere ΔOΣΞ*	aetio patricio *Colon., interpol. Deusd., om. Γ*
— 17, 7	enim] *Γ cum Colon.*	enim demum *ΔOΣΞ Fuld., om. Deusd.*
— 17, 14	inconpetenter removit indecenter alios] *ΔOΣΞ cum Colon.*	*om. Γ cum Deusd.*
— 17, 19	religiosi viri urbis] *ΔOΣΞ*, religiosi virissimis *Colon.*	urbis *Γ cum Deusd.*
— 17, 20	lata sententia est] *Γ cum Deusd. et ΔOΣΞ*	bona sentiant *Colon.*
— 17, 22	provocavit] *ΔOΣΞ cum Colon.*	probavit *Γ cum Deusd. et Cui. ed. 1*
— 17, 27	censemus] *Γ cum Deusd. et Colon.*	de(dis- *Δ*)cernimus *ΔOΣΞ*
— 17 subscr.	valent. a. vi et nomo] *Γ*	valent. a. vi (victore *Σ*) *ΔOΣΞ*, valent. a. *Deusd., def. Colon.*
— 26 rubr.	legum divi theod. aug̃. quae latae sunt post theodosianum] *Γ*	legum novellarum *(om. O [context.])* divi *(om. O)* theod. aug̃. *(om. *ΔΔOΣΞ) *ΔΔOΣΞ Fuld.*
— 26 inscr.	theod. et valent. āā.] *ΓΔΣΞ*	valentinianus *O*
— 29, 2	utilitatibus] *ΓΔ*	necessitatibus *O*
— 34, 11	emolumenti accedit] *O*	emolumentis agnoscet *Δ, def. Γ*
— 34, 14/15	praetorianam . . . depulsis] *O*	*om. Δ, def. Γ*
— 34, 22/23	statuo quoniam . . . concessa] *Δ*	censeo *O, def. Γ*
— 34, 28	auspice deo (eos in) africam redire] *Δ*	meliore auspicio ubertas rerum africae *O, def. Γ*
— 34, 35	programmate] *Δ*	pragmatico *O, def. Γ*
— 36, 17	samnio quinque milia quadringentorum] *ΓO*	*om. ΔΣΞ*
— 36, 17/19	mille nongentorum . . . praestatione] *ΔOΣΞ*	milli *(reliquis omissis) Γ*
— 36, 20	porcinae] *Γ*	portione (-nem *ΣΞ*) *ΔΣΞ, def. O*
Maiorian. 1 rubr.	de ortu imperii d(omi)ni maioriani ā.] *sic fere Γ (context.)*, de ortu imperii sui *Γ (lat.)*	de ortu imperii divi maioriani *ΨΘΩ*, de ortu imperii *Aegid.*
— 1, 16	nostri] *ΨΘΩ*	vestri *Γ*
— 1, 17	omnibus] *Γ*	communibus *ΨΘΩ*
— 2, 11	debitis] *Γ*	divitiis *ΨΘΩ*
— 2, 19	praeteritis] *ΨΘΩ*	peritis *Γ*
— 2, 46	atrocitate] *Γ*	auctoritate *ΨΘΩ*
— 2, 61	adnitente] *Γ*	admonentes *ΨΘΩ*
— 2, 81	ex nostra] *ΨΘΩ*	ea *Γ*

Maiorian.	2 subscr.	acc. v id. ss. raū.] *Γ*	*om.* *ΨΘΩ*
—	—	d. n. maioriano a. i cons.] *Γ*	ipso ā. consulibus *ΨΘΩ*
—	3, 5	morem omnibus contemptum revocandum] *scripsimus*	more oms contempdum *Γ*, morem revocandum *ΨΘΩΞ*
—	3, 6	electi (elicti *Ξ*)] *ΨΘΩΞ*	edicti *Γ*
—	3, 13	se urbiumque conspectibus] *ΨΘΩΞ*	si urbium *(sequitur spatium vacuum)* fectibus *Γ*
—	3, 14	conperto] *Γ*	percepto *ΨΘΩ*, praecepto *Ξ*
—	3 subscr.	d. n. leone et maioriano aa. conss.] *Γ*	maioriano a. i cons. (conss. *Ω*) *ΩΞ*, *def.* *ΨΘ*
—	4 rubr.	publicis] *ΓΩ (context.) Aegid.*	curialium *ΨΘΩ (lat.)*
—	4, 16	revocanda] *ΨΘΩ*	vindicando *Γ*
—	4 subscr.	d. n. leone et maioriano] *Γ*	ipsis *ΨΘΩ*
—	6, 7	sanctam] *Γ*	sacrosanctae *ΨΘΩ*
—	6, 42	sola falcidiae] *Γ*	sola f(t-*Θ*)allatiae *ΘΩ*, solatiae *Ψ*
—	6, 55/56	eo eligunt ut] *Γ*	colliguntur *ΨΘΩ*
—	9, 4	immo] *O*	immemor esse et *Δ*, *def.* *Γ*
—	9, 8/9	quocirca .... adspirare] *Δ*	*om.* *O*, *def.* *Γ*
—	9, 13	utilitatibus] *Δ*	viribus *O*, *def.* *Γ*
—	9, 21	plecti commissum simile censeamus] *Δ*	simile commissum censeat plecti *O*, *def.* *Γ*

1. Longe meliorem originem quam primae neque minus tertiae syllogae codices lectiones produnt in *codice Coloniensi 212* ad novellam Valent. 17 servatae, quae gravioribus constitutionis ipsius locis semper fere verum exhibent, sive una cum *Γ* et *Deusd.* (ut 17, 7 — 17, 27), sive cum *ΔΟΣΞ* (ut 17, 14 — 17, 19 — 17, 22). Semel tantum (17, 20) codex interpolatus est; inscriptio breviata habetur, subscriptio deest. *Colon.*

Iustinianus non interpolatus pristinam lectionem aut solus servavit (ut Theod. 21, 7 — 21, 32) aut una cum *Γ* (ut Theod. 5, 2, 12 — 21 inscr. — 24, 54) aut cum tertiae syllogae codicibus (ut Theod. 24 inscr. — 26, 26). *Iust.*

2. Codex *Γ* tertiae syllogae libris saepenumero praestat: hiatus explet Theod. 5, 2, 12 (cum *Iust.*) — 24, 31 — Valent. 3 rubr. — 4 rubr. — 26 rubr; persaepe veram lectionem contra alterum typum corruptum habet, ut Theod. 4, 24 — 5, 1, 15 — 5, 3, 7 — 6, 14 — 24, 54 (cum *Iust.*) — 25, 17 — 26, 2 — Valent. 9, 12 — 10, 4 — 10, 39 — 13, 12 — 13, 62 — 17, 7 (cum *Colon.*) — 17, 27 (cum *Deusd.* et *Colon.*) — 36, 20 — Maiorian. 1, 17 — 2, 11 — 2, 46 — 2, 61 — 3, 14 — 6, 7 — 6, 42 — 6, 55/56. Compendia legitima aut recte scripta aut leviter corrupta retinet Theod. 5, 1 inscr. (6 inscr. — Maiorian. 5 inscr.) — 19, 20 (21, 35); nomen magistratuum servavit Theod. 21 inscr. (cum *Iust.*). *Γ*

Cum libro *Γ* plerumque consentit cardinalis Deusdedit collectionis canonicae *codex Vaticanus 3833*, qui novellam Valent. 17 exhibet. Neque enim solum verae lectiones hic illic communes eis sunt (ut 17, 20 — 17, 27), verum etiam in hiatibus (ut 17, 14 — 17, 19) erroribusque (ut 17, 22) uterque concordat. Contra, ubi a *Γ* recedit, ad textum tertiae syllogae Deusdedit numquam accedit. Graves porro sunt differentiae, quae inter eum et *Coloniensem* intercedunt, ut loci 17 inscr. — 17, 7 — 17, 14 — 17, 19 — 17, 20 — 17, 22 — 17 subscr. manifeste ostendunt. Reicienda igitur est Conrati sententia, qui (*Quellen und Litteratur* p. 146 not. 4) novellam Valent. 17 a Romanae syllogae compilatore depromptam esse arbitretur ex Coloniensi. Adhibuit potius compilator codicem syllogae primae in Italia scriptum atque saeculo XI Romae custoditum, qui plerisque neque vero omnibus locis, ut Valent. 17 inscr. docet, cum libro *Γ* convenit. *Deusd.*

3. Archetypum alterum, scilicet tertiam syllogen, in constitutionibus Theodosianis et Valentinianis potissimum repraesentant *ΔO*, in novellis Theod. 12 — 24 — 25 — 26 — Valent. 8, 2 — 17 — 26 — 28 — 36 accedunt libri *ΣΞ*, in nov. Valent. 8, 1 — 8, 2 codex *D*. Qui libri hiatus codicis *Γ* saepissime explent, ut 5, 1, 3/4 — 5, 2, 4 — 21, 17/19 — 26, 26 *(ΔΟΣΞ* cum *Iust.)* — Valent. 6, 1 inscr. — 13 rubr. *(Δ Fuld.)* — 17 inscr. *(ΔΟΣΞ*, ex parte consentiente *Colon.)* — 17, 14 *(ΔΟΣΞ* cum *Colon.)* — 17, 19 (ubi veram lectionem *religiosi* *Tertia sylloge: ΔΟΣΞ*

viri urbis, corruptam in *Colon.* in *religiosi virissimis*, praebent *ΔΟΣΞ*, cum *Γ* et *Deusd.* non servent nisi *urbis*) — 36, 17/19 *(ΔΟΣΞ)*. Neque raro eorundem codicum ope lectiones libri *Γ* corriguntur, ut Theod. 24, 53 *(ΔΣΞ)* — Valent. 10, 33 — 17, 22 *(ΔΟΣΞ* cum *Colon.)*. Compendia hi quoque interdum forma meliore retinent, ut Theod. 21, 8 *(Δ)* — 25, 52*(ΔΟΣΞ)*; nomen magistratus Theod. 24 inscr. recte contra *Γ* servaverunt *(ΔΟΣΞ* cum *Grom.* et *Iust.)*.

ΨΘΩ In constitutionibus Maioriani, quae absunt a codicibus *ΔΟΣ (context.)*, in eorum locum succedunt libri *ΨΘΩ*, quos et ipsos pendere a communi tertiae syllogae archetypo in capite quarto demonstravimus; praeterea novellam Maioriani 3 solam habet *Ξ*. Ita quae diximus in Theodosianis et Valentinianis de *ΔΟΣΞ*, de libris modo laudatis in Maiorianis valent: saepenumero contra codicem *Γ* veram lectionem servaverunt, ut Maiorian. 1, 16 — 2, 19 — 2, 81 — 3, 6 *(ΨΘΩΞ)* — 3, 13 *(ΨΘΩΞ)* — 4, 16; locos graviores, quibus a *Γ* vincuntur, supra (sub 2) dedi. — Inter codices *ΨΘΩ* principem locum tenet *Ω*, id quod in capite quarto (p. LII) vidimus; exemplo est Maiorian. 4 rubr., ubi *Γ* cum *Ω (context.)* et *Aegidianis* primitivam lectionem servavit, *ΨΘΩ (lat.)* interpolati sunt.

4. Itaque et virtutibus et vitiis primae et tertiae syllogae codices aequales sunt nec raro evenit in utriusque familiae dissensu, ut utri te applices dubites: exempli causa Theod. 26, 55 — Valent. 3, 9 — 3, 29 — Maiorian. 6, 7 et ibi (vide ad Valent. 4, 4), ubi in *Γ* est *magnitudo*, in tertiae syllogae codicibus legitur *magnificentia*. Commemoratione dignum est Maiorian. 3, 5 utriusque familiae lectiones corruptas breviatasve *(more oms contempdum Γ, morem revocandum ΨΘΩΞ)* coniungi oportere ad restituendum textum primitivum *morem omnibus contemptum revocandum*.

ΔΟ 5. Ubi inter se differunt libri *O* et *Δ*, a cuius partibus stant *ΣΞ Fuld.*, ex supra dictis sequitur veram lectionem esse eam, quam *Γ* exhibet. Ita *ΓΔ* contra *O* decurtatum vel interpolatum verum servaverunt cum aliis locis tum his: Theod. 4, 27 — 5, 1, 18 — 7, 3, 11/12 — 26, 64/65 *(ΓΔΣΞ)* — Valent. 5, 20/21 — 7, 2, 13 — 26 inscr. *(ΓΔΣΞ)* — 29, 2; *ΓΟ* libro *Δ* praestant Theod. 4, 14 — 5, 1, 13 — 25, 7/8 *(ΓΟΣΞ, om. Δ)* — Valent. 13, 35 — 36, 17 *(om. ΔΣΞ)*. Contra pauci loci inveniuntur, ubi *Δ* contra *ΓΟ* verum exhibet, ut Theod. 24, 53 (cum *ΣΞ*) — Valent. 10 subscr. *(om. ΓΟ)* — 13 rubr. (cum *Fuld., om. ΓΟ*), nullus, ubi verum dat *O* contra *ΓΔ*: nam fallunt loci Theod. 23, 5 — 24, 66 — Valent. 7, 2, 14, qui coniecturae speciem prae se ferunt. Ceterum quamquam codicis *O* archetypum non deterius erat archetypo codicis *Δ*, hic tamen, ut in corporis Maioriani constitutionibus in Breviarium receptis (vide p. LXXXII), ita in novellis plerisque extra Breviarium positis longe praestat fide ac veritate. Neque enim solum ubi *O* libris *ΓΔ* cedit, falsae lectiones eius Willelmi Malmesburiensis interpolationibus aut breviationibus tribuendae sunt, verum etiam ubi librorum *ΔΟ* archetypum corruptam lectionem exhibebat, Malmesburiensis coniecturis temerariis quamvis sagacibus inde aut meliorem aut peiorem effecit, ut Theod. 5, 1, 15 — 5, 3, 7 — 25, 17 — 26, 2 — Valent. 10, 4 — 10, 39 — 13, 12.

In iis autem constitutionibus, quae in codice *Γ* deficientes libris *ΔΟ* solis servantur, scilicet Valent. 2, 2 — 16 — 34 — Maiorian. 9, quamquam, ut in ceteris, certo dignosci non potest utrum verae, quas habet *O*, lectiones ex archetypo descriptae sint an emendatae, Oxoniensis haud ita parvi pretii est, ut Valent. 2, 2 inscr. — 2, 2, 13 — 2, 2, 29 — 16, 12 — 34, 11 — 34, 14/15 — Maiorian. 9, 4 docent. Neque vero desunt loci, ubi etiam in his novellis *O* interpolatus vel breviatus libro *Δ* cedit, ut Valent. 2, 2, 14 — 16, 12 (altero loco) — 34, 22/23 — 34, 28 — 34, 35 — Maiorian. 9, 8/9 — 9, 13 — 9, 21.

Subscriptiones 6. Subscriptiones syllogae primae et tertiae invicem se explent. Integrae vel certe pleniores adsunt in codice *Γ* Theod. 26 *(eodem exemplo* cet.*)* — Valent. 8, 2 — 17 — Maiorian. 2 (dies constitutionis acceptae) — 3 — 4, in alterius familiae codicibus Theod. 7, 4 — Valent. 9 (subscriptio imperatoris, consules in *ΔΟ*) — 10 (dies constitutionis acceptae in *Δ*) — 11 (dies constitutionis propositae in *ΔΟ*).

Rubricae Rubricarum formam primitivam in *Γ* servatam tertiae syllogae codices passim interpolaverunt: sic Valent. 2 pro *de postulando* libri **ΔΔ Fuld.* (*O* breviatus est) exhibent *de postulando divi valentiniani*, Valent. 26 corporis Maioriani verba *legum divi theod. aug̃. quae latae sunt post theodosianum* omnes mutaverunt in *legum novellarum divi theod. aug̃.*, denique Maiorian. 1 pro *d(omi)ni maioriani* scribunt *divi maioriani*.

B. LEGES NOVELLAE MARCIANI ET RELIQVA PER ALARICIANOS SOLOS SERVATA.

Novellae Marciani cum comprehensae non fuerint in corpore Maioriani, totae servantur Breviarii Alariciani et simplicis et aucti codicibus. Id ipsum pertinet ad novellam Maioriani 7, cuius prima sola verba in *Γ* supersunt. Similiter tradita sunt fragmenta novellae Maioriani 11 et novellae Severi 1 mature ad Breviarium adiecta et in codices eius qui extant omnes recepta. — Iustiniani novellas Marciani 1 — 3 — 4 — 5 excerpserunt. — Ad differentias, quas libri exhibent, potiores cognoscendas laterculum nunc subiciamus locorum graviorum:

Marcian.	1, 6	regeretur] *O cum* P^3	*om. Brev. reliqui, def. ΔGX*
—	1, 28	vestro] *HNEKLΦ*	nostro *C*, tuo *OPMS, def. ΔGX*
—	1, 33	maiore (maiorum *H*, re *C*) conpetenti] *HNECΦ*	non conpetenti *PMS*, maiore non conpetenti *utraque lectione coniuncta KL, def. ΔOGX*
—	1, 67	avaritia] *HNECKLΦ*	auxilia *GPMS, def. ΔOX*
—	—	invidia] *HNEKLΦ*	iudicia *GPMS, om. spatio vacuo relicto C, def. ΔOX*
—	2, 35	lucra] *HNEXCKLΦ*	solacia *OPMS, om. G, def. Δ*
—	3, 9/10	tantummodo quae huius iuris esse vere probantur] *Iust.*	tantummodo quae *reliquis omissis Brev. reliqui, om. O, def. ΔG*
—	3, 30	et partem] *HNXCKLΦ*	et (seu *O*) quantitatem (-te *PMS*) *OEPMS, def. ΔG*
—	4, 4	inhibita] *Iust.*	habita *Brev., def. ΔG*
—	4, 21/22	haec nomina .... praescriptum legis excludat] *Brev. reliqui*	ingenuas set pauperes feminas per hoc scriptum a matrimoniis senatorum lex excludat *O, def. ΔH*
—	4, 23	penitus] *E*, putemus *NKLΦ*	fuisse *O, om. GXCPMS, def. ΔH*
—	4, 26	faece] *O cum* P^3	facile *Φ*, facere *Brev. reliqui, def. ΔH*
—	4, 53/56	constantino ..... definita sunt] *Brev. reliqui*	idem vel ceteri post eum divi principes de matrimoniis diffinierunt *O, def. ΔH*
—	5, 10	ecclesiasticos] *NEXC*Φ^a *cum Theod. 16, 2, 20*	clericos *OGPMS*, clericos ecclesiasticos *utraque lectione coniuncta KL*Φ^b*, def. ΔH*
—	5, 12	legeretur] *NEXC*, legitur *Φ*	legis *GPMS*, et leges nobis *O*, legis legeretur *utraque lectione coniuncta KL, def. ΔH*
—	5, 28	firmavi] *N*	firmavit *EΦ*, firmavimus *KL*, firmamus *OGXCPMS, def. ΔH*
Maiorian.	7, 4	patrias] *HNEXC*, patrias suas *Φ*	proprias (-pria *G*) *GPMS*, possessiones proprias *O*, proprias patrias *utraque lectione coniuncta KL, def. Δ*
—	7, 9	praesumptionis supplicium (-cia *N*, -cem *E*)] *HNEKLΦ*	pr. sufficiunt *XC*, pr. subsidium *GPMS*, subsidium pr. *O, def. Δ*
—	—	praeter] *EKL*	propter *OHNGXCPMSΦ, def. Δ*
—	7, 10/11	praescriptione] *EKL*	praesumptione *OHNGXCPMS Φ, def. Δ*
—	7, 15	siverunt] *N*, sciverunt *KL*, se noverunt *Φ*	quaesi(v)erunt *OHGEXCPMS, def. Δ*
—	7, 31	liberis] *EKL*	*om. OHNGXCPMSΦ, def. Δ*

Maiorian. 7, 63/64	curialis crimen .... sub fideiussione] *NEKΦ*	*om. OXCPMS, def. ΔHGL*
— 7, 104	parva] *HNXCKΦ*	provida *GPMS, def. ΔEL*
— 11, 5	inprovidas mentes] *sic fere Brev. reliqui*	improbitatis seu *O, def. Δ*
Sev. 1, 6	in unum aut alterum] *HNEXCKL*	in unum aut iterum *PMS*, in unum aut *G, om. O, def. ΔΦ*

De harum constitutionum crisi eaedem leges valent, quas in corpore Maioriani invenimus disserentes de Breviarii libris non emendatis (vide p. LXXXI). Duae enim codicum familiae discernuntur, altera deterior, ad quam pertinent *GPMS*, altera melior, quam plerumque repraesentant libri *HNEKLΦ*. Codices *XC* rarius ad deterius genus declinant (ut Marcian. 1, 28 — 4, 23 — Maiorian. 7, 9 — 7, 63/64), plerumque melius sequuntur (ut Marcian. 1, 67 — 2, 35 — 3, 30 — 5, 10 — 5, 12 — Maiorian. 7, 4 — 7, 104 — Sever. 1, 6). — Libri *EKL* nonnullis locis soli veram lectionem etiam contra *HNΦ* praebent (ut Maiorian. 7, 9 [altero loco] — 7, 10/11 — 7, 31). Raro *N* solus reliquis praestat (ut Marcian. 5, 28 — Maiorian. 7, 15); *E*, quem Marcian. 4, 23 secuti sumus, hic illic cum deterioribus libris stat (ut Marcian. 3, 30); *Φ* veram lectionem nonnumquam corruptam vel leviter mutatam tradit (Marcian. 5, 12 — Maiorian. 7, 4 — 7, 15). Observatione dignae sunt contaminationes, quas libri *KL* exhibent; saepe enim praeter suae familiae, scilicet melioris, lectionem et deterioris usurpant, ita ut duplex in utroque libro lectio inveniatur; eiusmodi dittographiae occurrunt e. c. Marcian. 1, 33 — 5, 10 (cum Φ^b) — 5, 12 — Maiorian. 7, 4. — Codex *O* ad has novellas recensendas haud ita multum valet; paucis locis exceptis cum deterioris ordinis libris stat. Duo loci, ubi in hoc solo codice verae lectiones reperiuntur recenti libri *P* manu confirmatae (Marcian. 1, 6 — 4, 26), non bonum archetypum, sed Malmesburiensis sagacitatem produnt; coniecturae enim speciem prae se ferunt. Permagnus porro est numerus interpolationum eidem Willelmo tribuendarum, quarum paucas in laterculo attuli (ut Marcian. 4, 21/22 — 4, 23 — 4, 53/56 — 5, 12 — Maiorian. 7, 4 — 11, 5); nam omissis vel decurtatis, quae ei videbantur leviora esse, textum quam maxime contrahit. — Hoc denique notamus errores duos nostris libris omnibus communes excerptis *Iustinianis* tolli; reperiuntur Marcian. 3, 9/10 et 4, 4.

C. LEGES NOVELLAE ANTHEMII.

Anthemii constitutiones tres pariter atque novellae Valent. 2, 2 — 16 — 34 et Maiorian. 9, de quibus supra (p. LXXXVIII) egimus, tertiae syllogae archetypo solo traditae sunt itaque crisis earum tota redit ad libros *ΔΞ* atque *O*, cuius lectiones, sive ex archetypo descriptae sunt sive emendatae a librario, vero plerumque propiores sunt quam codices illi. Sequuntur loci selecti:

Anthem. 1, 2	deum] *O*	domini *ΔΞ*
— 1, 7	nostris] *ΔO*	meus *Ξ*
— 1, 27	credantur] *ΔΞ*	videantur *O*
— 1, 38	suorum abhinc vota] *O*	suorum vota *Δ*, vo vata *Ξ*
— 2, 7	defaecatam] *O*	defectam *Δ*, directam *Ξ*
— 3 inscr.	impp. leo et (leo et *om. Ξ*) anthemius aa.] *ΔΞ*	idem augusti eidem preposito *O*
— 3, 18/19	idonee ..... iure communi quod] *OΞ*	*om. Δ*
— 3, 31	tutamen] *ΔΞ*	certamen *O*
— 3, 37	hoc perpetuam obtineat firmitatem] *ΔΞ*	*om. O*

CAPVT OCTAVVM.

CONSTITVTIONVM ACCEPTORES ET TEMPORA LOCIQVE.

Hoc capite laterculos duos proponimus, alterum eorum, quibus constitutiones inscriptae sunt, alterum annorum dierum locorum, quos subscriptiones prae se ferunt. Constitutionum auctores, scilicet imperatores, de quibus in altero laterculo suis locis disseretur, separatim recensere supervacuum visum est. Neque magis opus est leges exponere in laterculis duobus instituendis observatas, quippe de quibus Mommsen in volumine primo p. CLVII sqq. accuratissime atque sagacissime disputaverit. Ex constitutionibus extra Novellarum syllogas servatis receptae non sunt nisi Iustinianeae ad a. 438—457 spectantes, scilicet imperatorum Theodosii II. et Marciani: quarum inscriptiones atque subscriptiones a Tribonianis interpolatae, in plerisque deinde codicibus decurtatae aut non servatae nisi per Haloandrum Cuiacium Contium alios, ubi authenticae constitutiones ipsae desunt, multo minorem atque in Novellis fidem merentur. — Formulas in subscriptionibus sollemnes, quae constitutionis *datae, acceptae, propositae* dies locosque enuntiant, Mommsen l. l. p. CLIII sqq. explicavit; de Novellarum subscriptionum singularitatibus supra p. LXXXII sq. egi. — De consulibus aliisque magistratibus conferas Mommseni *Chronica minora* (I p. 530 sqq.) et Seeckii dissertationes apud *Pauly-Wissowa* (vol. I—V) proditas.

I. CONSTITVTIONVM ACCEPTORES.

IMPERATORES.

Imperatores

DOMINVS VALENT(INIANVS) INCLITVS VICTOR AC TRIVMPHATOR SEMPER AVGVSTVS FILIVS (scil. *Theodosii* $\overline{pp}$. *A. patris*)	447 Oct. 1 (Theod. 2).

SENATVS. POPVLVS.

Senatus, populus

CONSVLES PRAETORES TRIBVNI PLEBIS SENATVS *scil.* urbis Romae	450 Mart. 5 (Valent. 1, 3).
SENATVS VRBIS CONSTANTINOPOLITANAE urb. Const. *om. Iust.* 1, 14, 8	439 Sept. 12 (Theod. 15, 1) 446 Oct. 17 (Iust. 1, 14, 8).
SENATVS *scil.* urbis Romae	458 Ian. 11 (Maiorian. 1).
POPVLVS ROMANVS	440 Iun. 24 (Valent. 9) 445 Ian. 18 (Valent. 16).
POPVLVS *scil.* urbis Romae *Valent.* 5; urbis Constantinopolitanae *Iust.* 1, 12, 5	440 Mart. 3 (Valent. 5) 451 Iul. 13 (Iust. 1, 12, 5).
EDICTVM	450 Oct. 11 (Marcian. 1).

PRAEFECTI PRAETORIO.

Praefecti praetorio Italiae

PRAEFECTI PRAETORIO ITALIAE (ILLYRICI AFRICAE).

FAVSTVS
1 ad maximum] *Γ*, maximo *O Pithoeus*, *om. Δ* ppo] preposito *O* 2 singolare *Γ* 3 precidencia *Fuld.* 4 obseruandam *Γ*, *om. Fuld.* discernimus *Δ* inminutionem *Γ* ex abundanti] *fortasse scrib.* exabundantis 6 misterii *Δ* admittitur] remittitur *O* relisum] *ΓΔO*, recisum *vel* re casum *Pithoeus* 7 rursum] *Γ*, rursus *ΔO* 8 nature *Γ* 9 preterea *Δ* decernimus] *Γ*, sancimus *ΔO* quisque] *Δ*, quisquis *O Pithoeus*, que *Γ* 10 susceperit *O* urbis] ciuitatis *O* proprii *Γ*[b], propriis *Γ*[a] ad muneneribus *Γ*; *scrib.* ac oneribus 11 qua *Δ* 12 uirili] uili *Γ* 13 simile *Γ* 15 qui] quod *Δ* ordine *Γ* proprii *Δ* 16 censimus *Δ* tertia *Δ* 17 redditis] relictis *Pithoeus* mun. patr. *O* offitio *Γ* 18 quo *Γ* procul dubio (-bium *Γ*) *om. O* 19 qui] quod *O* 20 de] *ΓO*, et de *Δ* persona *Γ* cogetur] *ΓO Pithoeus*, cogitur *Δ* 21 sacrasanctis *Γ* desiderat *om. Γ* deuetem *Γ*[a] 22 adprobare *Γ* uero *om. Δ* misteria *Γ*[a] 23 legem *Γ* necessitatibus numerositas. tem *Γ* 26 compelletur *O Pithoeus* simile leges *Γ* 27 patri *Γ* 29 iudicem] *scripsimus*, iudici *Γ*. iudicium *ΔO* liberos] liberus *Γ*, filios 30 curialitates *ΓΔ* ferenda *Δ* h *Δ*, caracthe

alienanda esse crediderit: tertiam cui voluerit proprio dispensaturus arbitrio. Quae nostram serenitatem temperasse humanitatis intuitu vetera legum constituta testantur, quibus omne patrimonium cedere ordini proprio curialis praeceptus est, quoties ad ministerium
4 clericatus eligitur. Illam quoque partem dispositio nostra non praeterit, ut, quisquis civis vel incola deinceps in nullo obnoxius, cuius tamen substantia trecentorum solidorum non exuperet quantitatem, fuerit repertus, habeat adipiscendi clericatus liberam facultatem. Eum vero, cuius patrimonium maiore quam definivimus aestimatione censebitur, liceat curiae secundum vetera statuta sociari, exceptis his qui sacris scriniis nostris et agentum in rebus scholae militant et aliis qui continuatae militiae observatione desudant, ut multis provisionum generibus ordinum numerus suppleatur nec tamen desint ministri venerandae religionis obsequiis, Maxime p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).
5 Inlustris et praecelsa magnitudo tua huius legis saluberrima constituta sub edictorum promulgatione faciet in omnium notitiam pervenire, ut sacrilegii reatus involvat ac viginti librarum auri multa percellat quem non oboedisse claruerit edictalibus constitutis.
DAT. V KAL. SEPT. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) A. XVII ET FESTO $\overline{\text{VC}}$. CONSS.

ΓΔO Fuld. (incipit 3 tam, *finit* 4 decernimus*)*

33 alienanda esse] *scripsimus,* al. est *Γ*, alienanda *ΔO* noluerit *Δ* arbitrium *Γ* **34** temperasse] *O Pithoeus,* perhasse *Γ*, sperasse *Δ* ueterum *O* constituta] statuta *O* **35** patremonio credere ordine *Γ* **36** nostra *bis posuit Γ, om. O* quisque *Δ; fortasse recte* **37** obnoxius] *fortasse scrib.* obnoxius curiae substanciam *Γ* **38** exuberet *Δ*, exuuerit *Γ* adipiciscendi *Γ*[b] **39** diffiniuimus *O* **40** secunda *Γ* **42** nummerum *Γ* supplicatur *Δ* **43** pkaa] $\overline{\text{pka}}$ *Δ* **44** inlustra *Δ* magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* saluberrimam *Δ* constitua *Γ* **45** faciet] *Γ*, faciat *ΔO* ac *om. Δ* **46** oedisse *Γ* **47** dat. u k. sept. (apr. *ΔO*) rau. th. a. xuii (xu *ΔO*) et festo (fausto *O*) $\overline{\text{uc}}$ ($\overline{\text{uuc}}$ *Γ, om. O*) conss. *libri*

IIII. IN DAMNVM PVBLICVM ELICITVM NON VALERE RESCRIPTVM NEC SPECIALIA BENEFICIA GENERALIBVS PRAEFERENDA.

iiii] *Γ*, xui *O (context.),* xu *O (lat.),* theod. xlii **ΔΔ Fuld.* in d. p. elicitum *(om. *ΔΔ Fuld.)* non ualere rescriptum (u. scriptum **ΔΔ*, ualeristritum *Fuld. [context.]*, ualo res scriptum *Fuld. [lat.]*)] *om. O* nec] ne *Fuld.*, *om. O* speciali *Δ* beneficia *om. Fuld. (context.)* praeferenda] non pr. *O*

Nov. IIII (440 Ian. 24).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. MAXIMO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Usu rerum frequenter agnovimus specialibus beneficiis generalem devotionem gravari recidente in reliquos tributorum sarcina, quae singulis quibusque subducitur, Maxime p(arens) k(aris-
1 sime) a(tque) a(mantissime). Et ideo inlustris et praecelsa magnitudo tua pragmatici nostri secuta decretum sciat secundum suggestionem suam, manentibus his, quae dudum de removendis specialibus beneficiis censuimus, omnia, quae specialiter contra vetitum impetrata sunt, non valere et functionem publicam aequaliter ab omnibus oportere cognosci, ut et quod in commune statutum salubriter fuit esse perseveret nec denuo in haec ambitus redeat, quae iterata praeceptione removimus. DAT. VIIII KAL. FEB. ROMAE VALENT(INIANO) A. V ET ANATOLIO $\overline{\text{VC}}$. CONSS.

ΓΔO Fuld. (incipit 6 specialiter, *finit* 7 ualere*)*

1 ii $\overline{\text{ppo}}$] *ΓΔ*, ii preposito *O* **2** recidente] *O Pithoeus,* recidenti *Γ*, recedente *Δ* **3** sarcinam *Γ* **3/4** pkaa] $\overline{\text{pka}}$ *Δ* **4** inlustra *Δ* [magni]tudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* **5** suggessio[nem suam ...] quae dudum .... **6** censuimus] *Pith. [...]it spectare haec ad epistulam a. 426 [...]bis Romae directam, cuius partes extant Iust. 1, 14, 2. 3. 1, 19, 7. 1, 22, 5* **6** specialibus *om. Γ* **7** et *om. Γ* ab omn. aeq. *O* **8** fuit esse] *scripsimus,* fuisse *libri* **9** remouimus] *Γ*, remouemus *ΔO* **9/10** dat. uiiii *(sic Γ,* uiii *ΔO)* k. feb. rom. ual. a. u et anatolio $\overline{\text{uc}}$ *(om. Γ)* conss. *libri*

V. DE PANTAPOLIS AD VRBEM ROMAM REVOCANDIS ET QVI A TIRONVM PRAEBITIONE EXCVSENTVR.

u] *Γ*, xui *O*, theod. xliii **ΔΔ Fuld.* ad u. r. .... excusentur *om. O* seuocandis *Fuld. (context.)* prebitionem *Γ*, prebutiones *Δ*, prepucionis *Fuld. (context.)* excusentur] *Γ*, excusantur *Δ Fuld.*

Nov. V (440 Mart. 3).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. AD POPVLVM. Urbis Romae, quam merito
caput nostri veneramur imperii, in tantum nos cura non deserit, ut quieti eius atque
abundantiae modis omnibus consulamus. Graecos itaque negotiatores, quos pantapolas
dicunt, in quibus manifestum est maximam inesse multitudinem magnamque in emendis
vendendisque mercibus diligentiam, ulterius non patimur sacrae urbis habitatione secludi,
licet eos dissensio et maxima invidia tabernariorum quam venerabilis urbis Romae
1 utilitas a negotiatione submoverit. Idcirco hoc edicto singuli universique cognoscant
pantapolis ad urbem Romam redeundi negotiandique licentiam restitutam, ut cura pervigili
ubertas populo ministretur et in rebus suspectis a maiore multitudine civitas
possit habitari, ita ut, si quis statuta pretia non servaverit, in eum pro qualitate facti
vindicta procedat nec ob unius aut alterius delictum omne corpus liceat excludi. Ita
enim cura multorum nec abundantia deerit et profutura civitati augebitur multitudo.
2 Ex illa sane parte totam sollicitudinem omnemque formidinem vestris animis censuimus
auferendam, ut huius edicti serie cognoscat universitas nullum de Romanis civibus, nullum
de corporatis ad militiam esse cogendum, sed tantum ad murorum portarumque custodiam,
quoties usus exegerit, inlustris viri praefecti urbis dispositionibus ab omnibus obsequen-
3 dum. Cuius ordinatio etiam in muris, turribus et portis quae sunt labefactata restituet,
ita ut a reparatione murorum vel omnium, quae supra dicta sunt, nullus penitus ex-
4 cusetur. Illud quoque pro tuendo statu venerandae urbis decernimus, ut a conlatione
tironum et ab exsolvendis septem solidis per millenas nuper indictis cespes formensis,
arensis, calcarius et vecturarius habeatur inmunis, ut promptius devotionem solitae
functionis agnoscant. DAT. V NON. MART. ROM(AE) VALENT(INIANO) A. V ET ANATOLIO $\overline{\text{VC}}$. CONSS.

ΓΔO Fuld. (exhibet verba 'pantabolis creci necuciatores sunt': *cf. v.* 3*)*

1 ad populum] *Γ*, edictum ad p. *ΔO* urbem romam *Δ* 3 habundaciae *Γ* itaque gr. *O* pantapolos O[v], pantabolos *O*[t] 4 magnamque] unamque *O* 5 diligentia *Δ* sacri *Γ* habitationi *Γ* 6 maxima] *Γ*, maxime *ΔO* quam] *ΓΔ*, magis quam *O Pithoeus* urbis *om. Δ* 7 negutione *Γ* 9 populi *Γ* et in rebus suspectis a maiore (-ori *O*)] *fortasse* in rebus susceptis et a maiore multitudinem *Δ* ciuitatis *Δ* 10 habitare *Γ* in eum] *Δ*, in eum solum *O*, *om. Γ* 12 curam *Γ* habundantie *Δ* deerint *Δ* ciuitate *Δ* 16 exigerit *Δ* inlustri *Δ* praefectus urbis *Γ*, urbis praefecti *ΔO* omnium *Δ* 16/17 obsequendis *Pithoeus* 17 restituet] *Γ*, restituat *ΔO* 18 a] *Pithoeus, om. libri* nulli *O* 18/19 excusetur] *Δ*, excusentur *O*, exsetur *Γ*[b], extur *Γ*[a] 19 uenerandae] aeternae *O* 20/21 per m. n. i. cespes (cepes *Γ*[a]) formensis (formenses *Γ*, formonsis *Δ*) arensis (arenses *Γ*, aetrinsis *Δ*) calc. et uecturarius *(sic Ritter,* uicturarius *ΓΔ)*] omnis romanus ciuis *O* 21 habeantur *Pithoeus* inmunes *Γ Pithoeus* promptius] *ΓO Pithoeus*, propitius *Δ* 22 agnoscant] *ΓΔ*[a], agnoscat *Δ*[b]*O* dat. u *(sic Γ,* ui *ΔO)* non. mart. rom. ualent. a. u *(om. Γ)* et anat. $\overline{\text{uc}}$ conss. *(om. Γ) libri*

VI. DE TIRONIBVS ET DE OCCVLTATORIBVS DESERTORVM.

ui] *Γ*, xuii *O*, theod. xliiii **ΔΔ Fuld.* et de *(Γ[lat.], om. reliqui)* occ. des. *om. O*

Nov. VI, 1 (440 Mart. 20).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. SIGISVVLDO COMITI ET MAGISTRO VTRIVSQVE
MILITIAE. Frequentare saepius constituta temeritas plectenda conpellit, ut inexcusabilis
culpa sit, quam etiam recens prohibitio non emendat. Nulli enim concedi fas est, si
1 toties vetita, nunc quoque severius interdicta temptaverit. Reparandi feliciter exercitus
cura conferre debere tirones possessorem censuimus. Ne qui tamen damni publici abusus
occasione lucrum capere se credat de fiscali dispendio, si personam semel insignitam
militari titulo ruris colendi causa vel negotiationis exercendae gratia aut cuiuslibet
ministerii occasione detentet, Sigisvulde p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime), idcirco
inlustris et praecelsa magnitudo tua hac nos sciat edictali lege iussisse, quisque de
tironibus aliquem nec non prioris militiae virum proprios numeros et signa deserentem
rustico urbanove praedio crediderit occultandum, et ipsum restituat quem celavit et tres
alios aptos militiae poenae nomine cogatur inferre; colonus conductor actorve loci, si
id aetatis sit, ut stipendia ferre possit, militiae protinus adgregetur. Quod si nesciente
domino desertor in cuiuslibet aedibus latuerit, colonum conductorem actoremve, qui id
2 scierit, capitali supplicio esse feriendos. Verumtamen ne occasionem calumniae dedisse
videamur, si temporaliter habitandi causa miles vel tiro cuiuslibet praedium forte
accesserit, id servata moderatione censemus, ut intra tricesimum diem, postquam in
eodem loco esse coeperit, correptum is, quem superior legis poena constringit, ad civitatem
quamque proximam deducat, officio publico ac primoribus civitatis tradat sub confectione
gestorum ad provinciae moderatorem protinus perducendum, ut eius cura ad signa propria
3 reducatur et poenis conpetentibus subiugetur. Iudicem sane, si coniventiam in his
exsequendis neglegentiamve praestiterit, decem libras auri eiusque officium similem
4 quantitatem poenae nomine fisco iubemus exsolvere. Quam legem ne quis se ignorasse
confingat, per omnes provinciarum civitates edictis sollemnibus divulgabit. DAT. XIII
KAL. APR. ROM(AE) VALENT(INIANO) A. V ET ANATOLIO V̄C̄. CONSS.

ΓΔO

1 segisuuldo *Γ*, sigisualdo *ΔO* **1/2** comiti (-te *Δ*) et *(om. Δ)* mag. utr. mil.] *ΔO*, *om. Γ* **2** frequentare] *O*, frequentari *Δ*, frequenter et *Γ* inexcusabilis] *O Pithoeus*, incusabiles *Γ*, excusabilis *Δ* **3** culpa sit] culpas id *Γ* **4** reperandis *Γ* **5** conferre] conferri *Γ Pithoeus*, confessi *Δ*, conquiri *O* tyronis *Δ* possessorem] *Γ*, a possessore *ΔO* **6** occansionem *Γ* **6/7** insignitam (insignem tam *Δ*) mil. titulo (-lum *Γ*)] mil. t. ins. *O* **7** gratiae *Γ* **8** detenet *Δ*, detinet *Pithoeus* sigisuulde] sigisualde *O*, *om. Δ* pkaa] pka *Δ* idcirco] *Pithoeus*, et idcirco *ΓΔO* **9** inlustra *Δ* magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* edictale *Γ* quisque] *ΓΔ*, si quisque *O*, quisquis *Pithoeus* **9/10** aliquem de tir. *O* **10** proprios] *O Pithoeus*, proprius *Δ*, proprium *Γ* numeros] *O Pithoeus*, numerus *ΓΔ* deferentem *Δ* **11** urbanoue praedio (-dia *Γ*)] pr. urbanoue *O* restituat (*sic Pithoeus*, restituet *ΓΔ*) quem cel.] q. c. restituet *O* **12** alius *Γ* cog. nom. *O* locis *Γ* **13** id] eius *O* spendia *Γ* ferre] conferre *O* **14** actorem uel *Δ* qui id] quid *Δ* **15** capitale *Γ* calumnii *Δ*, calumniandi *Pithoeus* **16** causam *Γ* forti *Γ* **17** accesserit] *scripsimus*, successerit *libri* moderationem censimus *Δ* intra] in *Δ* **18** his *ΓΔ* **19** officio] et off. *O* ciuitatis *om. O* **20** gestorum] iustorum *Γ* protinus *om. O* producendum *Γ*, dirigendum *O* **21** subiungitur *Γ* coniuentiam] *O*, conhibentiam *Δ*, conhiuenciam *Γ* **22** exsequendis] *ΔO*, exhibendis *Γ* neglegentiamue] *scripsimus*, neglegentiamque *libri* **24** sollemniter *O* di(-e *Γ*)uulgabit] *ΓΔ*, diuulgabis *O Pithoeus; excidit fortasse* magnitudo tua *vel similis formula* **24/25** dat. xiii (uiii *O*) k. apr. rom. ual. a. u et anat. ūc̄ *(ΓO Pithoeus*, uecuriis *Δ) libri*

Nov. VI, 2 (443 Mai. 25).

IDEM AA. AD QVADRATIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Dispositionem cunctis salubriter
profuturam certatim debet omnium praevenire devotio. Quid enim magis professis est
desideriis expetendum, quam ut adiectis viribus per dilectum roboris militaris Romanus
1 augeatur exercitus, Quadratiane p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime)? Unde
inlustris magnitudo tua pragmatici nostri tenore conperto sciat secundum pragmatici
prioris tenorem, quod de dilectu novo agitando datum est, senatores vel universum
possessorem oportere a se conveniri, ut actores vel conductores suos sine ulla tam necessariae rei dissimulatione his repraesentandos noverint, quibus per suburbicarias provincias
tironum congregandorum munus iniunximus, quo facilius ad effectum publicae utilitatis
2 valeat perveniri. Quisque vero conventus ad eos, qui id exsequuntur, deducere gubernatores agrorum suorum aliqua cunctatione distulerit, cognoscat se decem libris auri
multandum et tirones eius numeri, qui deprehensus fuerit, nihilominus traditurum.
Aversum quippe animum a communi defensionis studio iure talis severitas insequitur.
Superest igitur, ut nullius animus retardet iniuncta, quia, quisquis in hac parte cessaverit,
sese quodammodo confitetur non esse Romanum. DAT. VIII KAL. IVN. RAV(ENNAE) MAXIMO II
ET PATERIO VV. CC. CONSS.

ΓΔO

1 ad quadraciano *Γ*, quadratiano *ΔO* pfpo *Δ*, pu *Γ*, preposito *O* dispositione *Γ* 2 profutura *Γ* praeuenire] uenire *Γ* 3 dilectum] *O*, delictum *ΓΔ*, delectum *Pithoeus* militaris *om. O* 4 pkaa] pka *Δ* 5 inlustra *Δ* magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* nostri t. c. sc. s. pragmatici *om. Δ* 6 tenore *Δ* dilectu] *O*, delectum *Γ*, dilecto *Δ*, delicto *vel* delecto *Pithoeus* nouo *om. Γ* 6/7 uniuersum possessorem] *Γ*, uniuersos possessores *ΔO* 7 uel] *Γ*, et *ΔO* ullam *Γ* 7/8 necessariae] *O Pithoeus*, necessariam *Γ*, necessaria *Δ* 8 nouerit *Δ* 10 peruenire *Γ* quisquis *Pithoeus* 11 libras *Δ* 12 tyronis *ΓΔ* traditurus *ΓΔ* 13 auersum] *O Pithoeus*, aduersum *Γ*, ausum *Δ* commune *Γ* iuret *Γ* 15 sese] esse *Γ* quodadmodo *Γ* non] *ΓO Pithoeus*, nomen *Δ* 15/16 dat. uiii k. iun. rau. max. ii et pat. uucc (uc *Γ*, c *O*, *om. Δ*) *libri*

Nov. VI, 3 (444 Iul. 14).

IDEM AA. ISIODORO COMITI. Cogit diversarum rerum necessitas et quidem pro utilitate
communi, ut suggestio sublimitatis tuae provida nimis pro qualitate temporis esse
videatur. Parvo etenim unusquisque contempto sperare debet securitatem futuri. Nec
enim grave esse credimus oneris contemplatione quod deposcitur, isiodore fr(ater) a(mantissime).
1 tissime). Unde inlustris auctoritas tua sciat secundum suggestionem suam pragmatici
auctoritate firmatam hoc nos praesenti tantum tempore censuisse propter inminentium
expensarum necessitatem, quibus sufficere aerarii nostri vires nequeunt, id quod conferentes plurimos non gravet et nos parte aliqua valeat adiuvare. Idcirco inlustres
vacantes per omnes nostras provincias constitutos ternos tirones in adaeratione debere
persolvere: comites quoque consistorianos vel primi ordinis nec non tribunos et notarios,
sed et eos, qui administrationes ordinarias in provinciis gubernarunt, dare singulos oportere: tribunos vero vacantes sive comites secundi vel tertii ordinis omnesque clarissimos
tertiam partem tironis agnoscere, ita ut unius tironis pretium triginta solidis taxetur,
exceptis Afris, qui hostili necessitate sedibus suis nuper expulsi sunt: pro excubiis autem
praesentibus viginti consistorianos comites, triginta notarios inmunes esse debere. Gaudere

---

1 insiodoro *Δ*, hisiodoro *Pithoeus*, isidoro *O* comiti] consulari *O* et quidem] *scripsimus*, equidem *O*, se quidem *Δ*, licet quidem *Pithoeus* 3 contempto] *scripsimus*, contemptu *Δ*, contentus *O* 4 oneris contemplatione quod deposcitur] *scripsimus*, quod oneris (honoris *O*) cont. dep. *ΔO* hisiodore *Δ*, isidore *O* 4/5 fr. a.] *Δ*, fr. k. aa. *O* 5 illustra *Δ* 6 firmata *O* 7 aerarii uires (*om.* nostri) *Δ*, uires aer. nostri *O* 8 plurimos] *scripsimus*, plurimum *ΔO* et *om. Δ* 11 ordinarios *Δ* 13 un. pr. tir. *O* 15 com. cons. *O* notarius *Fuld.* inmunus *Fuld.* 15/16 debent enim gaudere *O*

enim debent, quos labor suus et desudatae vigiliae probabili ratione commendant. DAT. PRID. ID. IVL. RAVENNAE THEOD(OSIO) A. XVIII ET ALBINO V̄C̄. CONSS.

ΔO Fuld. (*incipit* 15 triginta, *finit* 16 commendant)

16 suos *Δ Fuld.* desutate *Fuld.* probabile *Fuld.* commendant] *O Pithoeus*, condemnant *Δ*, condemnat *Fuld.* 17 rauenna *Δ* ūc] uecar. *Δ*

VII. DE PALATINIS.

uii] *Γ*, xuiii *O*, theod. xlu **ΔΔ Fuld.*

Nov. VII, 1 (440 Iun. 4).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. AD MAXIMVM II P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O.
Palatinae exactionis enormitas deducta saepius in querellam necessitatem nobis formandae
sanctionis inposuit, cuius obstinatio quae refugere debuit augere contendit, ad hoc prae-
teritae inpunitatis praesumptione decepta, ut continuato scelere graviores aculeos severi-
tatis incurrerit. Unde magnificentiae tuae suggestionem numerosis administrationibus
et virtutibus congruentem libenter accipimus, quae possessoribus et negotiatoribus consuli
generaliter postulavit, quorum brevi devotio concidisset, si, quantum fisco inferendum
est, aut tantum aut amplius exigendum sibi avaritia vindicaret, non dissimulandam
obiectionem nostris saeculis generans, cum devotum publico privatis utilitatibus dispendia
1 profutura comitantur. Quapropter sublimis excellentiae tuae saluberrimam suggestionem
secuti veneranda in aevum lege sancimus, ne quisquam palatinorum superindicti vel
aurariae ceterasque ad utrumque aerarium pertinentes exigens functiones ultra summam
traditis sibi iuxta praesentem censum de scrinio brevibus conprehensam commodi nomine
accipiendum aliquid noverit aut petendum, cessantibus causarum titulorumque instruc-
tionibus fictis . . . . ., quos odio calumniarum cessare praecipimus et quos' non in
usum publicum, sed in aviditatis exemplum calliditas conpulsorum minatur, sacrilegii
percellendis reatu, proscriptionis etiam supplicioque dedendis, cum huiusmodi usur-
2 pationem probatio confutarit. Quam examinationem atque vindictam si aditi inl(ustr)es
viri comites utriusque aerarii fortasse neglexerint, amplitudinem tuam nobis oportet
3 suggerere, ut neglectas iustissimas provincialium querimonias vindicemus. Tantum
autem nos licentia huius cupiditatis offendit, ut inveteratam usurpationem resecare
cupientes moderatores provinciarum rapinis ire obviam censeamus et ad magnitudinem
4 tuam sine ullo metu suae condemnationis referre. Praeterea cunctis excusationibus
aditus obstruentes, quibus agenda necessario aliquoties negleguntur, hoc constituto nostro
adicimus, ut inl(ustr)es viri utriusque aerarii comites a condemnationibus iudicum et

1 ad maximum (-mo *Γ*)] *ΓΔ*, maximo *O* preposito *O* 2 exactiones *ΓΔ* querillam *ΓΔ* 3 quae] qui e *Γ* 4 continuatio *Δ*, com (cum $Γ^{b}$) continuato *Γ* aculeos] *Pithoeus*, aculeus *Γ*, a cultu *Δ*, assuetus *Pithoeus*, *om. O* 4/5 seueritates *O* 5 incurrerit] *ΓΔ*, incurreret *O* magnificentiae] *sic hoc loco libri omnes* suggestione *Γ* 6 accepimus *Pithoeus* 7 breuis *Γ* 8 auariciam uindicare et *Γ* 9 generas *Γ* deuotos *O* publico priuatis] priuatis et publicis *O* 10 profutura *om. O* saluberrimam *om. O* suggessionem *Δ* 11 sicuti *Δ* superindicti] insuper indicti $Γ^{a}$, qui superindicti *O* 12 exigunt *O* 13 sibi] si *Γ* de scrinio *om. O* comprehensa *Δ*, conprehensum *Γ* 14 titulorumque *om. O* 15 factis *Δ*; *post* fictis *quaedam videntur excidisse nectenda cum iis quae sequuntur* (16/17) sacrilegii percellendis reatu: *fortasse* exigentibus titulos eos quos] *Γ Pithoeus*, quod *Δ*, quas *O* quos] quas *O* 15/16 non in usum] *O Pithoeus*, nominosum *Δ*, in usum *Γ* 16 auiditatis] *ΓO Pithoeus*, auidatis *Δ* cumpulsorum *Δ* sacrilegei *Γ* 17 proscriptioni *O* dedendis] *ΓO*, de edendis *Δ*, condemnandis *Pithoeus* cum] quos *O* 17/18 usurpatione *Δ*, usurpatio *O* 18 probata *O* confutaret *Δ* inl̄is *Γ*, inlustris *Fuld.* 19 comitis *Fuld.* utriisque *Fuld.* oportet] *Pithoeus*, oportere *libri* 20 neglecta *Δ Fuld.* queromanias *Fuld.* uindicimus *Γ Fuld.* 21 licenciam *Γ* usurpatione *Γ* resecare] *Γ*, resarcire *ΔO*: *fortasse recte* 22 obuiam *om. O* 24 aditos *Δ* necessario ag. *O* constitutio *Δ*, constitutioni *Pithoeus* nostre *Δ* 25 inl̄is *Γ*, inlustris *Δ* uiri] ūc *Γ* utr. aer. com.] *Γ*, aer. utr. com. *Δ*, comites utiusque (*sic*) aer. *O* et] ei *Γ*

curialium noverint abstinendum, delicta eorum vel dissimulationem tam clementiae nostrae
quam sedi tuae amplitudinis cum extiterint ingerentes, quo praedictae sedis tuae tum
secuta correptio praesentia resecet, futura conponat. Quam rem vetustatis et disciplinae
5 publicae amore decernimus, Maxime p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris
igitur et praecelsa magnitudo tua edictalem legem et functionibus publicis iugiter pro-
futuram programmate suo in cunctorum provincialium iubebit ire notitiam, ut agnoscat
universitas nostro saeculo inprobis ausibus nil licere. DAT. PRID. NON. IVN. RAV(ENNAE)
VALENT(INIANO) A. V ET ANATOLIO V͞C. CONSS.

ΓΔO Fuld. (incipit 18 inlustres, *finit* 20 uindicemus*)*

26 delecta *Γ*, dilecta *Δ* dissimulationes *O* 27 ampl. tuae *O* cum extiterint] cum steterint *Γ*; *fortasse scrib.* cum constiterint 27/28 tuae tum secuta] *scripsimus*, tantum secuta *ΓΔ*, *om. O* 28 praesentia] et pr. *O* resecet] resecit *Γ*, resecet et *O*, recitet *Δ* 29 p͞kaa] *Γ*, p͞ka *ΔO* 30 magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* 31 pragmate *O* 32 inprobis ausibus] *O*, inprouis auribus *Γ*, inprouisa usibus *Δ*, improbis abusibus *Pithoeus* nil] *Γ*, nihil *ΔO* 32/33 dat. prid. *(om. O)* non. iun. *(ΔO*, ian. *Γ)* rau. ualent. a. (a͞a *Γ*) u *(om. ΔO)* et anat. u͞c conss. *(om. Γ*ᵃ*) libri*

Nov. VII, 2 (442 Sept. 27).

IDEM AA. PATERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum pietas nostra ad provincialium
quietem tuendam, simul ad avaritiam palatinorum, quae causa nuper fuerat ferendae
legis, arcendam remedia quaereret, data nuper lege censuerat, ut inlustres viri sacri ac
privati aerarii comites facultatem condemnandorum iudicum non haberent, similiter a
1 desidia ordinum multanda se eorum severitas abstineret. Sed quia nunc suggestio
magnitudinis tuae indecorum hoc inlustribus viris et inefficax publicis necessitatibus
explicandis provisione necessariae suggestionis insinuat et experiendo cognovimus nec
satis prodesse id possessorum commodis et plurimum consuetis aerarii exactionibus
obfuisse, abrogata lege, quam prius super his rebus observari statuimus, ius omne ad
praedictos inl(ustre)s viros, quod longo tempore iam tenebant, inlibata pristinae censurae
auctoritate revocamus, ne qua illis morae aut neglegentiae excusatio de expensarum
destitutione tribuatur, quibus non solum multandorum iudicum, sed et curialium — segni-
2 tiem condemnari et a rationalibus licet — auferebatur facultas. Et tamen sub hoc
praecepto nullum possessorum seu curialium palatinorum mancipamus aviditati. De
quorum fraudibus si quae extiterint aut si modum veri census sub occasione titulorum
ad se pertinentium supergressi fuerint et aliquid commenticium praeter id, quod explorata
fides chartarum continet, studio depraedationis invenerint, iubemus gravatis patere accu-
sandi eos liberam facultatem, sed ita, ut ad proprios iudices laesorum querella perveniat
hisque solis in eorum commissa permittatur inquirere, de quorum factis, si qua in repre-
hensionem venient, non modo praesentium querellis, sed et absentium relationibus in-
3 struentur. Sane si quid est, quod vindictae censuram exigit acrioris, erit inlustribus
viris palatinorum iudicibus consulendae serenitatis nostrae copia, ut genus ultionis

1 a͞a] ā. *Γ* preposito *O* 2 simul ad] simul et *O* 3 arcenda *ΓΔ* quererit *Γ* ac] et *O* 4 iudicium *Γ* sim.] et sim. *O* 5 disidia *ΓΔ* multanda se] multandas *Δ* abstinerit *Γ* 6 indecorum (inde eorum *Δ*) hoc inl. uiris et *om. O* inefficax] *Γ Pithoeus*, efficax *ΔO* 7 prouisionem *ΔO* et] et quia *O* experiendum *Γ* 8 id prod. *O* exactionibus] actionibus *O* 9 abrogatam legem *Δ* omnem *Δ* 10 praedictus *Γ* inlustres *om. O* uiris *Γ* quod] quos *Δ* iam longo temp. *O* tenebat *Δ* inlibatam *Δ*, inlibatum *Pithoeus* 11 neglencie *Γ* expensarum] executionum *Beck; fortasse scrib.* exactionum suarum 12 destitutione] *Pithoeus*, distitutione *ΓΔ*, distributione *O* 13 condemnandi *Pithoeus* et a rationalibus (*Γ Pithoeus*, rationabilibus *Δ*) licet auferebatur (-rabatur *Γ*ᵃ) facultas] facultatem tribuimus *O* 14 praecepto] *O*, presepio *ΓΔ*, praetextu *Pithoeus* auiditate *Γ* 15 quae] qua *Δ*; *scrib.* quae querellae morum uiri *Γ* 16 pertinentem *O* commenticium] *ΓO Pithoeus*, commenticum *Δ* explorate *Γ* 17 continent *Δ* inuenerit *Γ* 18 lasorum *Γ* 19 his qui solis (solus *Γ*ᵃ) *Γ* 20 modum *Γ* praesentum *ΓΔ* sed et] sed *Γ* abseutum *libri* 20/21 instruantur *O* 21 censuram] *Pithoeus*, censura *libri* exigit] *O*, exegit *Γ*, exigat *Δ* 22 copia aut *Δ*

agnoscant, sed de his dumtaxat criminibus, quae contra ius stimulo inlicitae cupiditatis
4 admiserint, Pateri p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris igitur et prae-
celsa magnitudo tua hanc omnibus innotescere sanctionem iubebit remotaque ea, quae
de his ordinem solitum commutaverat, huic legi, quam nunc statuimus, perpetuo valiturae
sciet robur inpositum, quippe moderatione tali et status provincialium inviolatus manebit
et decus potestatis suae ad genuinos iudices revertetur. DAT. V KAL. OCT. SPOLETIO DIOS-
CORO ET EVDOXIO V̄V̄. C̄C̄. CONSS.

ΓΔO

22 agnoscant] cognoscant *O* inlicitate *Γ* 24 p̄k̄ā] p̄k̄ *Δ* inlustra *Δ*, inlustribus *Γ* 25 magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* innot. omnibus *O* 26 lege *Γ* perpetua *Γ*, in perpetuo *O* ualiturae] ualitura *ΓO*, ualituram *Δ*, ualiturum *Pithoeus* 27 sciet] *Γ*, scit *Δ*, sit *O*, sciat *Pithoeus* tali *om.* *Δ* 28 genuinos] *ΓO Pithoeus*, geminos *Δ*, germanos *vel* genii aerarii utriusque *Pithoeus* reuertitur *Γ* 28/29 dat. u k. oct. spoletio (epolitidio *Γ*, spoleti *Δ*, spoleto *O*) dioscoro (discoro *Δ*, scoro *Γ*) et eudoxio ūūcc (*sic Γ Pithoeus*, ūc *ΔO*) conss. *libri*

Nov. VII, 3 (447 April. 25).

IDEM AA. FLORIANO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Aequum est serenitatem nostram
provida oraculi nostri constitutione sancire, ne aut inpune quemquam temerario con-
temptu, deserta officii sui militia, licuerit segnis otii elegisse desidiam, aut in posterum
proposita interminatione cavere, ne quis audeat inconsulto iudicis sui testimonio militiae
sacramenta deponere, Floriane f(rater) a(mantissime). Unde inlustris auctoritas tua
1 pragmatici nostri secuta praeceptum sciat secundum suggestionem suam palatinos omnes
sacrarum largitionum, qui stipendiis non peractis sine testimonio vel auctoritate praesulis
sui ad ecclesiastica obsequia aut ad aliam transiere militiam, nomine clericorum et privi-
legio cinguli superioris exutos palatino officio ac militiae, quam contumaciter reliquerunt,
protinus esse reddendos: atque hoc circa universos oportere servari, quos intra triennium
post militiae commutationem pragmatica huius sanctionis forma reppererit, ceteris vero
2 non movendam penitus quaestionem, qui prolixioribus temporum spatiis muniuntur: hac
in futurum praeceptione servata, ne cui liceat sine iussu et testimonio praesidentis
vel deserere vel commutare militiam; provinciarum iudices esse cogendos, ut tabularios
largitionalium titulorum ad amplitudinis tuae sedem cum ratiociniis instructionibusque
transmittant noverintque in procurandis exactionibus legibus se teneri. Dubium enim
non est eum fore et nobis et legibus nostris obnoxium, quisquis maiestatis nostrae prae-
cepta lentaverit. DAT. VII KAL. MAI. ROMAE CALEPIO V̄C̄. CONS.

ΓΔO

1 c̄āl.] *Γ Pithoeus*, c̄r̄l *Δ*, *om.* *O* 2 constitutionem *Γ* ne] nec *Γ* aut *delet Beck: recte* inpune] *Γ Pithoeus*, puni *Δ*, *om.* *O* 3 segnis] *O Pithoeus*, signis *Γ*, signe *Δ* otii] socii *Δ* aut] et *Beck: recte* 4 interminationem *Γ* suo *Δ* 5 f̄ā] *Γ*, f̄r̄ā *ΔO* 6 scias *Δ* suam] *Γ*, tuam *ΔO* 7 testimonio (-nium *ΓΔ*) uel auct.] a. uel test. *O* 8 aut] *scripsimus*, et *ΔO*, *om.* *Γ* transire *ΓΔ* 9 exutus *ΓΔ* 10 redendus *Γ* seruare *Γ* triennium] *ΓO*, trecennium *Δ* 11 repperit *Γ* 12 prolixioribus] *ΓO Pithoeus*, pro leuioribus *Δ* 13 hanc *Δ* preceptionem seruatam *Δ* cui *om.* *Γ* testimonium *Γ* presedentes *Δ* 14 prouincialium *Δ* iudicis *Δ* cogendūs *Γ* ut] atque *Δ* 15 largitionarium *Γ* sedem cum] eodem *Δ*, sedes *Pithoeus* 16 in *om.* *Δ* exationibus *Γ* se *om.* *O* teneri] tenere *Γ*, reteneri *Δ*, retineri *Pithoeus* 18 dat. uii k. mai. rom. calepio (*Γ*, calipio *O*, calupio *Δ*, calypio *Pithoeus*) ūc (aug. ūc *Δ*) cons. *libri*

VIII. DE INVASORIBVS.

uiii] Γ, theod. xuiiii *ΔΔΣ(lat.) Fuld., theod. xuiii Ʃ, theod. xuii OΣ (context.)

Nov. VIII, 1 (440 Iun. 9).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. PIERIO P(RAEFECTO) V(RBI). Si divalium sanctionum nulla pervasores poena percelleret, nostris procul dubio remediis esset temeritas persequenda, ne alieni iuris usurpator praesumptionis suae fructu inpune potiatur, cum ea, quae disceptationis examinatione decursa possent recuperari legibus possidenti,
1 festino cupiditatis ardore pervaserit. Movet siquidem serenitatem nostram viri inlustris Auxiliaris tam iusta quam vindicanda conquestio, cuius querellis et subiectorum series fidem tribuit et magna adsertio virtutum multis perennitati nostrae administrationibus conprobata: qui se domus suae possessione intra urbem venerabilem positae nullius litis actione pulsatum per inlustrem virum Apollodorum patefecit esse depulsum, absentiae videlicet suae occasione captata, dum, si qua precatio fuisset in causa, non parvis temporibus Romae in eadem domo consistens a memorato inl(ustr)i viro actione proposita potuerit conveniri. Quando, hoc quod in praedicto viro inlustri non perspicimus observatum, possessorum praetermissa conventio est? quando dominis non sunt denuntiata litigia et de cognito potius negotio expectata sententia? aut quae patrimoniorum potest esse securitas, si toties insidietur invasor, quoties possessores esse contingit absentes?
2 Verum quia inlicitis ausibus videmus quae sunt pro possessorum quiete salubriter constituta calcari et frequenter pro multorum negotiis specialis querella commonuit omnibus profutura decerni, merito praecedentia inclitorum principum parentumque nostrorum statuta renovamus. Idcirco mansura in aevum lege sancimus, ut, quisquis inconvento domino, non expectata vel adversus praesentem vel in contumacem definitiva sententia, possessorem de praedio rustico urbanove depulerit, possessione protinus restituta causae totius, sicut dudum constitutum est, amissione multatus aestimationem rei occupatae mox cogatur inferre: hoc etiam coniuncto, ut, si iudex in huiusmodi negotiis hanc putaverit sanctionem nostram dissimulandam ac non in executionem mittendam esse sententiam, quae de inferenda aestimatione prolata est, iustitia ipsa statutam taxationem, cum fuerit
3 accepto successore privatus, exsolvat. In praesenti vero causa v(iro) inl(ustri) Auxiliari domum restitui iubemus invasam, omni, si qua viro inl(ustri) Apollodoro conpetere potuerat, actione consumpta, qui, quod legibus debuerat postulare, inconvento possessore

---

1 p̄u] Γ, prefecto urbis Δ, preposito O diualium] diuales O 2 sanctionum] Δ, sanctiones O, *om.* Γ peruasores] O, peruasoris Γ, peruasorem Δ percelleret] Δ, percellerent O, percellet Γb, percellat Γa 3 ne] Γ *Pithoeus*, ut *Pithoeus*, *om.* ΔO usurpatur ΓΔ inpune] *Pithoeus*, inpuni Γ, pune Δ, paena O 4 examinationem Γ possent recuperari legibus possidenti] *scripsimus*, posset recuperare (p. rec. *om.* Γ) legibus poscenti (ΓΔ, poscente O, possidenti *Cuiacius*) *libri* 5 ardorem Γ inlustri Δ 6 auxiliares Γ, auxiliariis Δ uindicandam Γ series] sedes Γa, sees Γb 7 fide Γ uirtutum] Γ, uirtutis ΔO; *fortasse scrib.* magna adsertio [uiri excellentiȂ] uirtutum m. p. n. a. conprobata perennitatis Γ 8 possessionem ΓΔ 8/9 actionis lite O 9 inlustrum Γ appollodorum ΓΔ 10 precatio] praecautio *Pithoeus*, precarium *Pith. (ed. adnot)*; *fortasse scrib.* uere ratio 11 domum Γ inls uero Γ, inlustre uiro Δ 12 conuenire Γ hoc *delet Haenel* praedictum Γ prespicimus Δ 13 quando] quoniam O dominis non] ΓO, domini Δ, domino non *Pithoeus* 14 potius] prius O aut] Γ, ut Δ, et O *Pithoeus* 15 contigerit esse O 16 uerō Γ, uirum Δ auribus Γ uidemus *om.* O 17 calcari] c. scimus O commouit ΔD: *recte fortasse* 18 merito *om.* Γ praecidentia Δ 19 legem Δ in conuentu (-um O) OD 20 dominum O expectatum O, expectato D uel aduersus .... sententia *om.* O contumace Γ diffinitiua D 21 urbanoue] *Rittershusius*, urbano Γ, urbanoque ΔOD 22 constitutus Δ estimatione Γ occ. rei O 23 negotii D 24 sanctionis nostrae ΔOD dissimulanda Δ in *om.* Γ executionem] O, executione ΓbD *Pithoeus*, excusatione ΓaΔ 25 iustitia ipsa] *scripsimus*, iusticie ipsam Γ, iustitia (*om.* ipsa) ΔOD, iuxta *Pithoeus* 26 ū inls Γ, uir inl. D 27 iubeamus Γ inuasam] i. etiam O, i. et D omne D inls Γ, inl. D appollodoro ΓΔ 28 potuerat] potuit O postulari Δ inconuentu ΔD

pervasit. Quem ulterius prosequi lites causasque non patimur earum rerum, quas aliis
possidentibus non debuit occupare, quique debet in acceptum referre, quod ei aestima-
tionem rei de qua agitur nostrae pietatis humanitate concedimus, quae potuit multi-
4 plicium legum securitate deposci. Eas vero mulieres, quas aut vendendo litigium aut
invasionis participando temeritatem constat negotium non habere, ne qua instaurandi
litigii quaeratur occasio, omni actione privamus: non praeiudicantibus contractibus, si
quos occupatores fortasse cum quibuscumque personis de eadem domo in praeiudicium
domini inire voluerunt, quoniam res pervasa in alium transferri iure non potuit.
5 Restituturum quoque censemus, quaecumque de rebus eius illo expulsionis tempore a
quocumque pervasa sunt. Neque enim ita remittimus ultionem, ut diripi aut occultari
aliena patiamur, Pieri p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Quare inlustris magni-
tudo tua in traditione aedium pervasarum Marcianum agentem in rebus vel officium
suum iubebit parere decretis nec ullam saluberrimis praeceptionibus nostris tarditatem
6 sub inpedimento cuiuscumque personae patiatur afferri. Ut vero ea, quae pro posses-
sorum omnium quiete sancimus, in omnium possint notitiam pervenire, hanc legem
nostram amplitudo tua propositis divulgabit edictis. DAT. V ID. IVN. RAV(ENNAE) VALEN-
T(INIANO) A. V ET ANATOLIO VC. CONSS.

ΓΔOD [= Paris. 12445] fol. 210ª (incipit 16 quia inlicitis *sub praescripto* 'item in libro primo legum nouellarum'*).*

29 causas litesque prosequi *O* patemur *Γ* **30** debuit] debui et *Γ* occupare] *Pithoeus*, conpare *Γ*, conparare *OD*, comparari *Δ* quoque *Γ* **30/31** ei aest.] aest. *Γ*, in aest. *OD*, ei in aest. *Δ* **32** securitate] seueritate *Pithoeus* uindendo *ΓΔ* **33** inuasionis] *D*, inuasione *Γ*, inuasioni *ΔO* **34** proriuamus *Γ* **35** fustasse *Δ* domum *Γ* **36** uoluerint *Γ*ª transferre *ΓΔD* **37** restituturum] *fortasse* restitutum iri censimus *Δ* quaecumque] decumque *Γ* eius] illius *O* **38** quocumque] q. de rebus *Δ* **39** pkaa] pka *ΔD* quare] *Γ Pithoeus*, que *Δ*, itaque *OD* inlustra *Δ* **39/40** magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔOD* **40** traditione] *ΓO*, traditionem *ΔD* peruasorum *ΔD* agente *Γ* **40/41** officio suo *D* **41** decretis] edictis *O* praeceptis *O* **42/43** possessore *D* **43** quietem *Γ* possit *ΓD* noticia *Γ* **44** deuulgauit *Γ*, uulgabit *OD Pithoeus*, uulgauit *Δ* **44/45** dat. u id. iun. *(sic Γ*, ian. *ΔOD)* rau. ualent. a. *(om. Γ)* u *(sic Γ, om. ΔOD)* et anatolio (auxentio *O*) uc *(om. ΓO)* conss. *libri*

Nov. VIII, 2 (441 Ian. 27).

IDEM AA. AVXENTIO P(RAEFECTO) V(RBI). Habet hoc insitum sollicita aequitatis examinatio, habet secundarum cogitationum subtilior et exactior cura, ut, si quid in legibus ferendis post impetum primum deliberatio properata deliquerit, hoc consilio perpensiore revocetur. Permittit enim consuetudo ipsa rerum, adstipulantur innumera vetustatis exempla multas leges a suis latoribus dempta aut addita parte posse corrigi, multas tractatu maturiore penitus abrogari. Quod nunc de abolenda constitutione decernimus, quam non ante multos menses ad preces inlustris viri Auxiliaris promulgaveramus moti ingesta nobis pervasionis invidia. Sed quia obsecratio viri inlustris Apollodori nuper nos adtentiores ad aestimandam iustitiam fecit, ob hoc tractatis omnibus et plena aestimatione discussis propter illa praecipue, quae negotii modum, de quo tunc actum est,

1 idem aa auxentio *om. ΣΞ* pu] *D Pith. (ad Cuiac.)*ᵇ, pf urbis *Δ*, ppo *Γ*, preposito *O*, *om. ΣΞ* habet hoc] habito *Ξ* insitum] institutum *D* sollicitate *ΣΞ* **2** cognitionum $Σ^2$ et exactior] exaccior *Ξ*, exactiorque *ΔΣ* **3** feredis *Ξ*, feriendis *D* dereliquerit $Σ^a$ perpensiore] *Gothofredus*, propensiore *ΔΣ*, propinsiore *Ξ*, propensiori *O*, propinsio *Γ* **4** reuocatur *ΔΣΞD* rerum] r. et $Σ^2$ **5** multa *Σ*, multis *Γ* legis $ΓΣ^2Ξ$ lateribus *Ξ* adempta aut adita *Δ* corregi *ΔΣ*, correge *Ξ* multa $Σ^2$ **6** maturiori *Ξ Pith. (ad Cuiac.)* penitus] posse penitus *O* abrogari] auferri $Σ^v$ de] se $Σ^1Ξ$, esse $Σ^2$ ambulenda *Γ*, abolendam *ΣΞ* constitutionem $Σ^1Ξ$ **7** multus mensis *Ξ* ad preces] *Γ Pithoeus*, de preces $ΔΣ^1Ξ$, de prece $OΣ^2D$ inlustri $ΔΣ^1Ξ$, inl *D* uir *D* auxialiaris *Γ* **8** uir *D* inlustri $ΔΣ^1$, inl *D* appollodori *ΔΣ* **9** nos adtentiores] nos adtentiones *Γ*, adtentiores nos *OD*, attentiores (-ris *Ξ*, *om.* nos) *ΔΣΞ* estimandas *Γ*, estimandum $Σ^2$, stimandum $Σ^1Ξ$ ob] ab *Ξ* tractis $Σ^1Ξ$ plana *D*, planam $ΔΣ^1Ξ$ **9/10** estimationem $ΔΣ^2$, stimationem $Σ^1Ξ$ **10** illam precipuis *Ξ* quae] qua $ΔΣ^1Ξ$ modo *Γ* de quo] equo *Ξ*, quo $Σ^1$, quod $Σ^2$

supergressa fuerant et inmerito personas mulierum pariter inligaverant, supra memoratam legem praesentis edicti auctoritate removemus, Auxenti p(arens) k(arissime) a(tque) a(man-
1 tissime). Unde inlustris magnitudo tua hanc, qua praecepti superioris vacuatur incautior definitio, programmatis adiectione vulgabit, ut agnosci ab omnibus possit his, quae in illa displicent, abolitis id, quod solum de vetustate repetitum probabile videtur, priscarum tantum legum definitione servandum. DAT. VI KAL. FEB. RAVENNAE P(OST) C(ONSVLATVM) VALENTINIANI A. V ET ANATOLII $\overline{\text{VC}}$.

ΓΔΟΣΞD Fuld. (incipit 13 magnitudo, *finit* 16 seruandum*)*

11 inligauerat *ΔΣ*², inlegauerat *Γ*, in lege gaurat *Σ*¹ memorata *Ξ* 12 pra(e)sentes *ΓΣΞ* autxenti *Γ* 12/13 $\overline{\text{pkaa}}$] *O*, post $\overline{\text{kaa}}$ *Γ*, $\overline{\text{pka}}$ *ΔΣD*, pke *Ξ* 13 inlustra *Δ*, inluster *D*, *om. Ξ* magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔΟΣΞD Fuld.* hac *Ξ* quam *ΔΣΞ Fuld.* precepta *Fuld.* superiores *Fuld.* 13/14 incautior] in paucis *Γ*ᵃ 14 definitio] definicior definicio *(sic) Ξ*, diffinitio *O* programmaticis *ΔΣΞ Fuld.*, pragmatica *OD* adiectione] *scripsimus*, lectione (-nem *ΣΞ*) *libri* uulgauit *Γ*, mulgauit *ΔΣΞ Fuld.*, euulgabit *Pith. (ad Cuiac.)* ut] aut *Ξ* ab] ad *Ξ* 15 de] e *Fuld.* uetustatem *Γ*, uetate *Ξ* petitum *Fuld.* probabilem *Γ* uidetur] uinditur *Fuld.* 16 definitiones *Γ*, definiconem *Ξ*, difinicione *Fuld.* 16/17 $\overline{\text{pc}}$ ualentiniani agusti u et anatolio $\overline{\text{uc}}$ cosl. *Γ*, $\overline{\text{pc}}$ *(sic D*, $\overline{\text{po}}$ *ΣΞ*, post consulatum *Δ)* ual. ā. *ΔΣΞD*, ipso augusto consule *O*

VIIII. DE REDDITO IVRE ARMORVM.

uiiii] *Γ*, ii *O*, theod. xx **ΔΔ Fuld.* de reddito (redito *Γ*, *om. O*)] eredicto *Fuld. (context.)* armarum *Fuld.*

Nov. VIIII (440 Iun. 24).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. POPVLO ROMANO. Quoties publica poscit utilitas, universitatis sollicitudinem ducimus advocandam, ut omnibus profutura inpleantur ab omnibus, nec molestum esse provincialibus nostris credimus, quod pro ipsorum salute disponitur, ut resistendi praedonibus cura subeatur. Gensericus hostis imperii nostri non parvam classem de Karthaginensi portu nuntiatus est eduxisse, cuius repentinus excursus et fortuita depraedatio cunctis est litoribus formidanda. Et quamvis clementiae nostrae sollicitudo per diversa loca praesidia disponat atque invictissimi principis Theodosii patris nostri iam propinquet exercitus et excellentissimum virum patricium nostrum Aetium cum magna manu adfore mox credamus cumque vir inlustrissimus magister militum Sigisvuldus tam militum atque foederatorum tuitionem urbibus ac litoribus non desinat ordinare, tamen quia sub aestiva navigandi opportunitate satis incertum est, ad quam oram terrae possint naves hostium pervenire, singulos universosque hoc admonemus edicto, ut Romani roboris confidentia et animo, quo debent propria defensari, cum suis adversus hostes, si usus exegerit, salva disciplina publica servataque ingenuitatis modestia, quibus potuerint utantur armis nostrasque provincias ac fortunas proprias fideli conspiratione et iuncto umbone tueantur: hac videlicet spe laboris proposita, ut suum fore non ambigat quidquid hosti victor abstulerit. ET MANV DIVINA: PROPONATVR AMANTISSIMO NOSTRO POPVLO ROMANO. ET AD LATVS: DAT. VIII KAL. IVL. RAV(ENNAE) VALENT(INIANO) A. ET ANATOLIO $\overline{\text{VC}}$. CONSS.

ΓΔΟ Fuld. (incipit 13 cum, *finit* 14 seruata*)*

1 populo romano] *Γ*, ad populum romae (*om. Δ*) *ΔΟ* possit *Γ* 2 ducimus] credimus *O* aduocanda *Δ* profuturam *Γ* 3 prouincialibus] ad prouincialibus *Δ*, id pr. *Pithoeus* credemus *Γ* 4 gensericus] *Pithoeus*, iensericus *Γ*, ginsericus *O*, geusericus *Δ* non] *ΓΟ*, ut *Δ*, haud *Pithoeus* 5 cartaginensi *O*, charthageninse *Γ*, carthagin̄ *Δ* 6 dementie *Δ* 7 principi *Γ* 7/8 patr. n. theod. *O* 9 aetium] *Δ*, etium *O*, ecium *Γ* 10 militum *om. Γ* sigisuuldus] sigisuultus *Pithoeus*, segisuuldos *Γ*, sigisuualdus *O*, sigisundus *Δ* tam] tutam *Pithoeus; fortasse scrib.* etiam atque] quam *O* 11 extiua *Γ* incestum *Δ* 12 hoc admonemus] *Γ*, nostros (nostro *O*) monemus *ΔΟ* 13 et] *Γ*, ex *ΔΟ* quo] *O Pithoeus*, quod *ΓΔ* debet *Δ* defensari] *Γ*, defensare *ΔΟ* 14 ostis *Fuld.* usus] *Γ*, ius *Δ Fuld.*, uis *O Pithoeus* exigerit *ΓΔ* seruatur *Fuld.* 17 oste *Γ* 17/18 et manu d. pr. am. nostro (nostri *O*) p. r. et ad latus (latis *Δ*)] *ΔΟ*, *om. Γ* 18/19 dat. uiii k. iul. rau. *(sic Γ*, romae *ΔΟ; hic desinit Γ)* ual. a. *(om. Δ)* (u *ins. edd.*) et anatolio $\overline{\text{uc}}$ conss. *(om. Δ) libri*

X. NEQVE DOMVM DIVINAM NEQVE ECCLESIAM AVT ALIQVAM PERSONAM A QVOLIBET MVNERE PVBLICO EXCVSANDAM.

x] *Γ*, uiii *O*, theod. xxi **ΔΔ Fuld.* neque d. d. (diu. dom. **Δ*) n. eccl. aut aliquam personam (aut aliqua persona *Fuld.*, *om.* **Δ*) a (*om.* **ΔΔ*) quol. mun. publ. (publ. mun. **ΔΔ Fuld.*) excusandam (excusandi *Fuld. [context.]*)] nullam domum a publico munere excusandam *O*

Nov. X (441 Feb. 20).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. MAXIMO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum
publice privatimque in omnibus rebus ac negotiis iustitiam conservari oportet tum
praecipue in his tenenda est, quae vectigalium nervos sustinent, quoniam adtenuatis
devotorum viribus utili aequitate succurrunt. Quod plurimi respuunt, qui domesticis
tantum conpendiis obsequentes bonum commune destituunt, quo vera ac solida utilitas
continetur melius plane ad singulos perveniens, cum profecerit universis, maxime exigente hac tributorum necessitate, sine quibus nihil in pace aut bello curari potest.
Neque ultra valebit perpetuitas eorum manere paucis atque defessis inposita sarcina,
quam potior detrectat, locupletior recusat et validiore reiciente solus agnoscit infirmior.
1 Hanc itaque iniquitatem corrigentes primo capite huius sanctionis decernimus, ut omnes,
quicumque ex iure domus regiae vel a pietate mea vel a qualibet persona sacrarum
necessitudinum mearum praedia adepti sunt sive usufructuaria largitate seu donatione
directa sive commutationis vel emptionis ratione quaesita, parem cum ceteris possessoribus condicionem subeant functionum: in hac sorte numerandis his quoque, qui retento
sibi usufructu proprietatem iuris sui venerabilium pignorum meorum vel pietatis meae
domui contulerunt. Quos omnes ea condicione tributa volumus agnoscere, ut nihil sibi
ex aurariis titulis vel superindicticiis vindicent, quos ad similitudinem domus nostrae
2 qualibet sacri praecepti inpetraverant sanctione. Secundo gradu huius legis cavemus,
ut quicumque census inlustrium dignitatum sive ecclesiasticus vel in urbe sacratissima
vel in quibuslibet provinciis ad exemplum domus nostrae quocumque praecepto diversam
sibi ab aliis ipsius census quem solvere videbatur condicionem fecerat, onus consuetum
absque ulla privilegii exceptione sustineat nec in arcalibus tantum titulis, sed et his,
quos sacri vel privati aerarii partibus deputavit vetustas, ut ita demum difficultati expensarum vexationique inopum divinam moderationem secuti gemina salutaris constituti
3 remedia porrigamus. Nunc iam non dissimile superioribus, immo cuius utilitas paene
latius patet, hac edictali lege conplectimur sine ulla honorum personarum privilegiorum

---

1 ii *om. O* $\overline{\text{ppo}}$] preposito *O* **2** iusticia *Δ* conseruari oportet] *ΔO*, conseruare oporteat *Γ* **3** in his pr. *O* quoniam] *scripsimus*, quam *Γ*, quae *ΔO* **4** utili aequitate] *Γ Pithoeus*, salua aequitate *O*, uti equitatum *Δ*, uti aequum *Pithoeus* **4/5** domestici statum *Γ* **5** bonum] bone *Γ* **6** profecerit] *O*, proficerit (-ret *Δ*) *ΓΔ* uuiuersi *Γ* **7** in pace aut bello (bella *Γ*)] in bello aut pace *O* **9** detrectat] *Pithoeus*, detractat *Γ*, decretat *Δ*, aut *O* reiciente] *Γ*, rei cedente *Δ*, recedente *O Pithoeus* **10** corrigente *Γ* omnis *O* **11** a pietate] pietate *libri* personas *Δ* **12** usufructumaria *Γ*, fructuaria *ΔO* **13** directa siue] *Γ*, directa seu *ΔO* empt. uel comm. *O* quorita *Γ* **14** condicionem (-ne *Γ*) subeant functionum (-ne *Γ*)] *ΓO*, subeant functionem (*om.* condicionem) *Δ* **15** sibi] siue *Γ* sui] sui siue *O* uel] siue *O* **17** aurariis (auriis *Γ*) titulis uel superindicticiis (superindictiis *Γ*)] *ΓO*, aur. titulis (*del. Pithoeus*) uel superindictitiis titulis *Δ* **18** inpetrauerant] *Γ*, impetrauerunt *ΔO* secundum *ΔO Fuld.* gradu] *Δ*, gradum *O Fuld.*, gra *Γ* cauemus] gauimus *Fuld.* **19** quacumque *Fuld.* dign. ill. *O*, inlustri *Fuld.* sacratissimam *Γ*, sanctissima *Δ* **20** in *om. Γ* prouincies *Fuld.* ad] ut *Fuld.* quecumque praeceptum *Γ* diuersa *Δ* **21** ab aliis ipsius *om. Fuld.* quem *om. Fuld.* condicione *Γ* fecerat] *ΓΔ*, fecerit *O* **21/22** onus c. a. ulla *om. Δ* **22** susteneant *ΓΔ* in arcalibus] marcalibus *Δ* et] etiam *O* **23** ut *om. Δ* **24** uexationeque *Γ*, exactionique *ΔO* **24/25** remedii constituta *O* **25** dissimilis *Δ* **26** edicta *Δ* conplectimus *Γ* honorum] horum *Γ*

distinctione generaliter sancientes, ut itinerum reparatio aliaque munia huiusmodi ..... omnium certante studio, quo cum facilius tum firmius inpleantur. Haec enim superioris aetatis principes et divorum parentum nostrorum liberalitas inlustribus titulis redundantis opulentia saeculi minore aliorum possessorum pernicie conferebant: quod quamvis et tunc iniustum, tamen inter initia lenius videbatur; sub difficultate autem praesentis temporis non modo rei ipsius natura iniquum, sed et inpossibile paucis ac tenuioribus constat, qui multiplicato suae alienaeque functionis onere depressi procumbent penitus, nisi aliquando idoneorum societate respirent. An forte contumeliosum putandum est inventum contra rationem nomen munerum sordidorum, quo instauratio militarium viarum, quo armorum fabricatio, quo murorum refectio, quo apparatus annonae, quo reliqua opera, per quae ad splendorem defensionis publicae pervenitur, prava appellatione censentur? sine quibus nullus maximarum rerum procedit eventus? quorum adminiculo salutem pariter et decus tuemur imperii? ac, ne singula prosequamur, sine quibus nihil necessarii operis effici potest? Repetita clementiae nostrae praeceptione sancimus, ut antiquatis omnibus privilegiis, quae vel dignitatibus delata fuerant vel diversae militiae collegia meruerunt aut nomine venerandae religionis obtentum est, omnis ubique census, qui non personarum est, sed agrorum, ad universa munia a nona dumtaxat indictione, ut supra definivimus, absque ulla discretione cogatur. In qua parte quo quisque honoratior aut opulentior est, eo alacriorem publicis necessitatibus animum debet, quarum sibi procurationem magis intellegit profuturam, Maxime p(arens) k(aris-
4 sime) a(tque) a(mantissime). Inlustris igitur et praecelsa magnitudo tua hanc legem consuetae sibi provisionis vigore in omnium provinciarum populorumque notitiam perferet et celeriter universos diu expectati remedii salubritate iubebit potiri, ut sero saltem difficultati rerum devotio locupletum pariter ac pauperum iustis aequata partibus libentius obsecundet. DAT. X KAL. MART. RAV(ENNAE). ACCEPTA PRID. ID. MART. VBI SVP(RA) P(OST) C(ONSVLATVM) VALENTINIANI A. V ET ANATOLII $\overline{\text{VC}}$.

ΓΔO Fuld. (incipit 18 secundo, *finit* 21 uidebatur*)*

27 distinctionem $Γ^a$ reparato Δ aliaque] atque O *post* huiusmodi *videtur excidisse* expediantur *vel simile vocabulum* **28** omnium *om.* Δ studium Γ quo *om.* O **30** redundantis] *scripsimus*, redundantes ΓΔ, redundante O conferrebant Γ quod] quod si Γ **31** lenius] legimus $Γ^a$, leuius *edd.* autem] aut e Γ **32** tempore Δ et *om.* Δ inpossibilem Δ **33** ac tenuioribus] ante moribus Γ multiplicatu Γ alienaeque] aliene nequed $Γ^a$, alienoque Δ, alienae O **33/34** procumbant Δ **34** idoneorum] sordidorum munerum O **35** est] est et O contra rationem] O *Pithoeus*, contra ratione Δ, contraria racione Γ munerum] numerum Γ **36** uiarum] Γ *Pith. (ed. adnot.)*, uirorum ΔO quo arm. refectio quo mur. fabricatio O **37** quae] quem Δ defensionis] Γ, distinctionis ΔO **38** maximorum Δ **38/39** adminicolum Γ **39** salutem] Γ, statum O *Pithoeus*, statim Δ tuimur Δ **40** effici] perfici O repetita] reperta Δ, quare repetita *Pithoeus* **41** antiquantes Δ **42** meruerant O aut] ΓΔ, uel O; *fortasse scrib.* aut si quod obtentum est] ΓΔ, obtenta sunt O **43** uniuersa] ΓO *Pithoeus*, uersa Δ a nona] Γ *Pithoeus*, annona Δ, annonae O; *nona indictio incipit a. 440 Sept. 1* **44** ut] qua O diffiniuimus O qua] Γ *Pith. (ed. adnot.)*, quarta Δ, quartam O **44/45** parte quo] partem quo enim O **45** op. et hon. O **46** procuratione Δ **46/47** $\overline{\text{pkaa}}$] $\overline{\text{pka}}$ Δ **47** inlustre Δ **48** perferet] O, perferret Δ, praeferret Γ, perferre *Pithoeus* **49** spectati Γ salubritate (sabritate Γ) iubebit (iuberi Γ)] iub. sal. O poteri Γ, potiori Δ saltim Δ **50** difficultate O, difficultari $Γ^a$ rerum] remota O **51** x] xu O accepta prid. id. mart. ubi sup.] Δ, *om.* ΓO **51/52** $\overline{\text{pc}}$.] Γ, post consulatum Δ, *om.* O **52** ualentiniani] ualeñ Γ, ualentiniano ΔO u et anatolii $\overline{\text{uc}}$.] u *(om. Γ)* et anatolio $\overline{\text{uc}}$ *(om. Δ)* cons. ΓΔ, cons. O

XI. DE HONORATIS ET QVIS IN GRADV PRAEFERATVR.

xi] Γ, xuiiii *O*, theod. xluiii *ΔΔ *Fuld.* de honoratis et *om. O (context.)* quis in] qui sine *Γ (lat.)* gradu] gradu cui *O (context.)* perferatur *Fuld. (context.)*

Nov. XI (443 Mart. 13).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. STORACIO P(RAEFECTO) V(RBI). Studiose niti atque agere clementiam nostram decet, ut quidquid ad cumulandum consularium titulorum nomen proficit sanciamus, quos pro sui magnitudine ac reverentia vetustatis etiam
1 nobis libenter adsciscimus. Et quoniam certum est lege divi parentis nostri Gratiani cautum, quae amplissimis dignitatibus definitum venerabilis constitutio ordinem dedit, ut patriciatus honor et infulae consulares, si copulata sibi unius personae meritis iungantur, eum, cui utrumque contigerit, potiorem faciat illo, qui ex his alterius honoris tantum fulgorem consecutus videtur, plenum rationis et aequitatis putavimus, ut quisque bis consulatus adipisci meruisset insignia praeferatur his, qui semel functi sunt hoc honore. Quod si alterius adiectio dignitatis hanc solam superat, quanto magis duplicatae tanti suggestus infulae et curulium ornamenta geminarum obtentis semel anteferenda
2 sunt fascibus, Storaci p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime)? Inlustris igitur et praecelsa magnitudo tua hac nos generali lege sanxisse cognoscat, quam propositis edictis vulgare debebit, ut quisque consulare fastigium secundo conscendere meruerit illis etiam praeferatur, qui uno anno fastis nomen dederunt, quamvis anteriore tempore consulatum cum patriciatu pariter sunt adepti. Ea enim dignitas, quae nomini quoque Augusto quoddam decus videtur adquirere, secundo delata privatis personis absque superioris praescriptione temporis iure universis honoribus antecellet. DAT. III ID. MART. ROM(AE). P(RO)P(OSITA) IN FORO TRAIANI MAXIMO II ET PATERIO VV. CC. CONSS.

ΓΔO Fuld. (incipit 2 clementiam, *finit* 3 sanciamus)

1 aa. *om. O* stauratio *Γ* pref. urbis *Δ*, pc *Γ*, preposito *O* 2 climencia *Γ* consularium] consolauerit *Fuld.* 3 proficet *Γ*, profecit *Fuld.* reuerenciam *Γ* 4 adsciscimus] *ΓO Pithoeus*, adscimus *Δ* lege .... gratiani] *scilicet C. Theod. 6, 6, 1* 5 ampl. dignitatibus (-tatis Γ^{a}) def. uenerabilis constitutio] uenerabili constitutione ampl. dignitatibus def. *O; scrib.* uenerabilis constitutio ampl. dign. def. 6/7 iungatur *Δ* 7 eum] ei *Γ* potiore *Γ* illo] llo *Γ* 8 quisque] *ΔO*, quisquis *Γ Pithoeus* 9 adipisci *om. O* praeferetur Γ^{a} hoc *om. O* 10/11 duplicatam tantum *Γ* 11 curulium (*Pithoeus*, currulium *Γ*, curialium *Δ*) orn. geminarum] gemina curiarum ornamenta *O* 12 pkaa] pka *Δ* 13 magnitudo] *Γ*, magnificentia *ΔO* hanc nos gerali *Γ* 14 quisquis *Pithoeus* consulare *om.* Γ^{a} secund *Γ* etiam *om. O* 15 anteriori *O* 16 conpatriciatu *Γ* sint *O* nomine *Γ* agusti Γ^{a} 17 quodam *Δ* 17/18 sup. praescr. temp.] *Γ*, praescr. sup. temp. *O*, superioris (*om.* praescr. temp.) *Δ* 18 antecellet] *ΓΔ*, antecellit *O Pithoeus* mart.] maii *O* 19 pp. in f. traiani *om. Γ* uu. cc. conss.] uc. cons. *Δ*, conss. *O*, *om. Γ*

XII. DE PECVNIA AFRIS CREDITA ET FIDEIVSSORIBVS EORVM.

xii] Γ, iii *O*, theod. xxii *ΔΔ *Fuld.* afiris *Fuld. (context.)*, firis *Fuld. (lat.)* et (*ins.* de *Δ*) fid. (fedeiussores *Fuld.*) eorum *om.* *ΔO*

Nov. XII (443 Oct. 19).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si adflictis Afrorum fortunis, qui omnes facultates suas per acerbissima supplicia amittere sunt coacti, decet miserationem publicam quocumque potest humanitatis genere vel

---

1 ablino Γ^{b}, abillino Γ^{a} ii *om. O* ppo] *ΓΔ*, preposito et patricio *O* 2 fortunis] personis *O* per] super *Δ* admittere *Γ* 3 potes *Δ*

singulis vel in commune consulere, quanto dignius est infortunia eorum contra molestias
inprobas creditorum clementiae nostrae remediis sublevari? Quos enim constat pericula
famis aliter non posse depellere, nisi ope aliena auxilioque recreentur, quam magnae
acerbitatis putandum est hos ipsos inopes omnium rerum et precario victu egentes con-
pelli ad . . . . . iniuriam restituere ea, quae inproviso cladis impetu vis maior ab-
straxit sibique inter omnium spolia vindicavit? Et certe solet etiam salva re prodesse
debitoribus, si quid iis calamitatis acciderit. Hic vero, ubi omnium fortunarum
diluvium, ubi etiam quod per ignorantiam dominorum latere potuit intolerabilis
inquisitionum cruciatus extorsit, quisquam dubitare poterit, quin inmanitatem superet
hostilem, si quis, quod integris et florentibus dederat, nunc ab spoliatis egentibus et
extorribus patria recuperare conetur nec eos vereatur exigere, quos erubescendum est
1 non iuvare, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime)? Ob hoc inlustris et
praecelsa magnitudo tua pragmatici nostri secuta praeceptum sciat miseriarum circa
Afros intuitu clementiam nostram statuisse, ut nulli nomine chirograforum creditae
pecuniae sive fideiussorum usque ad recuperationem rerum suarum quolibet pulsante
teneantur. Pro quibus neque fideiussores neque mandatores eorum quolibet genere obli-
gatos inquietari volumus, qui plerumque a creditoribus nomine debitorum conveniri pro
arbitrii sui interpretatione consuerunt. Quae forma circa eos debitores servabitur, quos
cum patria omnia sua amisisse constiterit, hoc est exceptis qui alibi locupletes atque
2 idonei non debent uti excusatione miserorum. De his quoque, quae intra provinciam
gesta sunt, in qua liberum modo non est sub quolibet causarum vel litium titulo solitum
ius a quoquam conventionis exigere, amissis aut relictis ibidem necessariis instructionibus
nemo pulsabitur, nisi forte alia evidenter adprobatione doceatur. Quod observari volumus,
sicut dictum est, usque ad illud tempus, quo qualibet ratione atque eventu patriae vel
3 propriorum recuperatio optata contigerit. Illud etiam pari iustitiae ratione servandum
est, ne creditae pecuniae cuiuslibet temporis a personis, quarum supra infortunia expressa
sunt, usurae penitus postulentur, cum abundare debeat creditoribus, si post rerum inte-
4 grationem ad sortem potuerint pervenire. Quae ut inviolata serventur, multa decem
lib(rarum) auri dispendio ferietur quisquis contra statuta numinis nostri, quae circa
Afros moti aerumnis protulimus, venire temptaverit. Quam rem et his ipsis rationabilem
videri posse credimus, qui aequitatis tramitem stimulis cupiditatis animum depravantibus
vel nolunt tenere vel nesciunt. DAT. XIIII KAL. NOV. RAV(ENNAE) MAXIMO II ET PATERIO
VV. CC. CONSS.

ΓΔO Fuld. (incipit 33 quam rem, *finit* 35 nesciunt*)*

4 infortuna *Δ* 4/5 improbas mol. *O* 5 subleuare *Γ* 6 recehentur (-ter *Γ*[a]) *Γ* 7 aceruitatis *Δ* 7/8 *post* conpelli ad *excidisse videntur talia:* debita soluenda et adempta per 8 restituere ea] et ea restituere *O* maor *Γ*[a] 9 sibique] *ΓO Pith. (ed. adnot.)*, ubique *Δ* uindicabit *Δ* 10 his *libri* accederit *ΓΔ* 11 ignoratiam *Γ* dominorum] *fortasse scrib.* dominantium poterit *Γ* 12 inquisitionem *Γ*[a] qui inhumanitatem *Δ* 13 quod] quod et *O*, *om.* *Γ* spolianti *Γ*[b], spoliantibus *Γ*[a], spoliatis et *O* 14 ex tortoribus *Δ* patriae *ΔO* 15 p̄k̄a̅a̅] *O*, post k̄a̅a̅. *Γ*, p̄k̄a̅ *Δ* inlustre *Δ* 16 praecelsa magnitudo tua] *Γ*, praecelsa magnificentia tua *Δ*, p. m. t. *O* secuti *Γ* 17 chirograforum] *Pithoeus*, cirographorum *O*, cyrograf(f)orum *ΓΔ* 18 recuperatione *Γ* 19 teneatur *Δ* 20 inquietare *Γ* conuenire *Γ* 21 interpretationem *Δ* consuerunt] conseruent *Γ* 22 admisisse *Δ*, amisse *Γ* 23 debet *Δ* prouincia *ΓΔ* 24 qualibet *Γ* titulum *Γ* 25 conuentionis a quoquam *O* 26 alia euidenter] *Δ*, alia euidenti *O*, alique uidentur *Γ* adprobatione] *requiri videtur* uti probatione doceantur *O* obseruare *Γ* 28 contegerit *Γ* iustitiae] iustitia et *O* 29 infortuna *Δ* 29/30 sunt expr. *O* 30 abundare] *ΔO*, abulare *Γ* post rerum] *O Pith. (ed. adnot.)*, postremum *ΓΔ*, post demum *Pithoeus* 30/31 integratione *Γ*, redintegrationem *Pithoeus* 31 potuerit *Δ* quae] quam *Γ* multae *O: recte fortasse* 32 lib.] *scripsimus*, libras *ΓΔ*, librarum *O Pithoeus* nominis *Δ* 33 muti *Γ* timtauerint *Γ* et *om.* *Γ* racionabile *Fuld.* 34 uidere *Fuld.* crededemus *Fuld.* qui] nisi *Pithoeus*, *om.* *Δ* equitate *Fuld.* 35 tenire *Fuld.* nestiunt *Γ* xiiii] xiii *Γ* rau̅.] *Γ*, *om.* *ΔO* 36 u̅u̅. c̅c̅. conss.] u̅c̅. conss. (cons. *Δ*) *ΔO*, *om.* *Γ*

XIII [*Haenel* XVIII]. DE TRIBVTIS FISCALIBVS ET DE SACRO AVDITORIO ET DE DIVERSIS NEGOTIIS.

xiii] *Γ*, uiiii *O*, theod. xxiii **ΔΔ Fuld.* fiscalibus] et fisc. *O* et de sacro (sagro *Fuld.*) auditorio] *Δ Fuld.*, *om. Γ *ΔO* et (uel *Δ Fuld.*) de (*om. Γ [lat.]*) diuersis (*sic Γ*, ceteris *Δ Fuld.*) neg. *om. *ΔO*

Nov. XIII [XVIII *Haenel*] (445 Iun. 21).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Numidarum et Maurorum Sitifensium nuper acta legatio, quam Palladius v(ir) s(pectabilis) comes et ... tribunus v(ir) c(larissimus) et Maximinus v(ir) l(audabilis) sacerdotalis probabiliter executi sunt, huius legis praeceptum de nostra perennitate promeruit. Proinde quia aequum est aegris provincialibus et publica clade vexatis humanitatis nostrae beneficiis subvenire, hunc tributi modum ab his magnitudo tua sperandum esse cognoscat, ut retractis septem partibus octavam tam privatae quam enfyteuticae glebae possessor agnoscat, pro qua octava omnibus titulis ad unum redactis, quos possessor vel quivis quolibet nomine praestare consueverant, quattuor milia ducentos tantum sol(idos) et mille ducentas militares annonas et ducentum capitum Numida provincialis exsolvat, ita ut praedia domus divinae, quae a perpetuariis detinentur, simili modo octavam partem
1 inferant etiam argentariae functionis. De teloneo vero statuimus, ut ex quinque centesimis duae Rusicadiensi et Chullitanae civitatibus, tres sacris largitionibus inferantur; de salinis alumine caractere herba rubia lini maceratura et clavi vetri tantum tituli a sacris largitionibus pro numero hominum et possibilitate poscantur, ab hoc actu vel
2 cura curialibus penitus remotis. Quinta etiam, quae in privilegiis domus pietatis nostrae vel necessitudinum nostrarum recedit, superfundatur cunctis possessoribus, ut promissa summa, quae ad arcam defundenda est, inpleatur. Quae omnis exactio per
3 provinciale procuretur officium, a curialibus submota molestia. Has autem militares annonas cum provinciales pro longinqui difficultate itineris in adaeratione persolverint,
4 unius annonae adaeratio quattuor per annum solidis aestimetur. Ne vero necessitatis occasione in expeditione militi constituto carioris cuiquam vendere liceat, pretia necessariarum rerum sub hoc modo, quo annonam adaeravimus, iubemus inferri: id est tritici ad

---

1 ii (*om. ΔO*) ppo (preposito *O*) *libri* 2 paladius *Γ* 2/3 us (*sic Γ*, uir spectabilis *O*, uir *Δ*, uir c. *Pithoeus*) comes (comis *Δ*) et (*om. Γ*) tribunus uc (*om. O Pithoeus*) *libri; ante* tribunus uc *hiatum signavimus praeeunte Haenelio* 3 maximinus] *Γ*, maximianus *O*, maxinianus *Δ* u(ir) l(audabilis) sacerdotalis] *scripsimus*, uel sacerdotales *Γ*, uir laudabilis *ΔO* 5 uexates *Γ* 5/6 beneficio nostrae *O* 6 subueniri *ΔO* 7 enphiteutice *Γ*, infit(h)eutic(a)e *ΔO* 8 octauam *Γ* 8/9 uel quiuis (*sic Gutherius*, ciuis *ΓΔ*) quolibet] cuiuslibet *O* 9 consueuerat *O* 10 ducenta capita *O* numida (nummida *Γ*, munida *Δ*) prouincialis] prouinciales numidie *O* exsoluant *O* ita ut] aut *Δ*, ut *Pithoeus* 11 detenentur *ΓΔ* 12 functiones *Δ* teloneo] *Ritter*, theuloneo *Γ*, colone *Δ*, colonis *O* ex *om. Δ* 12/13 centissimis *ΓΔ* 13 rusicadiensi] rusiccadiensis *Γ*, rusicaniensis (-ses *Δ*) *ΔO* chullitanae] *sic fere scrib.* (*cf. C. I. L. VIII p. 700*), collectane *Γ*, colitaneae *O*, coluane *Δ* largitionabilibus *Δ* 14 alumine salinis *O* caractere] *om. O; intellegi videtur* carectum, *locus ubi crescit carex sive spartum, fortasse item dictum* carectrum (*cf. glossa Agnardi apud Goetzium vol. 5 p. 617:* 'carectrum est locus quo lisca [*= Riedgras: Diez, Wörterbuch der rom. Sprachen I p. 351*] crescit' herba rubia] h. rubea *ΓΔ*, *om. O* lini maceratura et *om. O* claui uetri (*sic Γ*, uitrei *Δ*) *om. O; continetur in loco corrupto praeter nomen vectigalis cuiusdam etiam adiectivum, quale est* ueteris 14/15 tantum tituli a (titula *Δ*)] *ΓΔ*, ut tantum a *O* 15 largitionabilibus *Δ*, largitionalibus *Pithoeus* pro numero (-rum *Γ*) hom. et poss. poscantur] poscatur quantum pro n. et poss. hom. uisum fuerit *O* ab] *ΓO Pithoeus*, ob *Δ* 16 curalibus *Γ* quinta etiam quae in priuilegiis] *Γ*, quanta etiam et omnibus priuilegiis *O*, quintam omnibus que iugiis (iugis *Pithoeus*) etiam *Δ* 17 recedit *om. O; fortasse scrib.* resedit (*ita Beck*) *vel* res cedit superfunditur *ΔO* ut] sit *Δ* 18 defundenda est] *Γ*, deferenda est *O*, defendentes *Δ* qua *Γ* 19 a *om. Γ* submota] sullata *O* molestiam *Γ* 20 longinqui] *ΓO*, longinqua *Δ* difficultati *Γ* 21 solidi *Δ* 22 milite *Δ* carioris] *Γ Pithoeus*, cariores *O*, curiores *Δ* uindere *ΓΔ* pretio *O* 22/23 necessarium *Δ* 23 quod *Δ* adaerauimus] *Γ*, adaeramus *ΔO* inferri] *Γ*, ferri *ΔO*, farris *Pithoeus*

singulos solidos Italicos modios quadraginta et carnis pondo ducenta septuaginta, vini sexta-
5 rios Italicos ducentos. Mauri vero Sitifenses servatis omnibus privilegiis dudum sibi a
retro principibus indultis pro omnibus titulis totius annonae nomine quinque milia soli-
dorum et quinquaginta capitum in annonis ducis consueto tempore annua functione
dependant, pro octava portione soluturi quod tributum erit exceptis praediis divinae
6 domus, quae tamen exemplo Numidiae provinciae conlatura sunt pensiones. Desideriis
vero, quae probabiliter insinuata sunt auribus nostris, singillatim responsa praestamus:
ne cuiquam passim titulos in praediis propriis vel alienis vel pietatis nostrae nomine
vel sacrarum necessitudinum nostrarum vel cuiuslibet alterius fas sit adfigere, ita ut et
post recuperationem provinciarum, si qui inpositi sunt, ilico a possessore praedii depo-
nantur eosque haec poena maneat, ut, si quis suo fundo adposuerit titulos, quinque libras
auri fisco nostro cogatur inferre, si alieno, amissa negotii repetitione quaecumque ei
7 conpetit, decem libras auri qui fuerit titulos adposuisse convictus exsolvat. Interest
etiam publicae commoditatis, ne vexatae provinciae ambitione extraordinaria subruantur.
Ad has itaque provincias praeter ducem vel consularem et praesidem, qui vetustatis
privilegio ordinariorum iudicum nomen obtinent, nec curiosos litorum nec quemquam sub
8 alicuius actionis occasione illuc dirigi sublimitas tua adspirare patiatur. Ne quis
vero de hac ipsa raritate colonorum clericatus vel militiae privilegio se existimet ex-
9 cusandum, superioris legis, quae hoc inhibet, formam praecipiet custodiri. Praeterea
Constantiniensis civitatis plebi vel curialibus concessa dudum privilegia debere servari,
ita ut aquam civitati deputatam ad privatos usus non liceat usurpare; loca quoque
publica, si sine legitimo praecepto ab aliquo tenentur, pristino iuri oportere restitui.
Advocatis vero intra Africam manentibus non debere inputari ad annorum numerum
tempora incursibus interrupta barbaricis; quae tamen cum expleverint, clarissimatus
10 honore potiantur. Illud etiam permoti iustis adlegationibus libenter adnuimus, ut,
quia publico infortunio ad paucos redactus est ordinum numerus, in municipalium con-
fectione gestorum sit firmitas, si apud tres curiales publico fuerint exceptore perscripta.
11 Cautiones, quae expensarum nomine v(iro) s(pectabili) Octaviano emissae sunt, cognitis
12 per proceres nostros causis earum iusta ratione vacuamus. Quicumque etiam intra
provincias Africanas ad ius nostrum pertinentes a cuiuslibet iudicis sententia provo-
caverint, quoniam decreti antiquitus cognitoris cessat officium, inlustris urbanae praefec-
turae examine ex appellatione se noverint iurgaturos; sed quia transmarinae regionis
13 sunt, indutias tempori annum debere praestari. Illud etiam iustitiam petitionis secuti
salubriter ordinamus, ut, quoniam militaris opera tunc maxime necessaria est, si in limine
constituta barbarorum discursibus opportune semper occurrat, evagandi ex his locis

---

24 singulas Δ modia Δ carnies Δ, carnium *Pithoeus* pondus Δ **24/25** sestarius Γ, sextaria Δ **25** italicos *om.* Γ sitifensens Γ^{b} priuilegiis . . . . **26** indultis] *cf. C. Theod. 7, 1, 6. 12, 1, 64; Iust. 10, 32, 27; v. etiam C. Theod. 6, 27, 16. 8, 4, 28* **26/27** solidorum] *Pithoeus*, solidos ΔO, soledus Γ **27** capita O cum sueto Γ, consuetudo Δ **28** pro octabam porcionem Γ, pro octaua parte O **29** exemplum Γ pensiones] Γ, possessiones Δ, *om.* O **31** ne] nec Γ **32** necessitudinem Δ ita ut] itaque Δ **33** post rec. prou. si qui] *scripsimus*, si qui post rec. prou. *libri* inpositi sunt] imposite re Δ, impositi reperiantur *Pithoeus* **34** haec] post haec O poena] pene Γ^{a}Δ maneat] Γ, peneat Δ, teneat O *Pithoeus*, puniat *Pithoeus* qui Δ **35** aliena Γ amisso Δ negotii repetitione] ΓO, secundum petitionem (-ne *Pithoeus*) Δ quodcunque O **36** fuerat Γ^{a} **37** uexte Δ obruantur O **38** ad has] abbas Δ itaque] *fortasse* itemque **39** nomina O litorem Γ^{a}, lictorum O **40** alicui Δ dirige Γ adspirare *om.* O **41** raritate] O, raretate Γ, ueritate Δ, uarietate *Pithoeus* clericatus] ΓO *Pithoeus*, clericus Δ estimet Γ **42** hoc *om.* Γ inibit Δ precipies *Pithoeus*, iubebit O costodire Γ **43** plebe Γ **44** ciuitati] *scripsimus*, ciuitatibus *libri* usos Δ usurpari Δ quoque] que Γ **45** si *om.* Γ iure ΓΔ **46** africa Γ inputare Γ **46/47** numero tempore Δ **47** cum] si O carissimatus Γ **48** permotis Δ **49/50** confectio Γ **50** iustorum Δ publico] *fortasse* a publico excepte O prescripta Δ, rescripto O **51** cautiones] c. autem O $\overline{\text{us}}$] Γ, uiro sullimissimo O, uiri Δ, ubi *Pithoeus; scrib.* a u(iro) s(pectabili) octauiano] octauo anno *vel* octauum annum *Pithoeus* **52** per proceres] ΓO *Pithoeus*, proces Δ quic. etiam] eciam quic. eciam Γ **53** a] ad ΓO sententiam O **54** cognitores Δ **54/55** inlustris urbanae praefecturae] Γ, illustris (inlustri Δ) uiri (*om.* Δ) urbis praefecti ΔO **55** ex appellatione *om.* O iurgatores Γ regiones O **56** tempori] ΓO, temporis Δ **57** militaris] politaris Δ limine] Γ, limite ΔO **58** his] domini Δ

licentia denegetur; ne tamen ii, quibus in mediterraneo familia est atque possessio, a
domiciliis propriis penitus excludantur, per annum huiusmodi militibus unius mensis
14 indutias debere concedi. Erit etiam sollicitudinis ducis provinciae, ne cuiquam ad
occasionem vexandarum reliquiarum armatos habere liceat, nisi forte his, qui sub periculo
proprio laudabili animositate contra hostem manus suas viresque promiserint pro utilitate
communi: quorum animositatem ita erigendam esse censemus, ut quidquid de praeda
hostium conquisierint sibi habeant exceptis hominibus, quos se provinciales docuerint
15 perdidisse. Iudicibus vero administratione perfunctis ante exactos tres menses disce-
dendi de provincia licentia denegetur, ut aut coram positus bene actae rei fruatur lau-
dibus aut certe, si direptionis alicuius docebitur conscius, se repentini discessus celeritate
16 non subtrahat, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris et prae-
celsa magnificentia tua ad utriusque provinciae legationem beneficia praesentis legis
propositis vulgabit edictis, ut relevati concessa cognoscant, iudices statuta custodiant,
prohibiti interdicta non ambiant. EMISSA XI KAL. IVL. ROMAE VALENTINIANO A. VI ET NOMO
VC. CONSS.

ΓΔO Fuld. (incipit 66 iudicibus, *finit* 69 subtrahat*)*

59 hii *ΓΔ*, hi *O* atque] et *O* a] ad *Δ* **60** excludantur] exsoluantur *O* limitibus *Δ* **60/61** unius mensis (-sibus $Γ^a$) ind.] ind. u. m. *O* **61** concedi] non cedi *Δ* ducis] comitis *O* **62** occasione *Δ* reliquiarum] *Γ*, prouinciarum *ΔO* periculum *Γ* **63** promiserit *Γ* **64** commune *Δ* quorum *om. Γ* ita erigendam] iteregendam *Δ*, integrandam *Pithoeus* censuims *(sic) Δ* **65** conquesiuerint *Γ* **66** admisistracione *Fuld.* perfuncti *Δ*, perfunctae *O*, percunctis *Fuld.* ante exactos *om. Fuld.* mensis *Fuld.* **66/67** discendendi *Γ* **67** denegitur *Fuld.* ut aut] *Γ*, ita ut *ΔO Fuld.* coram] quorum *Fuld.* fruetur *Γ* **68** derepcione *Fuld.* decebitur *Fuld.* conescius *Fuld.* **68/69** se repentini *(scripsimus,* repetione *Γ)* d. c. non subtrahat] *Γ*, d. c. se non subtrahat *(om.* repentini*) ΔO*, discessus si non subtrait *(om.* repent. *et* celer.*) Fuld.* **69** pkaa] pka *Δ* inlustre *Δ* **69/70** praecelsa magnificentia tua] p. m. t. *O* **70** praesentes lege *Δ* **71** uulgauit *ΓΔ* releuati] reuera *O* concessas *Γ* iudices cognoscant *O* iud. st. custodiant *om. Γ* **72** prohibiti] *Γ Pithoeus*, prohibenti *Δ*, prohibeant *O* ambiant] abnuant *O* **72/73** emissa *(scripsimus,* emissa dat. *libri)* xi k. iul. rom. ualent. a (aa *Γ*) et nomo (numo *ΔO*) uc (uecariis *Δ*) conss. *libri*

XIIII [*Haenel* XIII]. DE FRVCTIBVS INTER MARITVM ET VXOREM EXPENSIS FILIIS VEL HEREDIBVS NON INPVTANDIS.

xiiii] *Γ*, xxi *O*, i *Brev. (om. X[context.] CΣ[context.])* maritum] uirum *EΣ(context.)* et uxorem] uxoremque *G* expensis ..... inputandis *om. O* expensis *om. Φ Paris. 4411* filiis ..... inputandis *om. Fuld.* filiis] a filiis *Φ* uel] et *L* heredibus] nepotibus *Paris. 4409* non] *sic Γ*, nomine *X (context.)*, minime *Brev. reliqui* inputaneis *Γ (context.)*

Nov. XIIII [*Haenel* XIII; BREV. I] (444 Sept. 11).

DD. NN. IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O.
Auctoritatis suae memorem amplissimum senatum gratanter agnovimus, cuius consilium inprobis rebus semper occurrit. Hinc est quod nuper inlustribus ac sublimibus viris,

---

1 dd nn. (dnn *XC*, dn P^bM^b, domn nr *Paris. 4413*, dominus nt *Paris. 4408*) impp. (imperatio *S*, *om. Paris. 4410*)] *HXC*P^bM^b*SLΨΘ Paris. 4408. 4410. 4413. 4414. 4415*, impp. *ΓΔO et reliqui* ualentinus G^t*SΘ* aa.] aug. gaug. *G* albino] *sic ΓΔOXC*, ad albino *H*, ad albinum *reliqui*, ad ablauium *S* ii] *sic ΓGS Paris. 4408*, *om. ΔO et reliqui* ppo] pfo *C*, praef. *E*, preposito *O*, praepositum *S*, ppm *Paris. 4410*, pfu. *G* **2** suae] tuae *E* memorem] meroremm E^v, maiorem E^t **3** rebis *Π* hinc] hic *G* ac *om. Γ* uiris] iuris *XL*

quos evocari ad sacratissimum comitatum utilitas publicae necessitatis exegit, nobis
suggerenda mandavit, ne abhorrenda usurpatio ab omni honesta conversatione vires
1 diutius obtineret. Conperimus enim quasdam post maritorum obitum filios suos propo-
sita indecora actione nudasse, cum ab his patrimonii sui fructus quaererent, quos utique
stante matrimonio in illa aequalitate vivendi in commune consumptos convenit aestimari
quorumque ratiocinium perplexum atque confusum ad veritatis fidem discuti posse non
credimus. Cumque illud frequentius noverimus accidere, ut maiores expensas flagitet
matronalis ornatus, et cum numquam viri post uxorum obitum huiusmodi aliquid credant
communibus filiis obponendum, durum est muliebri tantum licentiae ista permitti.
2 Ideoque, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime), inlustris et praecelsa magni-
tudo tua hac edictali sciat nos lege sanxisse, ne de coniugii copula eorum alter superstes
defuncti heredes super hac repetitione redituum aestimet lite pulsandos. Hac enim con-
dicione et uxores teneri volumus et maritos. Sive enim intercesserit dos seu oblata non
3 fuerit, omne iurgium huiusce repetitionis et ratiocinii conticescat. Hanc autem legem
utilitati et concordiae humani generis profuturam edictis per provincias propositis ampli-
tudo tua in omnium notitiam faciet pervenire. DAT. III ID. SEPT. RAV(ENNAE) D. N. THEOD(OSIO)
A. XVIII ET ALBINO VC. CONSS.

INTERPRETATIO. Si vir uxore superstite moriatur, fructus, quos stante coniugio constat expensos, nullam postea a communibus filiis seu ab heredibus mater repetendi habeat facultatem.

---

4 necessitatis publicae *O* exegit] exigit *ΔPML*, exigere *E* 5 suggerendam *Γ*; *malumus* suggerendum abhorrenda] aboriende *L*; *malumus* abolenda usurpatio *post* honesta *O* omni] omni homine *L* uiris *L* 6 diutius] ditius *X* optenerit *L*, optinere *E* quasdam] quosdam *GXCPM*; *excidisse videtur* matres *simileve vocabulum* maritorum] maritorum suorum *O* obitu *Δ* suos *om. O* 6/7 proposita] proposita et *E*, *om. S* 7 indecora actione] inde oratione *G* sui] suis *L* fructus] facultates *Pith. (ad Cuiac.)* quaereret *G*, quaerent *E* 8 stante] stantem *Γ*, instante *E*, in tante *S* comsumptus *Γ*, consumptus *EMSL* extimari *H*, stimari *L* 9 quorumque] quorumcumque *ΔE* raciotinio *G* ad *om. Δ* 10 cumque] cum *Δ* illud] in illud *GXCPM* accidere] *O*, accedere *ΓΔ et reliqui* 11 matrimonialis *L* numquam] *ΓΔESL*, nonnumquam *O et reliqui* uiri] uiros *G* uxorem *ΓM* obitum] habitum *E* 12 obponendum] opprimendum *GPM* muliebri] muliebre *Γ*, mulieri *ΔHGE Pith. (ad Cuiac.)* licentia *ΔPM Pith. (ad Cuiac.)*, licentiam *GS* ista] sta *H*, *om. GS* permittere *L* 13 ideoque] *ΓES*, et ideo *ΔO et reliqui* pkaa] pr aq am *L*, par. (parens *E*) ka *ΔE*, parens kme *H*, parens karissime auguste *S* 13/14 inlustris (-stra *Δ*) et praecelsa magnitudo tua] promulgata *H* praecelsa magnitudo tua] *sic ΓES Pith. (ad Sichard.)*, pmc. *XC*, pm tua *PM*, pre. m. t. *O*, pclā Infat *(sic) L*, precelsa magnificentia tua *Δ*, magnificenā auct. *G* 14 hac] haec *GL*, hanc *Γ*, *om. E* aeditali *ΔC* sciant *EC* de *om. G* copula] culpa *G* eorum *om. O* aliter *H* superstis *ΔESL*, suprestes *H*, superstites *G*, superstitis *PM* 15 heredis *S*, heres *GPM* hec *Δ* pepetione *G*, repetione *S* reditum *ES* aestimet] extimaent *H*, estimet et *Γ* pulsandus *L* haec *E*, hanc *G* 15/16 conditionem *G* 16 et uxores] ut uxores *ΔE* tenere *ΓL* maritus *E*, maritis *L* siue enim] siue etiam *ΔE*, siuetiam *S* intercescesserit *P* oblata] oblata marito *H* 17 omne] omnium *Γ* huiusce] huiusmodi *O*, huiuscemodi *S*, here ab huiusce *M* repetionis *Γ* raciotinii *G* contice(-i *ΔGXPML*)scat] conticessat *S*, conclusa conticescat *H* 18 humane *Γ*, humano *S* generi *ES* profutura *H* prouinciam *C* 19 in *om. H* faciet] faciat *ΔGS*, precipiat *O* 19/20 dat. iii (iiii *ΔΩ Paris. 4408. 4414. 4415*, ui *Leid.*, *om. E*) id. (k. *Leid.*) sept. (febr. *Paris. 4414. 4415*) *(hic finit L)* rau. (rauennae *O*, rauenna *H*, *om. Paris. 4409*) d. n. (dom. nr. *Leid.*, domno *Paris. 4408*, dominis *Δ*, dd nn *Paris. 4409*, dnn *G*, *om. ΓO et reliqui*) theod. a. *(om. Paris. 4413)* xuiii *(sic OHE Paris. 4408. 4410. 4414. 4415*, uiii *Γ*, xiiiii *Δ*, xuiiii *Paris. 4411. Pith. [ad Cuiac.]*, xui *G Pith. [ad Cuiac.]*, xiiii *Pith. [ad Sichard.]*, xuii *reliqui*, *om. S)* et albino (abbino *Ξ*, ad albinum *Paris. 4414*, ablauio *S*) uc. (uu cc *PM*, uic. *XΩΣΞ Leid. Paris. 4414*, *om. GES Paris. 4410*) conss. *(om. Paris. 4410. 4414. 4415) libri* 21 interpretatio] explanatio *Δ* uir] quis *Δ* uxorem *GΞ Fuld.* superstitem *G Fuld.*, suprestite *H*, stetite *Ξ* fructos $\Delta\Sigma^{2}$, fructuae *Fuld.*, *om. S* stante] tante *S*, ante *ΔΣΞ*, manentem *Fuld.*, extante *E*, constante *H Paris. 4409* coniugio] coniugium Σ^{2}, matrimonio *E* consta *Fuld.* 22 expensos] esse expensos *Δ*, expensis Ω^{b}, expensus *Fuld.*, sponsus $\Omega^{a}\Sigma^{1}\Xi$ postea] posteam Σ^{1}, potest ea *Ξ* repetendi mater (matrem Σ^{1}) *G* facultate *Ξ*

Quod et si uxor vivo marito decesserit, maritum praecipit eadem lege constringi, ut et ipse a filiis vel heredibus uxoris de ipsis fructibus, qui in commune expensi sunt, penitus nihil requirat.

Γ. — BREV. (*ΔO [om. int.] HGEXCPMSL; Φ et decurtati omnes textum omittunt, Fuldensis interpretationis frusta proponit* [21 si uir . . . 22 filiis, *deinde* 24 penitus nihil requirat]).

23 quod (*om. G*) et si] ut et Σ^1, quod et Ξ discesserit *ΔHES* marito *G*, maritus *S* praecepit *EΨΘ*Σ^1Ξ, praecipiat *GXCPM* legem *Δ*Ξ et ipse] et ipsi Ξ, ipse *ΨΘ* **23/24** a filiis] filiis Ξ *Paris. 4409. Pith. (ad Cuiac.)* **24** uel] uel ab *ES* uxores *Δ* expendi *S*, expinxi Ξ nihil (nil *ΔC*, non *Π*) poenitus *G* requirat] quaerat *PM*, sequerant *Fuld.*

XV [*Haenel Theod.* XXVII]. DE SILIQVARVM EXACTIONIBVS.

Novellam 'de siliquarum (*sic Cuiac. [obss.] Pith. [Dupuy] in margine*, reliquarum *Pith. [Dupuy]*) exactionibus' *Valentiniani, non Theodosii esse ex loco, quo eam repperit Cuiacius, apparet (v. infra p. 100).*

Nov. XV [*Haenel* Theod. XXVII] (*inter* 444 Sept. 11 *et* 445 Ian. 18).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. . . . Cum pietatis nostrae animo ad quaerenda remedii publici adiumenta perpetuae cogitationes se ingerant, nihil tam necessarium cura serenitatis nostrae perspicit, sicut omnium sensibus non dubitamus occurrere, quam ut defessis rebus adflictoque publico statu robur numerosi exercitus praeparetur. Sed nec tam salubris, in qua omnium plenae securitatis fundamenta ponenda sunt, per varia erogationum clementiae nostrae conatu modo raturus, ut ipso experimento non modo his, qui novis sacramentis obligantur, sed ne veteri quidem exercitui quae ab exhaustis aegerrime conferuntur ad victum vel ad vestitum posse praeberi: quos nisi indigna et pudenda armato homini negotiatio aluerit, vix possunt a famis periculo et a frigorum pernicie vindicari. Quae ergo his angustiis remedia providenda sint, mens nostrae serenitatis exaestuat. Nam si a possessore super alia, quae praestat, has expensas requirat, ultimas tenuesque eius vires conpulsio talis extinguet; si a mercatoribus rursus hoc efflagitet, necesse est eos depressos tanti oneris mole succumbere. Inter haec animo fluctuante hanc viam reperimus, primum cuius levissima functio publici quaestus habeat magna conpendia, deinde quae ad universos pertinens a paucis intolerabilia damna submoveat atque ita sine sensu dispendiorum sit, ut, cum plus hinc publicae utilitati conquiri valeat, nullus se speciatim queratur adfligi et neque a tenuissimis possessorum
1 reliquiis vel defectu miserabili negotiatorum quicquam inpossibile postuletur. Placuit itaque, ut omni venditione per solidum dimidia siliqua ab emptore, dimidia a venditore per omnem contractum aequaliter publico conferatur: in omnibus mobilibus inmobili-
2 busque rebus venditiones tantum emptionesque dumtaxat tali condicione. Tam bonus rei effectus aliter non poterit provenire, nisi huic muneri certi, qui praeficiendi sunt, eligantur communi procerum nostrorum consilio atque tractatu; quod electionis iudicium renovabitur circa eos, qui in aliorum locum adlectionis augmento voluerint subrogari. Per singula igitur negotiationum genera singulos praeponi oportere hac edictali lege

---

1 *inscriptio suppleta est a Cuiacio*, **AA** *tantum exhibet Pith. (Dupuy)* **3** dubitamus] *Pith. (Dupuy) in margine*, optamus *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy)* **4** statu] *scripsimus*, tantum *traditur* **5** sed . . . . **6** raturus] *haec sanari nequeunt hiulca et corrupta; possunt fuisse sic fere*: sed nec tam salubris, in qua o. pl. sec. fundamenta ponenda sunt, per uaria erogationum clementiae nostrae [genera rei ordinationem perficere potuimus nec quisquam inuentus est eam suo] conatu mod[e]raturus **6** ut ipso experimento . . . . **8** praeberi] *haec quoque hiant; sic fortasse* [illegible]*nda*: ut ipso experimento non modo his [illegible]uis sacramentis obligantur, sed ne ueteri quidem exercitui quae ab exhaustis aegerrime conferuntur[sufficere uideantur neque inde necessaria] ad uictum uel ad uestitum posse praeberi **9** homini] *scripsimus*, nomini *traditur* aluerit] *Pith. (Dupuy) in margine*, aleret *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy)* possunt] *sic* 'v(etus) c(odex)' *Pith. (Dupuy) in margine*, possent *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy)* **10** sint] *Beck*, sunt *traditur* **14** leuissima] *Pith. (Dupuy)*, lenissima *Cuiac. (obss.)* **21** tantum] *scrib.* fiant **23** concilio *Cuiac. (obss.)* **24** renouabitur] *scripsimus*, reseruabitur *traditur* adiectionis *traditur*

decernimus, quos fides atque industria huic officio sustinendo idoneos conprobaverit.
Utilius quippe est distributis procurationibus mercium omnium, ut in talibus rebus fieri
solet, depulsa permixtionis caligine apertius et liquidius declarare, quid quisque pro
3 conducta mercium nundinatione dependat. Omnis autem contractus, qui clanculario
vel emente vel vendente in fraudem legis initus fuerit, careat firmitate. Quod ne fiat,
ea ratione prospicimus, ut gestis municipalibus inmobilium rerum contractus constet
initus, mobilium vero emissis pittaciis transigatur: et is, qui praepositus fuerit huic
muneri, profiteatur se id, quod per hanc legem conpendiis publicis decretum est, con-
4 secutum, ita ut post annum securitatis amissae discussio minime requiratur. Qui si a
tabellione vel contractoribus conventus ad gesta venire distulerit, inlato curialibus, quod
huius edicti lege inferendum est, venditio perfecta stabilitate nitatur: ille autem, qui
huic rei praepositus spe lucri proprii publicum commodum putaverit differendum, tali
adficiendus incommodo est, ut tantundem ipse fisci viribus inferat, quantum de ipso con-
tractu, cui conventus praesentiam suam negavit, a contrahentibus publico fuerit inlatum,
quod ab eo magistratus et curiales exigere curabunt; quam poenam neque ordines
effugiant neque moderatores provinciarum, si qua ipsi fraude vel conludio publica
5 emolumenta distulerint. Sed haec, quae tam salubriter ordinamus, in omnibus pro-
vinciis atque urbibus una eademque volumus ratione servari: quod absque ullius erroris
inpedimento explicabitur, si certae nundinae civitatibus earumque territoriis ordinentur.
Iubemus enim et in oppidis et in regionibus certo loco ac tempore emendis atque ven-
dendis rebus per honoratorum dispositionem nec non ordinum seu civium sub praesentia
moderatoris provinciae manifesta definitione constitui. Nulli itaque mercatori praeter
hanc observationem nisi ad designata loca temporibus praestitutis ad negotiationis suae
species distrahendas passim licebit accedere, uti certa ratio emendi atque vendendi ibi
constare possit, ubi nundinandi ius provincialium tractatu fuerit deputatum et id, quod
praeberi supra statuimus, facilius eorum, qui praepositi fuerint, valeat diligentia reperire.
Quae vero ex his supplenda et minutius ordinanda sunt, amplissima ...

CVIACIVS Observationum libro 16 (in editione operum eius [Neapoli 1722] tom. III p. 472 sq.) c. 23 ('de siliquarum exactionibus'): 'Inveni id (onus siliquatici) primum definisse Theodosium et Valentinianum ... edicti eorum verba quae reperi haec sunt' *(sequitur novella). PITHOEVS manu sua in cod. Parisino Dupuy 702 fol. 117:* 'In vet. scheda Cui(aci) post no. Valentin. de fructib. inter maritum et uxorem expensis *(nobis nov. Valent. 14 [13])* et cum interpretatione ut edita est in C. Th. *[ed. Cuiac. 1566, nobis Cui. ed. 1]* pag. 550 seq[t].' *Sequitur manu diversa:* 'de reliquarum exactionibus'; *in margine adnotatur:* 'siliquarum Cassiod. lib. 4 [ep. 19] var.'. *Pithoeus videtur textum descripsisse (Pith. [Dupuy]) ex exemplo Cuiaciano non impresso, sed scripto, deinde emendasse (Pith. [Dupuy] in margine) ad codicem.*

32 pictaciis *traditur* **36** edicti lege inferendum] *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy),* edicit ualituras dum 'u(etus) c(odex)' *Pith. (Dupuy) in margine; fortasse scrib.* edicti ualitura s[emper lege inferen]dum **40** ab eo magistratus] *Cuiac. (obss.),* ab (eo 'v. c.' *in margine*) magistratu *Pith. (Dupuy)* et curiales] *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy),* ex curialis 'v. c.' *Pith. (Dupuy) in margine* **43/44** ullius erroris inpedimento] *Cuiac. (obss.),* imp. ull. err. *Pith. (Dupuy)* **48** hanc observationem] *Cuiac. (obss.) Pith. (Dupuy),* obium conuersationem 'v. c.' *Pith. (Dupuy) in margine; fortasse scrib.* praeter obuiam conversationem **49** uti certa] *Pith. (Dupuy) in margine,* ut certa *Cuiac. (obss.),* ut incerta *Pith. (Dupuy)*

XVI [*Haenel** XIIII]. DE PRETIO SOLIDI ET NE QVIS SOLIDVM INTEGRVM RECVSET.

xui] *Phill. 1735* ("de pretio solidi et reprobati .... in libro nouellarum habetur xui"), u *O*, theod. xxu **ΔΔ Fuld.* et ...... recuset] et reprobati *Phill. 1735, om.* **ΔO* ne] nec *Fuld.* solidum] in solidum *Fuld.* integre *Fuld.* recusit *Fuld.*

Nov. XVI [*Haenel* XIIII] (445 Ian. 18).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. AD P(OPVLVM) R(OMANVM). Frequens ad nos, Quirites, temerarii ausus querela pervenit, ut in parentum nostrorum contumeliam insigniti solidi eorum nominibus ab omni emptore recusentur: quod diu inpunitum esse non patimur. Hoc ergo edicto agnoscat universitas capitale manere supplicium, si quisquam vel domini patris mei Theodosii vel sacrarum necessitudinum nostrarum vel superiorum principum solidum aureum integri ponderis refutandum esse crediderit vel pretio minore taxaverit. Vir autem inlustris praefectus urbis eiusque officium decem lib(rarum) auri dispendio subiacebit, si quemquam contra hoc statutum venisse fuerit adprobatum.
1 Quo praecepto etiam illud in perpetuum volumus contineri, ne umquam intra septem milia nummorum solidus distrahatur emptus a collectario septem milibus ducentis. Aequabilitas enim pretii et commodum venditoris et omnium rerum venalium statuta
2 custodiet. De ponderibus quoque ut fraus penitus amputetur, a nobis dabuntur exagia, quae sub interminatione superius conprehensa sine fraude debeant custodiri. ET MANV DIVINA: PROPONATVR AMANTISSIMO NOSTRI POPVLO ROMANO. ET AD LATVS: DAT. XV KAL. FEB. ROMAE VALENTINIANO A. VI CONS.

ΔO Fuld. (incipit 6 (si quis) solidum, *finit* 8 subiacebit*). Epit. Monachi (cod. Berol. Phill. 1735 = Lat. Berol. 160 [Rose] fol. 157*[b]*) praeter inscriptionem et subscriptionem textum exhibet breviatum (incipit* 6 (si quis) solidum, *deficit* 12 custodiet*).*

1 ad pr.] *sic Phill. 1735,* edictum ad populum urbis romae *ΔO* 2 queritis *Δ* 2/3 insigniti *post* nominibus *O* 4 cognoscat *O* capitale] c. eum *Pithoeus* manere] minore *O* quisquam] quis *Fuld. Phill. 1735* 6 integri (-gris *Fuld.*) p. ref. e. crediderit] integri ponderis et certe monaetae ausus fuerit reprobare *Phill. 1735* 6/7 uel pretio minore (-ri *libri*) taxauerit] *om. Phill. 1735* 7 uir a. inl. (inluster *Δ*) .... officium] *om. Fuld. Phill. 1735* lib.] l̄b *Phill. 1735,* librarum *O Pithoeus,* libras *Δ,* liberas *Fuld.* 8 si quemquam .... adprobatum *om. Phill. 1735* 9 illo *Δ* in perpetuo *O, om. Phill. 1735* continere *Phill. 1735* 10 numerum *Phill. 1735* solidos *Δ* collectariis *Phill. 1735* 11 aequalitas *O Phill. 1735* omni *Δ* uenalia *O; fortasse scrib.* venalium pretia 12 amputetur] auferatur *O* dabuntur] aguntur *Δ,* agentur *Pithoeus* exacta *O* 13 et manu ... 14 ad latus *om. Phill. 1735* 15 romae *om. Phill. 1735* ualentiniano a. ui] *sic Phill. 1735,* ual. a. quinto (u ā. *Δ*) *ΔO* cons. *om. Δ*

XVII [*Haenel* XVI]. DE EPISCOPORVM ORDINATIONE.

xuii] xu *Γ*, iiii *O*, theod. xxiiii **ΔΔΣ Fuld.*, theod. xuiiii *Ξ* ordenacione *Fuld.*, ordinationem *Ξ* *pro rubrica* de primatibus ecclesiae chatholicae *Col.*, constitutio ualentiniani imperatoris *Deusd. (in margine).*

Nov. XVII [*Haenel* XVI] (445 Iul. 8).

DD. NN. IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. AETIO VIRO INL(VSTRI) COM(ITI) ET MAG(ISTRO) VTRIVSQVE MILITIAE ET PATRICIO. Certum est et nobis et imperio nostro unicum

1 dd. nn. (dom̄. n̄s. *Col.*, *om. reliqui*) impp. (theudotius *Col.*) et ualent. aa.] imp. ual. a. *om. Γ* 1/2 aetio (etio *O*, accio *Ξ Cui.* ... (uir *Σ*) inl. com̄. (*sic ΣΞ*, comiti *O*, mag. (magn̄ *Ξ*) utriusque militiae *Σ*, mil. [militum *Δ*] utr. *reliqui*) et patricio (et patr. *om. ΣΞ Cui. ed. 1*)] *ΔOΣΞ*, aetio patricio *Col.*, omnibus sub imperio aeternae urbis r. ubique terrarum degentibus *Deusd.*, *om. Γ* 2 et nobis] nobis *Δ* imperium nostrum *Γ* unum *Σ*[2]

esse praesidium in supernae divinitatis favore, ad quem promerendum praecipue Christiana
fides et veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur sedis apostolicae primatum
sancti Petri meritum, qui princeps est episcopalis coronae, et Romanae dignitas civitatis,
sacrae etiam synodi firmasset auctoritas, ne quid praeter auctoritatem sedis istius inlicita
praesumptio adtemptare nitatur (tunc enim ecclesiarum pax ubique servabitur, si recto-
rem suum agnoscat universitas), et haec cum hactenus inviolabiliter fuerint custodita,
Hilarius Arelatensis, sicut venerabilis viri Leonis Romani papae fideli relatione conperi-
mus, contumaci ausu inlicita quaedam praesumenda temptavit et ideo transalpinas
1 ecclesias abominabilis tumultus invasit: quod recens maxime testatur exemplum. Hilarius
enim, qui episcopus Arelatensis vocatur ecclesiae, Romanae urbis inconsulto pontifice
indebitas sibi ordinationes episcoporum sola temeritate usurpantis invasit. Nam alios
inconpetenter removit, indecenter alios invitis et repugnantibus civibus ordinavit. Qui
quoniam non facile ab his, qui non elegerant, recipiebantur, manum sibi contrahebat
armatam et claustra murorum in hostilem morem vel obsidione cingebat vel adgressione
2 reserabat et ad sedem quietis pacem praedicaturus per bella ducebat. His talibus et
contra imperii maiestatem et contra reverentiam apostolicae sedis admissis, per ordinem
religiosi viri urbis papae cognitione decursa certa in eum et de his, quos male ordi-
naverat, lata sententia est. Et erat quidem ipsa sententia per Gallias etiam sine imperiali
sanctione valitura. Quid enim tanti pontificis auctoritati in ecclesias non liceret? Sed
nostram quoque praeceptionem haec ratio provocavit, ne ulterius nec Hilario, quem ad-
huc episcopum nuncupari sola mansueti praesulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri
liceat ecclesiasticis rebus arma miscere aut praeceptis Romani antistitis obviare. Ausibus
3 enim talibus fides et reverentia nostri violatur imperii. Nec hoc solum, quod est
maximi criminis, submovemus, verum ne levis saltem inter ecclesias turba nascatur vel

---

3 praesidio Σ^1 diuinitatis] deitatis Δ ad quem] adque Γ, atque ΔΣ^1Ξ, ad quod Σ^2 christianae *Col.*, christiano Σ^1, christianorum *Deusd.* **4** sedi *Col.* *O*Σ, sede Ξ *Fuld.*, sed Γ primitum Σ^1Ξ **5** principes Ξ et romanae *om.* Ξ dignitatis *Col.* ciuitas *Fuld.* **6** sacrae] *O*, sacra Γ *Col.* ΔΣΞ, sacram *Fuld.* firmasset] ΓΔΣ, firmassit *Fuld.*, firmasit *Col.* Ξ, formasset *O*, firmet *Deusd.* auctoritas] auctoritates Γ, auctoritatis Δ praeter auctoritatem s. i.] auctoritate s. i. obnitente *O* inlicita] inlicitum Δ*O*ΣΞ *Cui. ed. 1* **7** presumpti Δ nidatur Ξ tunc] tum Δ enim] Γ *Col.*, enim dem(-n *Fuld.*)um Δ*O*ΣΞ *Fuld. Cui. ed. 1*, *om. Deusd.* pax eccl. *Deusd.* **8** et haec] *scripsimus*, haec *libri* cum *om.* Σ^1 auctenus ΣΞ fuerit *Fuld.* custodita] constituta *Deusd.*^{a} **9** helarius *Col.* Ξ arelatenses Σ^1, arelantensis *Deusd.*^{a}, arelatenensis Γ sicuti *Deusd.* romani (-nae *Col.* ΣΞ) papae] p. r. *Deusd.* relationem Ξ **10** contumatia usu (Σ^1, usus Σ^2, usum Ξ) ΣΞ, contumacie usu *O* inlicita (-te ΓΞ, -tae *Col.* Σ^1, -tate Δ, -to *Pithoeus*) quaedam] q. i. *O* praesumendam Ξ, praesumendo *Deusd.* temptauit] putauit *O* **11** abominabiles *Deusd.* Σ^1 tumulus Ξ helarius Γ^b *Col.*, helerius Γ^a **12** arelatensis] alerateuonsis Γ, sancti arelatinsin Ξ, sanctae ar. *O*, ciuitatis ar. *Cui. ed. 1* **13** indebitas sibi] *Col.* Δ*O*Σ, indebilitas sibi Ξ, inducias siue Γ, iudicia siue *Deusd.* ordinationis *Col.* Ξ solo Ξ usurpantis] ΔΣΞ, usurpantes *Col.* Γ, usurpant *Deusd.*, usurpandi *O* nam] non Ξ alios] alias Ξ, aliquos *Deusd.*, alios *post* inconpetenter Σ^2, *om.* Σ^1 **14** inconpetenter (inconpitenter *Col.*) remouit (remouet ΔΣ^1Ξ *Cui. ed. 1*, remouens Σ^2, emouit *Col.*) indecenter (indocenter Ξ, indicenter Δ) alios (alius *Col.* Ξ)] *Col.* Δ*O* ΣΞ, *om.* Γ *Deusd.* ciuibus] quibus Δ qui] Γ *Col. Deusd.* *O*, qui q̅o̅ Σ, qui quum Ξ^a, qui qum Ξ^b, qui quidem *Cui. ed. 1*, qui quo Δ **15** quonam *Col.* facili *Col.* eligerant *Col.* recipiebatur Γ contrahebant *Deusd.*^{a} **16** claustra Ξ hostile morem Σ^1, hostili more Σ^2, hostilem mortem Ξ obsidionem ΔΣ^1Ξ agressionem Ξ **17** praedicaturos *Deusd.* *O* talibus] et talibus *O* **18** mai. et] mai. *Col.* reuerentia *Col.* per] et per *Deusd.* **19** religiosi uiri urbis (orbis Ξ)] religiosi uirissimis *Col.*, urbis (*om.* rel. uiri) Γ *Deusd.* cognitionem ΔΞ decursa] *O*Σ, decursam Δ, descursa Γ, detersa *Col.*, discussis *Deusd. Cui. ed. 1*, discussa *Pith. (ad Cuiac.)*, de causa Ξ *Pith. (ad Cuiac.)* et de his] Γ *Col. Deusd.*, ex his ΔΣΞ, et hos *O* quos] quo ΔΣ^1Ξ, quae Σ^2, quod *Col.* **20** lata sententia (-tiam Ξ) est] bona sentiant *Col.* ipsa sententia (-ciam Ξ) *om. Col.* galleas Δ, galias *Col.* etiam] quam *Col.* **20/21** imperiali (-lem Γ, -le Ξ) sanctione (-nem Ξ) ualitura] imperialis ualituris *Col.* **21** qui Ξ pontifices Ξ auctoritate ΓΣ^2 ecclesiis *Deusd.* licerit *Col.* **22** nostra Γ *Deusd.* Ξ (?) praeceptio *Deusd.* haec] hac Σ^2, ac *Deusd.* prouocauit (-bit Δ)] probauit Γ *Deusd. Cui. ed. 1* ne] nec ΓΞ nec] Γ *Deusd.*, uel *Col.* Δ*O*ΣΞ helario *Col.* **23** concupari *Col.* manasuetis Γ^a praesulis (-les *Col.*)] pontificis *O* nec] ne Δ [illegible] **24** liceat *om. Deusd.* miscere aut] [illegible] ut Δ antestites Ξ, antistitae Σ^1 **25** reuerentiam Σ^1Ξ nostri nostra (-tri Γ^b) inuiolatur lum *Deusd.* **26** maxi uerum] seruum Σ^1 inter] intra *O*

in aliquo minui religionis disciplina videatur, hac perenni sanctione censemus, ne quid tam episcopis Gallicanis quam aliarum provinciarum contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis papae urbis aeternae auctoritate temptare. Sed hoc illis omnibusque pro lege sit quidquid sanxit vel sanxerit apostolicae sedis auctoritas, ita ut, quisquis episcoporum ad iudicium Romani antistitis evocatus venire neglexerit, per moderatorem eiusdem provinciae adesse cogatur, per omnia servatis quae divi parentes nostri Romanae ecclesiae detulerunt, Aeti p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).

4 Unde inlustris et praecelsa magnificentia tua praesentis edictalis legis auctoritatem secuta faciet, quae sunt superius constituta, servari: decem lib(rarum) auri multa protinus exigenda ab unoquoque iudice, qui passus fuerit praecepta nostra violari. ET MANV DIVINA: DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS, P(ARENS) K(ARISSIME) A(TQVE) A(MANTISSIME). DAT. VIII ID. IVL. ROMAE VALENTINIANO A. VI ET NOMO VC. CONSS.

Γ Col. 212 (= cod. Coloniensis 212 = Darmstat. 2326) fol. 27ᵃ (finit 36 fuerit*).* — *DEVSDEDIT (= cod. Vat. 3833) sub numero canonum CCXXXVI (fol. 48ᵃ).* — *ΔΟΣΞ; Fuld. textus frustula exhibet* (4 cum igitur .... 6 auctoritas, 7 tunc .... 8 custodita, 34 praesentis .... 37 annos).

27 hanc *Γ*, hec *Ξ*, hi *Deusd.* perenni] per enim *Ξ* sanctionem *Ξ* censemus] *Γ Col. Deusd.*, decernimus *ΟΣΞ Cui. ed. 1*, discernimus *Δ* ne quid] ne quit *Ξ*, ne qui *Σ¹*, ut neque *Σ²* 28 tam] tamen *Col. Ξ* galliganis *ΣΞ*, gallinacis *Γ* aliarum] alienarum *ΣΞ Pith. (ad Cuiac.)* ueterem] *Γ Col. Deusd.*, ueterum *ΔΟ ΣΞ* 29 uiri uenerabilis (ueterabilis *Γ*)] uen. uiri *Ο* aeterna *Σ²* hoc *om. ΔΟΣΞ Cui. ed. 1* illi *ΔΣ¹Ξ* 30 omnibusque] hominibus qu(a)e *Σ¹Ξ*, omnibus *Col.* 31 episcorum *Γ* antestites *Ξ*, antistis *Deusd.* uenerit *Δ* nexlexerit *Γ*, nexglexerit *Σ* 32 moderationem *Deusd.ᵃ* per omnia seruatis (seruantis *Ξ*, seruatisque *Δ*)] s. p. o. *Deusd.* parentis *ΓΔΣ¹* 33 nostri] non *Ξ* detullerint *Ξ*, contulerunt *Deusd.* aeti .... 37 pkaa *om. Deusd.* eti *Ο*, aetio *Δ*, ac *Ξ*, acci *Cui. ed. 1* pkaa] *sic Col.*, pater pkaa *Γ*, pka *ΔΣΞ Cui. ed. 1*, parens k. a. a. *Ο* inlustra *Δ* praecelsa] *Γ Col. Ο*, praeclara *reliqui* magnificentia (magnicficentia *Γ*, magnificentiam *Ξ*) tua (tuam *Ξ*)] m. t. *Ο Col.* praesentes *Ξ* edictalis] et dictalis *Σᵃ*, edicta *Σᵇ*, ut dicta *Σ²*, aedictis *Fuld.* legis *om. Δ* auctoritate *ΟΣ²* 35 secuta] *Γ Col. Deusd.*, *om. ΔΟΣΞ Fuld. Cui. ed. 1* facias *Σ²* sunt *om. Col.* constituta] *Γ Col.*, statuta *reliqui* seruari] seruiat *Fuld.*, *om. Col.* decem] xi *Col.* lib.] librarum *Γ Col. Deusd. Ο*, libras *ΔΣΞ*, liberas *Fuld.* multa protinus *om. Fuld.* 36 exigendi *Γ* iudicem *Ξ* uiolare *Fuld.* manu] manus *ΟΣΞ*, manum *Fuld.* 37 diuina (-nam *Ξ*)] *om. Γ Cui. (ed. 1)* diuinitas] diuini(-e *Fuld.*)-ta *Δ Fuld.*, diuita *ΣΞ*, *om. Ο* te seruet] tem seruit *Ξ*, te seruiet *Fuld.*, seruet te *Ο* multus *Δ* annus *Δ Fuld.* pkaa] pater kaa *Γ*, pka *Δ*, pk *ΣΞ*, parens k. a. a. *Ο* 38 dat. uiii k. iul. *(sic Γ Deusd.*, iun. *ΔΟΣΞ Cui. ed. 1)* rom. (roma *Σ*) ualent. a. *(hic finit Deusd.)* ui et nomo (ui et nomo *Γ*, uictore *Σ*, ui *ΔΟΞ Cui. ed. 1*) uc. (u *Γ*, *om. reliqui*) conss. *(om. Γ) libri*

XVIII [*Haenel* XVII]. DE MANICHAEIS.

xuiii] xui *Γ*, xxii *Ο*, ii *Brev. (om. C)* de man(n)acheis *L (context.) Leid. Θ (lat.)ᵃ Col.*, de mandatis *X (lat.) C (lat.)ᵃ Fuld. (context.)*, de manicheis quid (qui *Ω*) debeat obseruari *Ω (lat.) cum Pith. (ad Sichard.)*

Nov. XVIII [*Haenel* XVII; BREV. II] (445 Iun. 19).

DD. NN. IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O.

Superstitio paganis quoque damnata temporibus, inimica publicae disciplinae et hostis fidei Christianae, ad excidium sui clementiam nostram non inmerito provocavit. Mani-

---

1 dd. nn. *(sic HGSLΩ Paris. 4410. 4411. 4415*, dn nt *Paris. 4408*, dn *Paris. 4414*, *om. Γ et* [illegible]) impp. theod. et ualent. aa. *(om. Paris.* [illegible]) augusti *Ο* albino] ablabio *Paris.* [illegible]*4414* ii ppo (praeposito *S*)] [illegible] (pf. *Paris. 4409*) ii *C Paris.* *Paris. 4408*, preposito *Ο*, *reliqui* 2 supraestitio *Col.*, superstitutio *Vat. 1050* paganis] paganorum *OGLΨΘΩ Paris. 4408. 4410. 4411. 4413. 4414. 4415. Vat. 1050*, paganorum nostris *H*, paganorum priorum *Φ* et hostis] hostis *Ο*, et ostes *EᵃL*, et honestis *Paris. 4410* 3 christianae] catholicae christianae *Φ* excidium] scidium *H*, exilium *G* nostra *Col.* pronocauit] excitauit *Ο* 3/4 manacheos *EL*, de manicheis (mannacheis *Θ*) *ΨΘ Paris. 4413*

chaeos loquimur, quos execrabiles et toto orbe pellendos omnium retro principum statuta
iudicarunt. Nec dissimulationem crimina nuper detecta patiuntur. Quae enim et quam
dictu audituque obscena in iudicio beatissimi papae Leonis coram senatu amplissimo
manifestissima ipsorum confessione patefacta sunt? adeo ut eorum quoque qui diceretur
episcopus et voce propria proderet et omnia scelerum suorum secreta perscriberet. Quod
notitiam nostram latere non potuit, quibus tutum non est neglegere tam detestandam
divinitatis iniuriam et inpunitum relinquere scelus, quo non solum corpora deceptorum,
1 sed etiam animae inexpiabiliter polluuntur. Unde, Albine p(arens) k(arissime) a(tque)
a(mantissime), inlustris et praecelsa magnificentia tua hac nos in aeternum victura lege
statuisse cognoscat, quam in omnium provinciarum faciet notitiam edictis propositis per-
venire, ut ubicumque terrarum quisquis Manichaeorum fuerit deprehensus poenas, quas
2 in sacrilegos iura sanxerunt, auctoritate publicae severitatis excipiat. Sitque publicum
3 crimen et omni volenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. Nec cui-
quam licitum tutumque sit aut celare tales aut talibus conivere, cum omnia de his a
nobis confirmata sint retro principum constituta, ut noverint universi hac edictali lege
proposita Manichaeos dignitate militiae et urbium habitatione privandos, ne quis inno-
cens talium conversatione aut societate capiatur. Successiones nec capiant nec relin-
quant, sed fisci nostri viribus adgregentur. Nec his quod palam interdicimus ulla
fraude quaeratur. Iniuriarum careant actione, contractus liberos omnino non habeant.

---

4 quos *om.* *Φ* execrabilis *Col.*, exacrabiles *L* et] ex *G* orbe] urbe *ΓE* pellendus *Col.* omnium] communium *H* **5** iudicauerunt *OHE Paris. 4410* nec] ne *S* dissimulatione *Col. GESΦ* patitur *Γ*ª **6** dicto *Ψ'ΘΩ*, dictum *ΓHL* auditumque *HL*, auditoque *Col.*, adituque *Δ*, aspectuque *Pith. (ad Cuiac.)* iudicio] iudio *Γ* beatissimi papae leonis] leonis papae *G*, papae beatissimi l. *Ψ'Θ Paris. 4413*, a beatissimo papa l. *Paris. 4414. 4415* coram] quoram *S*, quorum *GE* senatum *L* amplissimum *ΓL* **7** manifestissima] *Γ Col. ΔO ESL Vat. 1050*, manifesta *reliqui* ipsorum] eorum *G* patefacta] pater acta *Paris. 4410* sint *ΓΔHPMLΩ*, sit *Col.* eorum] ipsorum *O* **8** episcopos *Θ* uoce] uocare *L* proderit *Col. ΔEL*, prodiderit *H*, procederet *S* et omnia] omnia *GL* praescriberet *H*, perscriberit *Col.*, perscriberent *G* **9** notiam *L* tutum] *OXCPMΘ Paris. 4410*, totum *ΓΔ et reliqui* non est *om.* *H* neglere *Γ*, nec legere *E* **10** iniuriam et] iniuriam *L* quo] quod *GS*, qui *Θ* **11** etiam *om.* *O* animo *G* inexpugnabiliter *Δ* **11/12** pkaa] pa k. aa *Col.*, p. ka at *Φ*, pk. aq am *L*, pka *Ω*, pk *H Paris. 4410*, parens ka ā *E*, pater pka *Θ*, pc. ā *Ψ'*, pf. aa (aug. aug. *G*) *GXC*, parens karissime *(om. Vat. 1050)* atque amantissime *ΔS Paris. 4413. Vat. 1050* **12** inlustris (inlustra *Δ*) *(ins.* prūpta *Vat. 1050*) et] *om.* *ΓCol. HES* praecelsa (praeclara *Ψ'Θ Paris. 4413*, *om.* *H*) magnificentia (manificentia *Δ*) tua] *sic verbis perscriptis ΓΔHESΨ'ΘΩ Paris. 4413. Vat. 1050*, praecelsam agt. *Col.*, pcla mfta *L*, pmta *XΦ Paris. 4410*, pmca *C*, pmtua *GPM*, p. m. t. *O*, propta *Paris. 4408*, prumpta *Paris. 4411* hec *L*, hoc *Θ* nobis *G* legi *S* **13** statuisse] instituisse *ΓGPM* in *om.* *Φ* notitiam faciet *OC*, faciat *GSΩ* euictis *Col.* prepositis *Ω* **14** ut *om.* *E* ubi *Paris. 4409. Pith. (ad Sichard.)* terrarum *om.* *Φ* quisquis] quisque *EΦ*, quis *O*, reus quis *G* manacheorum *L Paris. 4410* reprehensus *G*, dep̄hensas *Ω* **15** sacrilegio *Γ*, sacriligis *Col.* iure *Δ Leid.* auctoritatem *HGPMΦ* serenitatis *Leid.* excipiant *G Paris. 4409* sitque] sicque *Col. G*, sed que *Γ* publice *S* **16** crimen (criminem *Γ*) et (ex *Col.*)] crimine *Paris. 4410* uolenti (uoluntati *Vat. 1050*) sine] uiolentissime *Paris. 4409* talis *ELΦΩ* sit] sed *Γ*, sitque *H*, *om.* *Ψ'Θ* uoluntas *Leid.* nec] ne *Δ Paris. 4409* **16/17** cuiquam] umquam *H* **17** licitum tutumque (totumque *Col. GESΨ'*, totum *L*, et totum *H*, tuumque *ΔΘ*)] tutum licitumque *O* celare] scelere *Vat. 1050*, delere *Paris. 4409* coniuere] conibere *Col. EΦ*, conhibere *ΔXPMS*, cohibere $HGC^{1}L$*Ψ'ΘΩ*, coherere *Paris. 4410*, cohiberi *Γ*, cobibere C^{2}, conuenire *Paris. 4413* cum *bis posuit C*, *om.* *Col.* omni *Δ Leid.* **17/18** de his *(ins.* quae *G)* a nobis] a nobis de his *O* **18** sunt *G* constituta] statuta *C* ut nouerint] agnouerint et *G* uniuersis *S*, *om.* *H* haec *Col. ΔEΨ'Θ* edictali] edicta *ΔL Paris. 4409. 4410*, dicta *Col.*, aedicta tali *Leid.* **19** propositam *G*, propter *L* manicehus *Γ*, manichos *P*, manacheos *E* dignitate (-tatem *HES*, *om.* *Φ*) militiae (-tia *P*) et urbium (turbium $\Gamma XC^{1}M$, turpium C^{2}, et orbium *G*)] militia (malitia *Leid.*) dignitate et (ut *Δ*) urbium *ΔO Leid.* et habitatione *Leid.* priuandis *L*, pellendos *O* **20** successionis *Col. EΩ*, successione *G Leid.* **20/21** derelinquant *L* **21** adgregentur] *malumus* eae adgregentur nec] ne *G* quod] quo *L* palatam *G*ª intercidimus *Ω*, intercedimus *Paris. 4409* **22** quaeratur] requiratur *Paris. 4409* iniuriarum] iniuriam *Ψ'Θ Paris. 4409*, intercessio *O* actionem *EL*, actionis *Col.* contractos *ΓEXCSΨΩ*, contra eos *Col.*, contra contractos *Vat. 1050*, cum fructus *Paris. 4409* non *om.* *L* hab

4 Primates uniuscuiusque militiae vel officii mox exigenda per apparitionem vestram X librarum auri multa percellat, si quem hac superstitione pollutum siverint militare. Neque enim aliquid nimium in eos videtur posse decerni, quorum incesta perversitas religionis nomine lupanaribus quoque ignota vel pudenda committit. DAT. XIII KAL. IVL. ROMAE D. N. VALENT(INIANO) A. VI ET NOMO VC. CONSS.

Haec lex interpretatione non indiget.

Γ Col. (= cod. Colon. 212 = Darmstat. 2326) fol. 26[b]*.* — BREV. *(ΔO [om. int.] H [deficit* 22 quaeratur*] GEXCPMSL, item selectis tamen lectionibus Φ [om. subscr. int.] et decurtati Ψ'Θ Ω Paris. 4408. 4409 [= Vat. reg. 1048 = Bern. 263: hi tres omissis subscriptione interpretatione textum incipiunt a* 12 tua hac nos, *praeterea Vat. 1048 inscriptionem omittit]. 4410 [= Berol. Savign.]. 4411. 4413. 4414. 4415 [horum duorum textus deficit* 11 polluuntur*]. 9653 [om. subscr.] Leidensis [textus incipit* 14 quisquis manichaeorum*] Vat. reg. 1050 [om. inscr. subscr.]; in Fuldensi non exstant nisi haec textus epitomati verba:* 'hoc est si manieos inuentus fuerit cuilibet persone arguere sit facultas sed ut nec aliii (qu) caelare eum non presumat'*).*

23 primatis *SL*, primate *Γ*, primitus *E*, primatus *Paris. 4410* uel *om. S* officio *Ψ'ΘΩ* apparitione *Γ*, apparationem *Col. ΔGEΨ'ΘΩ* **24** libras *Paris. 4409. Leid.* aurium *Θ* multa] poena multa *Vat. 1050* praecellat *E*, percellant *Φ* quem] quidem *S* hanc *Col. GE Vat. 1050, om. Leid.* suprestitione *Ψ'Ω*, superstitionem *ΓGE*, superstitionis *Col.* superstitutionem *Vat. 1050*, superistitutionem *Leid.* pollutum] fuerit pollutum (-am *Θ*) *Ψ'Θ* siuerint] siuerit *O*, sciuerint *Δ*, si uelint (uellint *SΩ Paris. 4410*) *GSΩ Paris. 4410*, si uiderint *E*, qui uenerint *L*, sinerent *Ψ'Θ*, si noluerint *Vat. 1050*, senserint *Paris. 4409*, miscuerint *Φ Pith. (ad Cuiac.)*, et mescuerint et sciuerint *Leid.* **25** nimium (mininum *Paris. 4413. Vat. 1050*, nimietate *PM*, nimietatis *G*, nimium aetatem *E*) in eos] in eos nimium *O Leid.*, in eos nimium in eos *Δ Paris. 4408* discerni *ΔL Leid.* quorum] in quorum *Δ* incesta] incerta *ΓGL* **26** ignota (ignata *Γ*)] nata *G* uel] *fortasse delendum* committi *GΨ'* **26/27** dat. xiii (xiiii *MΨ'*, iii *SL Paris. 4411. 4414. 4415*) kal. iul. (ferb *Paris. 4411*) *(hic finit L)* romae (roma *Col. E*) d. n. (dno *Col., om. Γ et Brev.*) ualent. a. *(om. Col. OG)* ui *(sic Col. ΔX Paris. 4408. 4410. 4413. 4414. 4415. Leid.*, u *OΨ'ΘΩ*, uii *Γ et reliqui, om. GE)* et nomo (nono *S*, numo *ΔOΘΩ Leid. Paris. 4411. 4414*, nummo *Paris. 4408*, nomideo *G*) uc (uiro claro *S, om. Col. GE*) conss. *(om. E Paris. 4410. 4414. 4415) libri* **28** haec lex (ista *ES Paris. 4414, om. Δ*) interpretatione (interpretationem *Ψ'Θ Paris. 4408. 4415*, explanat. *Δ*) non indiget (egit *EΨ'ΘΩ*, aeget *Vat. 1050*)] ex integro sic ponenda quia expositione (expost. *M*, expot. *P*, expositionem *X*) non eget *X CPM*

XVIIII. DE HOMICIDIIS CASV FACTIS NECNE.

xuiiii] xuii *Γ*, xxiii *O*, iiii *(sic) S (context.)*, iii *reliqui (om. C)* homicidiis] homicidis *O (context.)*, homicidio *XCS (lat. β)* casu factis necne] *sic Γ*, c. factis *PMS (context. et lat. α)*, c. facto *XCS (lat. β)*, c. an (uel **ΔΔ*) uoluntate (uolente *Ξ*) factis **Δ (context.) ΔGELΦΨ'ΘΩΣΞ et decurtati reliqui, om. O*

Nov. XVIIII [= BREV. III]. (445 Dec. 10).

DD. NN. IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. MAXIMO V. INL. PATRICIO. Criminosos quidem aversamur omnes et praecipue humano cruore pollutos, quorum crescit audacia, cum inpunitas per simplicia vel etiam personalia rescripta donatur. Nefas dictu: per

---

1 dd. nn *(sic GL Paris. 4410. Bern. 263*, dd n *Paris. 4414. 4415*, dd *Paris. 4409*, domnus *Paris. 4408, om. reliqui)* impp. (imppp. *Θ*) *libri* ualentinus *S* aa. *om. O* maximo *om. Paris. 4408* u (uiro *Δ*, ii *XC Sichard.*) inl. (inlustri *Δ*, inlr *X*, mli *C*, militi et *Sichard.*) patricio] *ΔXCL Pith. (ad Sichard.)*, patricio *ΓG*, patricio *u (= u) EPMS*, uiri ppo *Leid.*, ii pp *Cui. ed. 1, Pith. (ad Cuiac.)*, ppo *Ω Paris. 4409. 4410*, et patricio *O, om. ΦΨ'Θ Paris. 4413. 4414. 4415. Bern. 263*, pridiae kalendas agust *Paris. 4408* **2** auersamur (aduersamur *ΔOE SΦ*) omnes] omnes aduersamur *G* cruore pollutos] pollutos (pollutis *X*) *[sequitur spatium vacuum] XC*, pollutos sanguine *Sichard.* crescet *PM* audacia] auctoritas *G*[t] **3** cum (dum *G*, eo *Φ*) inpunitas *om. Δ* per simplicia (post supplicia *X Sichard., om. Δ*) uel etiam *(om. GS)* personalia] per suplicationes et per diualia *O* dictum *G*

ignorantiam facinora defensione vallamus! Sed quantum est, quod occupationibus nostris
astutia plectendae subreptionis inludit, cum rescripta huiusmodi etiam viro inl(ustri)
quaestore nesciente procedant, quem custodem statuimus esse iustitiae qua nullum carere
1 debet oraculum. Merito ergo male usurpata prohibentes hac edictali lege sancimus,
ut homicidii, quod tamen casibus inputaverit confessio supplicantis, non aliter indulgentia
nisi nostri numinis adnotatione praestetur, quoniam rariora erunt facinora sub nostrum
2 ventura iudicium nec ulla nisi discussis rebus venia continget. Postquam tamen ad
cuiuscumque cognitoris tribunal adnotatio nostra pervenerit, examinari fidem precum
diligenter iubemus, ut, si homicidium vel casu vel vitandae mortis necessitate constiterit
admissum, venia tribuatur orantibus, deprehensos vero in mendaciis ilico poena percellat.
His enim tantum volumus ignosci, in quorum lapsibus sola potest fortuna culpari.
Homicidas autem in hominum caedem nefaria voluntate grassatos aliorumve capitalium
3 criminum reos nec per adnotationes nostras licebit absolvi. V(ir) s(pectabilis) magister
scrinii, qui interdicta supplicantibus responsa praebuerit, quinque librarum auri multam
sacro aerario nostro cogatur inferre. Memorialis quoque cuiuslibet scrinii, qui adversum
vetita rescriptum fuerit exsecutus, spoliatus militia quinquennii relegatione plectatur.
Quod enim fas non est vel per adnotationes nostras nocentes mereri, multo magis vetamus
rescriptis simplicibus impetrare, Maxime p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).
4 Inlustris itaque et praecelsa magnificentia tua necessariam humano generi sanctionem
cunctorum notitiae publicari propositis iubebit edictis, ut salubria constituta nullus
ignoret. ET MANV DIVINA: DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS, P(ARENS) K(ARISSIME)
A(TQVE) A(MANTISSIME). DAT. VI ID. DEC. ROMAE D. N. VALENT(INIANO) A. VI ET NOMO VC. CONSS.
P(RO)P(OSITA) PRID. ID. DEC. IN FORO TRAIANI CONSS. S(VPRA)S(CRIPTIS).

---

4 ignorantia G a defensione E uallamus] bellanus Γ occupationibus nostris] occupationi nos G 5 plectenda E rurreptionis O uiro (iur Γ) inl. (illustre S, inluster L)] ul G 6 quaesturae E procaedunt G, procedent S *post* iustitiae *fortasse excidit* nostrae qua] quae G, quam Φ nullam L, ullum Φ carere] capere G, arcere Φ *Pith. (ad Cuiac.)* 7 hac] haec E, *om.* Δ edictali] edicta E 8 homicidii] ΓΔGS, homicidio OP², homicidium *reliqui* supplicantes ΔEL 9 nostro L numinis] PM, nominis ΓΔO *et reliqui* quoniam] quo L rariora] rara Γ erant E sub] si sub E 9/10 nostrum (-ro G) uentura] nostrumuae deuenitur uenire E 10 iudicio G nec ulla (-am L) n. discussis (discursis PM) r. u. continget (*sic* ΔCP²Φ, contiget ΓX, contigit S, contingat G, contingit *reliqui*) *om.* O 11 cognitores Δ, *om.* G adnotatio nostra] ad notitiam nostram E examinare E, exanimari G precium Δ 12 ut si (*om.* Φ) homicidium (-dio Φ) *om.* GS casu] causa GS 13 uenia] ueniam PL, *om.* Γ tribuetur E^b honorantibus Φ deprehensus Γ 14 tantummodo C solo L 15 hominis C caede L crassatos PMSL capitalium] capita L 16 per] pro E adnotationem Γ u. s. (sp. E)] uir expectabilis Δ XC, uir autem spectabilis O 17 librarum auri] Γ, auri librarum ΔO *et reliqui*, librarum X multam] ΔO, multa Γ *et reliqui* 18 sacro aerario] sacrario E, secretario Φ *Pith. (ad Cuiac.)* cogitur Δ, cogetur PM memoriales ΓPML qui] quia Δ aduersum] ΓΔEPMS, aduersus O *et reliqui* 19 uetitum C expoliatus ΓESL quinquenni M religatione ESL plectetur ΓΔEXCPM 20 nocentes *om.* O multum Γ 21 rescriptis] perscriptis Γ, ueniam rescriptis S imperare Δ pkaa] *sic* OCΦ, *post* k aa. Γ, pater kaa X, pk aq. am. L, parens ku a E, pk atque amantissime PM, pater karissime eamque amantissime Δ, parens karissime atque amantissime S 22 inlustra Δ, *om.* Γ et *om.* Φ praecelsa magnificentia tua] *sic verbis perscriptis plerique*, pcla mft L, pta C, p. m. t. O, promulgata Φ necessarium E, necessaria ΓSL, necessario Φ humano .... 23 notitiae *om.* S genere Γ, generis L sanctione M, sanctionum E, actionem L 23 in cunctorum (*om.* Γ) notitiam (notiae M) O propositis *om.* Φ iubebit (iubet L) edictis] iuue interdictis Φ salubri E constituta] statuta EPMS 24 et manu diuina ...... 24/25 pkaa *om.* Γ *Paris. 4410* et *om.* L manu diuina diuinitas te seruet] manus diuina te conseruet O per multos annos *om.* L 24/25 pkaa] PM, pk. O, parens ka aa E, pater k. aa XC, pater karissime atque amantissime Δ, parens karissime anguste S, *om.* L 25 dat. (*om.* L) ui (*sic* ΓEXCPM *Paris. 4410*, u ΔOLΩΞ *Leid.*, uii *Paris. 4408. 4411. Epit. Mon.*, uiii *Paris. 4414. 4415*) id. (d L, non. *Leid.*, kl *Paris. 4411*) dec. (sept. Ω *Paris. 4410*) (*hic finiunt* LΞ *Paris. 4409*) romae (romam Σ, *om. Paris. 4414. 4415*) d. n. (*sic Paris. 4414*, dom. nr. *Leid.*, domn. *Paris. 4408*, iom n *Paris. 4411*, domni Δ, dd XC, dd nn *Paris. 4410. 4415*, *om.* ΓO *et reliqui*) ualent. (ualentiano Γ) a. (*om.* X CPM *Paris. 4410. 4414*) ui (xui *Paris. 4414. Epit. Mon.*, *om* C) et nomo (numo ΔOECΩ *Leid. Paris. 4411. 4414*, nummo Σ *Paris. 4408. 4415*, numero X, euodio *Epit. Mon.*) uc. (uiro claro S, uic. *Leid. Paris. 4414*, *om.* ΔE) (*hic redit* Ξ) conss. (constantinopoli *Paris. 4414. 4415*, *om.* E *Paris. 4410*) *libri* 26 pp prid. (*om.* Ξ) id. dec. (septem. *Pith. [ad Cuiac.]*) (*hic finiunt* XC *Leid.*,

INTERPRETATIO. **Lex ista praecipit, ut si quis ad principem convolaverit adserens se casu homicidium perpetrasse — nam non voluntarie a se homicidium fuisse commissum — et si per supplicationem a rerum dominis veniam potuerit impetrare, a rectore provinciae ubi casus iste commissus est id specialiter debet inquiri et, si certa fuerit suggestio supplicantis, veniam mereatur obtentam. Ceterum si voluntarie habita discussione convictus fuerit homicidium commisisse, eandem poenam excipiat, quae de homicidiis legibus habetur expressa: impetrata non valeant et capitali sententia feriatur. Reliqua constituta lex ipsa declarat.**

Γ. — BREV. (**ΔΔO [om. int.] G [deficit* 13 admissum, *redit* 27 interp.*] EXCPMSL, item selectis tamen lectionibus Φ [om. subscr.]; decurtati omnes textum omittunt, Fuldensis interpretationem tantum proponit [finit* 33 feriatur*]; cf. l. Visigoth. 6, 5, 1* ['si quis nesciens occidat hominem']). — *Lex Rom. Burg. 2, 2:* 'si uero homicidium casu uel uitandae mortis causa forte dicatur admissum, ad principis noticiam per relationem iudicis est referendum et eius sententia expectanda secundum legem ex corpore nouellarum theodosii et ualentiniani ad maximum patricium datam'. — *In codicibus XC novellae nostrae interpretationem legis R. Burg. titulus 2* 'de homicidiis', *cuius alteram paragraphum supra laudavimus, et verbis et ordine mutatis sub praescripto* 'interp(retatio) de homicidio uoluntario' *sequitur. Cuius textum ad libros illos collatum dedimus in Prolegomenis.*

redit Paris. 4409) in foro traiani *(sic *ΔΔ Paris. 4411,* traiano *ΩΣΞ,* troiano *Paris. 4409,* traciani *Paris. 4415,* triani *Paris. 4414,* traino *Paris. 4408)* conss. s(upra)s(criptis) *(scripsimus,* cons. **ΔΔΩΣΞ Paris. 4408. 4411,* subscrip̄. *Paris. 4409,* subscripta iii ** Pith. [ad Sichard.],* constpl̄ urp̄ *Paris. 4414. 4415. Pith. [ad Cuiac.])] om. ΓOEP MSL Paris. 4410*
27 praecipit] praecepit *EXCPMΨ'ΘΩΣ'Ξ Fuld.* conuolaueuerit *P,* conualuerit *S* casu *om. G* **28** a se homicidium fuisse commissum et *om. Fuld.* a se] ad se *S,* se *G, om. Ξ* homicidium *om. Paris. 4409* **29** supplicationem] supplicatione *CPM Fuld.,* publicationem *G* a] ad *ΔΞ, om. M* potuerint *GΣ*[a] iste] ipse *Fuld.* **30** commissus] emissus *Σ*[a]*Ξ,* admissus *Σ*[b] id specialiter *om. Fuld.* supplicantes *Δ,* supplicanti *Ξ, om. Fuld.* **31** mereantur *Δ* obtentam] obtineri *G, om. Fuld.* ceterum *om. Fuld.* habita discussione (discutione *M,* discussionem *ΔΞ*) *om. Fuld.*
32 eandem (eadem *L*) poenam] *GCP*[2]*LΣ*[2], eadem poena *Δ et reliqui* excipiat] suscipiat *ΔG Fuld.* expraessum *M* **33** et] sed *Ω* capitale *Ξ Fuld.* reliqua c. l. ipsa (ista *Ω*) declarat *om. S Fuld.*

XX [*Haenel* XV]. DE CORPORATIS VRBIS ROMAE QVI AD MILITIAM VEL AD CLERICATVM TRANSIERINT REVOCANDIS.

xx] xuiii *Γ,* ui *O,* theod. xxui **ΔΔ Fuld.* orbis *Fuld. (context.)* romae .... reuocandis *om. *Δ* qui ad .... reuocandis *om. O* qui] et qui *Fuld.* ad *om. Δ* transierint] *Γ,* transeunt *Δ,* transeant *Fuld.*

Nov. XX [*Haenel* XV] (445 Apr. 14).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. AVXENTIO II P(RAEFECTO) V(RBI). **Quaecumque utilitatem sacratissimae urbis respiciunt, oportet clementiam nostram salubriter ordinare. Providam itaque amplitudinis tuae et geminis fascibus conprobatam suggestionem secuti, Auxenti p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime), inlustris magnitudo tua pragmatici**

---

1 impp. th. et ual.] idem *O* auxentio ii pf̄ urbis *Δ,* ad auxentio pū̄ *Γ,* auxentio preposito *O* **2** sal. nostr. *O* ordinari *Δ* **3** prouidentiam *ΔO* fascibus] *ΓO Pithoeus,* faricibus *Δ* conprobatam] *melius* conprobatae suggesionem *Δ* secuti] s. simus *O* **4** pkaa̅] *O, post* k.aa̅ *Γ,* pka̅ *Δ* inlustris] *Pithoeus,* inluster *Γ,* inlustra et *Δ,* illustris igitur *O* magnitudo] *Γ,* magnificentia *ΔO*

nostri tenore conperto sciat corporatum urbis Romae, qui non expleto ordine coepti officii, priusquam ad primum inter suos locum emeritus pervenerit, ad militiae cuiuslibet cingulum se crediderit transferendum, corpori, cui nomen suum ante dicaverat, oportere revocari; sive etiam in clericorum numero repperitur, usque ad subdiaconis locum similis praecepti condicio teneatur, quatenus necessitatibus urbis venerabilis hoc salubri constituto restitutis ministeriis consulatur. DAT. XVIII KAL. MAI. ROMAE VALENTINIANO A. VI ET NOMO $\overline{\text{VC}}$. CONSS.

ΓΔO Fuld. (incipit 8 siue etiam in clericorum, *finit* 9 teneatur*)*

5 corporatum] *O Pithoeus*, corporatus *ΓΔ* 6 inter suos] *Pithoeus*, inter uos *Γ*, iter fauos *Δ*, *om. O* perueniret *Γ* 7 credidit *Δ* corporibus *Δ* decauerat *Δ* 8 siue etiam in] si quis locum *Fuld.* subdiaconis] *Γ*, diaconis *Δ Fuld.*, diaconi *O* locum *om. Fuld.* 9 pr. condicio] praeceptionis conditione *O*, precepcio *Fuld.* 10/11 dat. xuiii (uiii *Γ*) k. mai. romae ualent. a. *(om. Γ)* ui et nomo (numo *ΔO*) $\overline{\text{uc}}$ *(om. ΔO)* conss. *(om. ΓΔ) libri*

XXI [*Haenel* XX]. DE TESTAMENTIS.

xxi] xuiiii *Γ*, [x]xiiii *O*, iii *(sic) Σ (context.)*, iiii *reliqui (om. C)*.

Nov. XXI, 1 [*Haenel* XX, 1; BREV. IIII, 1] (446 Oct. 21).

DD. NN. IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Iam dudum quidem divus avunculus noster testamentorum conpendia generali lege conplexus formulam iuris antiqui et inanem verborum conquisitionem non necessariam iudicavit validissimam statuens voluntatem, cum de nostris altaribus coniuges
1 petunt, ut decedenti prius succedat superstes. Sed quoniam Leonius v(ir) s(pectabilis) munitus veteribus constitutis nostram supplex maluit expectare sententiam, occasionem novandae legis amplectimur salubri definitione censentes, ut, sive inter se coniugum seu quorumcumque consensus oblatis serenitati nostrae precibus optaverit morte praeventi heredem superstitem fieri oportere personam, hoc ita ratum firmumque permaneat, ut nihil robustius aestimetur, et in augustam notitiam pervenisse sufficiat, etiamsi nullum
2 processerit ex hac parte responsum. Nam cum liceat cunctis iure civili atque praetorio, liceat per nuncupationem, liceat municipalibus gestis iudicia suprema conponere, procul dubio manebit firmior haec voluntas, quae testimonio principis et subscrip-
3 tione condetur, si tamen nullum defuncti posterius extabit arbitrium. Leonius vero et Iucunda uxor eius tanta vicissim caritate certarunt, ut fusis simul precibus ius poscerent

1 $\overline{\text{dd}}$. $\overline{\text{nn}}$.] *sic GΦ, om. Γ et reliqui* im$\overline{\text{pp}}$. *om. Φ* ualentinus *S* aa. *om. G* ii (bis *PM*)] *sic ΓΔXCPMSΦ Paris. 4408. 4409, om. reliqui* $\overline{\text{ppo}}$] preposito *OS* 2 et patricio *om. OΩ Leid. Paris. 4410. 4415* quidem] quibus *G*, quod et *E* diuus auunculus (auocabis *L*)] *scilicet Honorius a. 413 (C. Iust. 6, 23, 19)* 3 formula *E* conquisitionem] conquestionem *G*, inconquesitionem *Φ* 3/4 necessaria *Δ* 4 ualidissima *L* statuens] instituens *PM* cum de] quam cum de *E* altaribus] salutaribus *L* 4/5 coniuges petunt] cum iudices petus *Γ* 5 ut *om. S* decidenti *ΔGE* superstis *ΔPMSL*, super istis *E* sed] *ΓΔOESL, om. reliqui* leonis *L* $\overline{\text{s}}$. (s$\overline{\text{pl}}$ *L*, sp$\overline{\text{ec}}$ *X*, speot$\overline{\text{ab}}$ *M*)] expectabilis *ΔGΦ* 6 munitus] non itis *L* constitutionibus *E* nostram] .nam *G* maluit] malui *S*, uoluit *O* occasione *ΓG* 7 nouandae legis] nouam de legis *S* amplectemur *S*, conplectimur *Φ* censentis *L* siue] seu *O* coniugium *ES* 8 serenitati] *ΔOGS*, serenitate *Γ*, serenitatis *reliqui* nostri *Δ* morte (-tem *ES*) praeuenti *(sic edd.*, praeuentis *plerique*, praeuentus *GES Pith. [ad Cuiac.])*] *om. O* 9 heredes *G* superstitem] superstite *GE*, s[i] *O* oportere] alteram *O* persona *G* ita ratum] iteratum *E* 10 et *(om. G)* in augustam (angustam *ΓGEP¹M*)] et ad nostram *XC* nullus *O* 11 responsum] consensus *O* ciuile *Γ* atque] ad *Γ* 12 liceat municipalibus] municipalibus *E* suprema] suppremat *S* 13 dubium *ΓE* testimonium *Γ*, testimonia *PM* 14 condetur] *sic ΓOSL*, conditur *ΔΦ Pith. (ad Sichard.)*, conditoris *reliqui libri*, conditoris firmatur *Sichard. et posteriores editiones* posterius] posterior *E*, posterior eius *XC*, poterus *Δ* extabit] stabit *Γ*, stauit *E* leoninus *C* 15 iocunda *ΓΔOSL* tantum *L* karitatem *L* certauerunt *L*, excertarunt *G* poscerint *S*

liberorum et propter incertum sortis humanae superstitem coniugem precarentur heredem:
licet superfluo illud addentes, ut intestatae successionis ius ac licentiam sortirentur,
cum hoc ipsum, quod serenitati nostrae preces pariter obtulerunt, sit testamenti ordo
praecipuus. Praeterea, sicut supplicationi conexa monstrarunt, quamvis in unius chartae
volumine supremum votis paribus condidere iudicium septem testium subscriptionibus
roboratum. Cui nos aeternam tribui firmitatem legis huius definitione censemus, quoniam
nec captatorium dici potest, cum duorum fuerit similis adfectus et simplex religio testa-
menta condentum cunctisque iam liceat quoquomodo et quibuscumque verbis ultimum
dictare iudicium, sicut eorum principum statuta declarant, qui removerunt sanctionibus
4 suis meliore prudentia vetusti iuris ambages. Idcirco, quia minutiis priscae consue-
tudinis et obscuritate submota solam defunctorum convenit inspici voluntatem, cui multum
roboris erit si vel septem vel quinque testibus muniatur, et virum spectabilem Leonium
praeter fiduciam precum pridem cum uxore communium voluntas quoque alia et sub-
scriptionibus testium munita defendit, apud eundem solida successione Iucundae coniugis
suae iugiter permanente, quisquis maluerit delata nobis supplicatione testari habeat
5 liberam facultatem. [Cuius heres ex edicto divi Hadriani hereditaria corpora consequi-
tur nec bonorum possessionis petendae sustinebit necessitatem, quam generaliter omnibus
6 relaxamus.] Ne tamen hoc testamenti genus plus iusto munisse credamur, si quis sibi
vel inofficiosi querellam vel praeteriti conpetere duxerit actionem, hanc utramque secun-
dum iuris et legum statuta servamus, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).
7 Idcirco inlustris et praecelsa magnificentia tua saluberrimam sanctionem mox in omnium

---

16 praeclarentur *Γ* **17** licet] licet hoc *E* superfluum *GΦ* addentes] adherentes *Δ*, agentes *E*ᵛ intestata *P*¹*M Pith.* (*ad Sichard.*), testanti *P*² **17/18** successionis (-ne *Γ*) ius (iura *E*ᵇ, huius *G*, *om. Δ*) licentiam (-tia *GPM*, sententiam *E*) sortirentur cum hoc ipsum (ipsud *XPMSLΦ*, ipso ut *C*, ipsum sit *E*) quod (unde *O*, *om. M*) *post* obtulerunt sit *GEXCPMΦ Sichard.* **18** serenitatis *G*, serenitates *M* obtulerint *GXCPMΦ* sit] si *ΓGXCPMSΦ*, ut *E* **19** praecipuos *XC*, praecipus *E*ᵃ, praecipit *P*² suppli(-e *Γ*)catione *ΓOG*, supplicationis *S*, publicatione *PM* connexam *GS*, conex: *X* monstrauerunt *O* quamuis] q̄ſ (= quis) *E*ᵛ, *del. O* **19/20** in u. ch. u. s. u. p. c. iudicium] supremum iuditium uotis paribus in cartae uolumine condiderunt *O* **19** in unius] unius *E*ᵃ, in ius *Δ* **20** uoluminis *E* supremum] subpraemunt *G* paribus] paribusque *L*, parentibus *G* condere *GL*, condidisse *E* iudicium] uicium *L* septem] qui quinque aut septem *E* testibus *G* **21** tribui] tribuit *Δ*, tribuimus *OL*, tribuemus *G* legis h. d. censemus (-suimus *ΔXCPM*) *om. O* quoniam] q̄d *L* **22** nec captatorium (captatoria *L*, captatorum *GP*¹*MS*, captorium *E*)] acceptatorium *Φ Pith.* (*ad Cuiac.*) dici] decipi *S* diuorum *Δ* religio] sit religio *O* **23** condentum] *ΓΔOXCPMS*, condentur *E*, condente *L*, condempnatum *G* quoquomodo] hunc *G* **24** eorum] coram *G* statuta] instituta *G* declarat *E*ᵃ, declarent *G*, declamant *XC* **25** meliorem (-ori *ES*) prudentiam *G* uetusti] uetustati *Δ*, ueterum *GPM* ambages] ambagis *Δ*, ambigis *E*, ambeges *Γ*, ambaies *L*, ad subages *G* idcirco quia] iccircoque *O* minutiis] minutis *GES*, minutio *Γ*ᵃ **25/26** consuetudinis] constitutionis *E*ᵗ **26** obsecuritate *Δ*, obscuritatis *E* submota] remota *O* solum *E* inspici] inspicit *S* cui] cum *G* **27** si uel] siue *L* septem uel (aut uel *E*) quinque testibus] *cf. l. R. Burg.* 45, 2; *Cod. Paris.* 4613 *f.* 83 (*MG. Capitul.* I, 216 *n.* 4); *v. infra p.* 110 spectabilem (spl *L*)] expectabilem *ΔG* **28** pridem] pridie *O*, primum *ES* quoque] neque *Pith.* (*ad Cuiac.*) alia] aliena *GPML* et] id *G* **28/29** subscriptione *Γ* **29** testium] et testium *E* defendat *O* iucundae] iocundae *ΔOSL*, iucunda *Γ*, et iu(-o *GX*)cundae *GXCPM* **30** permanentem *G* quisquis] quisquis ergo *O*, quicquid *G* maluerit] uoluerit *Γ* dilata *G* testari] uoluerit testari *Γ*, testare *L* **31** liberam habeat *C* cuius . . . **33** relaxamus] *haec loco suo mota aut pertinere videntur ad constitutionem eam quae sequitur* (*Valent.* 21 [20], 2) *illic inserenda post verba* 28/29 'ut in hereditariorum corporum possessionem probata scripturae ueritate mittatur' *aut, si sumpta sunt ex constitutione aliqua deperdita, ad illum locum adscripta fuerunt* ex] et ex *S* hadriani] arriani *S* **31/32** consequitur] consecuntur *GPM*, consequetur *edd.* **32** bonorum] nouorum *O* possessiones *ΓΔEΦ*, possessionem *G*, possessione *PM* petendi *Γ* necessitatem] necessitas tam *Γ*, necessitatem inpuni *E* **33** laxamus *L* ne] nec *GESLΦ* iustum *G* credamus *GEP* **33/34** sibi uel] sibi ad *G*, sibi *ES* **34** querela *GC* praeterita *PM* conpetere *om. S* duxerit] *sic Γ*, dixerit *ΔO et reliqui*, edixerit *E* utramque] *sic ΓOS*, utraque *Δ*, utrumque *reliqui* **35** iuris] et iuris *G* statuta] instituta *PM* seruamus] seruandus *Γ* p̄kaa] *sic OGXCPM Pith.* (*ad Cuiac.*), p̄k *Φ*, p̄k aq̄ am̄ *L*, pater k̄.aā. *Γ*, pater k aug̅ *Δ*, parens kaa *E*, parens karissime atque amantissime *S* **36** inlustra *Δ* praecelsa magnificentia tua (*om. Δ, add.* auctoritas tua *E*)] *sic verbis perscriptis ΓΔES*, pcla mfat *L*, pmtua *PM*, pmta *XC*, pmt *OG*, praefectus *Φ* sanctione *L*

pervenire notitiam propositis iubebit edictis, ut possit facile cognosci condendarum servandarumque legum curam nobis esse praecipuam. DAT. XII KAL. NOV. ROM. AETIO PATRICIO III ET Q. AVRELIO SYMMACHO VV. CC. CONSS. PROP(OSITA) IN FORO DIVI TRAIANI. ANTELATA EDICTO ALBINI II P(RAEFECTI) P(RAETORI)O ET PATRICII.

INTERPRETATIO. Haec lex de aliis titulis testamentorum id amplius habet, ut, in coniugio positi si filios non habeant, seu maritus uxorem seu uxor maritum voluerit, relinquat heredem, quod ius dicitur liberorum. Qui etiamsi in una charta suam condere maluerint voluntatem, ut invicem se heredes scribant, qui alteri superstes extiterit dimissam rem iuxta legis huius ordinem vindicabit, ita tamen, ut his personis, quibus lex concedit, si fuerit de inofficiosi querella, actio reservetur.

Γ. — BREV. *(ΔO [om. int.] GEXCPMSL, item selectis tamen lectionibus Φ [om. subscr. int.]; decurtati omnes textum omittunt, Fuldensis interpretationem tantum exhibet [incipit* 42 si filios, *finit* 45 uindicabit*]).* — *Lex R. Burgund. 45, 2:* '... ciues Romani testis adhibendi sunt numero conpetenti, uel V uel VII ...' *(ad v. 27; cf. nov. Theod. 16, 2; Valent. 21 [20], 2, 1. 2).*

37 p. n. p. i. (iubeat *S*) e.] notitiam edictis propositis faciat peruenire *O*   ut] et *L*   facile (-lem *Γ*) possit *O*   cognoscit *Δ*   condemnarum *E*   **38** cura *Γ*, coram *L*   esse nobis *C*   praecipue *Γ*^{a} **38/39** dat. xii (xu *G*, xiii *OL*, xi *Ω*, ui *Paris. 4414*) kal. nou. (dec. *ΣΞ Paris. 4409,* ian. *Leid. Paris. 4414*) *(hic deficit L)* rom. (roma *E*, *om. Ψ'Θ. Paris. 4413*) aetio (ecio *Γ*, etio *OΞ Leid.*, et hio *G*, actio *Paris. 4408. 4413*) patricio *(sic Γ solus, om. reliqui)* iii (iiii *Ψ' Θ Paris. 4413,* u *Paris. 4414,* chi *G*) et *(om. Leid. Paris. 4410)* quinto *(om. ΓΔOS Leid.)* aurelio (aureliano *Paris. 4409. 4410. 4414*, alruli *Leid.*, *om. ΓΔOS*) *(ins. et EΨ'ΘΩΣΞ Leid. Paris. 4410. 4413)* symmacho *(om. Paris. 4409)* uu. cc. *(sic vel similiter plerique, om. OES)* conss. *(om. G EΘΣΞ Paris. 4413) libri*   **39/40** prop. (promp. *C*, ppa *Paris. 4408. 4411,* ppo *Θ Paris. 4413,* propt *Paris. 4414. 4415*) in foro diui *(om. Δ)* traiani *(add.* et maioriani [i *corr. ex* o] cons. *Paris. 4408) (hic finiunt Paris. 4408. 4411. 4414. 4415)* antelata edicto (a. ediccio *Ξ*, antelate dicto *Ψ'Θ Pith. [ad Sichard.]*, antelate dicta edicto *Δ*, ante uice dicto *G*) albini (albi *Ψ'ΘΣΞ*) ii *(om. G)* ppo (prefecto pretorio *Δ*) et *(om. G)* patricii *(sic Δ,* patricio *reliqui,* patricio cons *Ξ*)] *desunt ΓOESL Leid. Paris. 4409. 4410*   **41** titulis *om. E*^{t} **42** positi si] *ΔSLΩΣ Epit. Mon.*, positis si *E*^{b}*P M*^{a}, positis *reliqui*   filius *Ξ*, filiis *Fuld.*   habeant] *ΔESLΩΣΞ*, haberent *PM*, habuerint *reliqui*   maritos *Ψ'*   uxor] uxore *P*   uoluerint *GΣ*^{a}, si uoluerit *E Pith. (ad Cuiac.)*, si uouerit *Fuld.*   relinquat] *ΔEPMSLΨ'ΘΩΣΞ Epit. Mon.*, relinquid *Fuld.*, relinquant *reliqui*   **43** quod] quos *Σ*^{a} ius dicitur (-cetur *S*, -catur *E*) liberorum] *cf. Ulpian. fr. 16, 1; C. Theod. 8, 17; Isidor. Origg. 5, 24; v. etiam formularum Visigoth. 24 et Andecav. 41 rubricas*   qui] *ΔG SΨΩΣ*^{b} *Epit. Mon.*, quia *reliqui*   etiamsi ... **44** alteri *om. Fuld.*   in una charta] una charta *E*, in unam cartam *GΩΣ*^{a}*Ξ*   sua *S*   maluerit *XCΨ'ΘΣΞ*, uoluerit *S*   ut] aut *C*, et *L*   **44** inscribant *L*   qui] qd *Ξ*   alter *Ξ*   superstis *ECPMSLΨ'Θ*, suprestis *Ω*, superstites *Δ*, super(-prae *Fuld.*)stitis *Σ*^{1} *Fuld.*, superestes *Ξ*   extiterit] fuerit *Fuld.*   demissam *Ξ Fuld.*   leges *Ξ*, *om. Fuld.*   huius] huiusmodi *G*   **45** uindicauit *GE*, indicauit *XC*, uindicatur *Fuld.*, uindicet *Epit. Mon.*   fuerint *ΔELΨ'ΘΩΣΞ*   inofficiosi (-e *L*, -o *G Epit. Mon.*)] officiosi *Δ*   **46** reseruetur] reuocetur *Σ*^{2}

Nov. XXI, 2 [*Haenel* XX, 2; BREV. IIII, 2] (446 Dec. 26).

IDEM AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Cum sciamus et divos principes et clementiam nostram condendarum legum fomitem frequenter invenisse de precibus, iuvat ex facto, quod nuper evenit, cunctis profutura sancire. Inlustrem feminam Pelagiam cum Micce inlustris femina dictare vellet heredem, sed testium copiam non haberet, per holografam scripturam votum circa praedictam supremae prodidit voluntatis.

---

1 idem aa.] *sic ΓΔLΦ Pith. (ad Sichard.)*, impp. theod. et ualent. (ualentinus *S*) aa. (aug. *S*) *reliqui*   ii] iii *LΨ'Θ*, *om. Leid. Paris. 4409*   ppo] pfo *G*, pf. *Paris. 4409*, praeposito *S*   et (i *Γ*) patricio] *om. GPMΦ Leid. Paris. 4408. 4409*   diuus *ΓΔ*, diuas *L*, diui *ES*   **1/2** principis *ΔE*   **2** contendarum *E*^{a} fomitem] et fomitem *G*, uel fomitem *Φ*   **3** iuuat] iubat *Γ ΔEL*, iubet *GS*   euenit] iuuenit *C*^{1}, uenit *Γ*   profutura] quod profutura *E*   sanxire *Γ*   inlustrem feminam (femina *L*)] illustris femina *ES Pith. (ad Sichard.)*   **4** pelagiam (pellagiam *G*)] pelagia *ES Pith. (ad Sichard.)*   cum micce *(sic ΓΔ,* miccae *PMS Pith. (ad Sichard.)*, micae *CL*, micem *X)*] communice *G*, cummedei *E*   inlustris .... copiam *om. G*   inlustris (-tre *L*) femina] *sic ΓΔEP*^{2}*L Pith. (ad Sichard.)*, inlustrem feminam *reliqui*   ditare *Δ*   uellit *ΓES*   **5** habere *G*   holografam (olograffam *Γ*, olographam *ΔCL*)] ografiam *S*   circam *Γ*   praedictam (-ta *S*)] *ΓΔXCSLΦ*, praedicta feminae *E*, praedictam feminam *reliqui*   supremae] super me *Γ*   prodedit *ΓΔ*   uoluntates *Δ*

Nam, quod solum potuit secretius licere morienti, indicem iudicii sui paginam Caesario v(iro) s(pectabili) tribuno et notario fratris sui filio secura commisit, quem natalium decus et propinquitatis religio fidem cogerent servare defunctae. Nec sane electionis suae cura testatricem fefellit. Desideriis amitae Caesarius obsecutus chartam fidei suae creditam iuris et conscientiae memor eadem qua sumpserat simplicitate vulgavit. Sed inlustris heres ab ambitu cupiditatis aliena nihil de successione praesumpsit, nihil de corporibus hereditariis vindicavit intra hos modestiae terminos manens, ut subdito precibus ultimae voluntatis arbitrio non prius se putaret heredem, nisi nos causae iustitiam probaremus. Recensitis igitur omnibus defunctae iudicium roboramus, cui praeter filium fratris et litteras suas testes habere non licuit. Idcirco inlustris femina Pelagia pro ea parte, qua
1 heres scripta est, defunctae potietur arbitrio. Ne tamen huius statuti salubritatem generi negemus humano, mansura iugiter lege decernimus, ut quisquis per holografam scripturam supremum maluerit ordinare iudicium habeat liberam facultatem. Multis enim casibus saepe contingit, ut morientibus testium numerus et copia denegetur. Quibus erit de legibus nostris inter ipsa vitae deficientis pericula causatio, si propriae manus litteris scribere quos voluerint non sinantur heredes. Aliis testes itinerum necessitas, aliis solitudo villarum, aliis navigatio servis tantum comitibus expedita subducit. Aliorum testatas esse prohibent voluntates hi, qui velut obsessos conclavibus suis solent custodire languentes. Nostrae posthac beneficio sanctionis intestatus nemo morietur, cui fuerit sollicitudo testandi. Late viam supremis aperimus arbitriis: si holografa manu testamenta condantur, testes necessarios non putamus. Scripto enim taliter sufficiet heredi adserere etiam sine testibus fidem rerum, dummodo reliqua congruere demonstret, quae in testamentis debere servari tam veterum principum quam nostrae praecipiunt sanctiones, ut
2 in hereditariorum corporum possessionem probata scripturae veritate mittatur. Cum tamen testium praesentiam testator elegerit, legitimum numerum semper oportebit ad-
3 hiberi. Necessitatem quoque praecipitem submovemus, quae testatores hactenus conpulit sub unius diei spatio supremum festinato nimis ordiri et inplere iudicium. Quibus

---

6 nam] *fortasse* eam cessario *Γ* 7 s.] spl. *L*, spectab. *PM*, exspectabili *G*, expectabile *Δ*, sapienti *E* fratri *L* filios *XC* natalium] naturalium *L* decus] decius *Δ*, dignitas *E* 8 propinquitas *ΔE* cogerint *SL*, cogeret *Γ* seruaret *Γ* defuncti *Δ* curam *E* 9 contestatricem *S* desiderii *L*, desiderius *Δ* amicae *C* cessarius *Γ* obsecutus] subsecutus *L*, secutus *G* cartam] causam *Φ* 10 qua] que *L* simplicitatem *ΓL* 11 heres] heris *M*, uere *Γ* ab ambitum *Γ* 12 intra] in *Γ* ut] *om.* E^a*S* 13 nisi] sibi $Γ^a$ causa (causam *G*) iusticiae *ΓG* probaremur *Γ* 14 recensitis] recensetis *Γ*, recentis *Δ* igitur *bis posuit Γ* omnibus] omnes *Γ* fratris] patris *Γ* 15 inlustra *Δ* qua] quae *G*, *om. L* 16 arbitrium *G* ne] nec *S* statutis *E* salubritate *GPM* 17 negemus] negato *G* mansuram *G* iugiter] igitur *Δ* legem *G* discernimus *Δ* holografam] olograffam *Γ*, olograpam *X*, olographam *ΔCSL* 18 libera *Γ* 19 contigit $Γ^a$*ΔCS* morientibus] morientes *Γ* testium] testibus *G* numerum *Γ*, numero *PM* capia S^a 20 deficientes *Δ* periculo *G*, periculosa *Φ Pith. (ad Cuiac.)* causatio] cautio *PM* propria *Φ* manu *PΦ* 21 litteris *om. PM* uoluerit *L* sinuantur *L* aliis] alii *ΓXC PM* testis *ΓSL* 22 aliis] alii *ΓS* solitudo *ΔXPMLΦ Pith. (ad Sichard.)*, sullicitudo *Γ*, sollicitudo *reliqui* aliis] malus *Γ* expedita] *ΓS*, expetita *Δ et reliqui* 23 testatus *S*, testata *ΔE* prohibetur *E* uoluntatis *ΓE* hi (hii *ΓΔEXCSL*) qui] iniqui *G* uelut] uel *G* conclauibus] cum clauibus *ΓGL*, cum cladibus *E* 24 posthac] post hanc *E*, post haec *GL* moriatur *G* 25 sollicitudo] solummodo *G* si *om. S* holografa] olographa *ΔL*, olagrafa *G*, olografam *Γ*, olographam *S* 26 condantur] condonantur *Γ* scripto (-tum *E*) enim] scriptorum *GPM*, si scripto *S* sufficiet] sufficiit *S*, sufficiat $Γ^a$*GXC* heredem *Γ* 27 rerum] rei *GPM* congruae *E* demonstret] demonstrent *ΓXC*, demonstrarent *L*, demonstrentur *G* qua *Γ* 28 seruare *E* praecipunt *E* sanctionis *Δ* 29 possessione *L* probatam *GES*, prolatae *Φ Pith. (ad Cuiac.)* ueritatem *ΔS* mittantur *G*; *verba constitutionis eius quae praecedit (Valent. 21 [20], 1 v. 31/33)* 'cuius heres ex edicto diui Hadriani hereditaria corpora consequitur nec bonorum possessionis petendae sustinebit necessitatem, quam generaliter omnibus relaxamus' *loco suo mota aut pertinent ad novellam nostram inserenda post* mittatur *aut, si sumpta sunt ex constitutione aliqua deperdita, ad hunc locum adscripta fuerunt ab antiquo perito* 30 praesentia *E* testatur $ΓE^a$ relegerit *E* oportet *ES* 31 necessitate *G* testatoris *ES*, testatore *L* 31/32 compellit *G* 32 diei] die *E* spacium *GE* supremum] subpraemam $Γ^a$, supremo *G*, *om. S* festinantio *Γ* ordiri] ordinare *Γ*, ordinari *XCSL* impleri *Δ*

nos licentiam tempusque largimur, ut voluntatem, quam de rebus propriis mente conceperint, frequenter scribant, frequenter retractent, frequenter emendent et quot voluerint diebus in tantae praesertim causae meditatione versentur. Haec enim deliberatio nihil
4 inmaturum relinquit cui licebit saepe dictata corrigere. Testes autem subscriptiones suas uno die vel omnes pariter vel, si legitimus numerus exiguam moram fecerit, horis
5 praebere diversis sub obtutibus testatoris iubemus. Praeterea, quoniam plerique deficientium voluntates suas cupiunt esse secretas nec ante vulgari quam luce priventur, statuimus ac iubemus, ut, si testes rogati paginae, cuius arcana nescierint, coram testatore subscripserint, nihil ex ignoratione testium testamentorum firmitatibus derogetur, Albine
6 p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Idcirco inlustris et praecelsa magnificentia tua iustissimam legem et cunctis generaliter profuturam in omnium celeriter ire notitiam propositis iubebit edictis, ut facile possit agnosci nostrarum salubritas sanctionum. DAT. VII KAL. IAN. ROM(AE) AETIO III ET SYMMACHO VV. CC. CONSS. ACC(EPTA) VI KAL. IAN. ROM(AE). PROP(OSITA) V KAL. IAN. IN FORO TRAIANI CONSS. S(VPRA)S(CRIPTIS).

INTERPRETATIO. Haec lex licet alia replicet, quae in aliis legibus habentur exposita, tamen hoc amplius observandum esse praecipit, ut, si cui fuerit testandi voluntas et testes forsitan defuerint, voluntatem suam propria manu perscribat, quae prolata post defuncti obitum plenam obtinet firmitatem.

Γ. — BREV. (**ΔΔGEXCPMSL, item selectis tamen lectionibus Φ [om. subscr. int.]; ex decurtatis frustula textus exhibent Paris. 4408 [inde a* 42 pkaa] *et ΣΞ* [41/42 'albine pk aug. idcirco inl.']*); remittunt ad nostram l. Visigoth. 2, 5, 13* 'qualiter firmentur uolumtates eorum qui in itinere moriuntur' *[ad v. 21] et 2, 5, 16* 'de olografis scripturis' *[ad § 1]). — Lex R. Burgund. 45, 1:* 'testamenta, si per olografam manum fiant, probata manus ueritate sine testibus integram capiunt firmitatem' *(ad vv. 17/18, 25/26, 49/50); 45, 2 (ad § 2; cf. quae attulimus ad huius tituli novellam primam).*

33 largimus *GE* ut] et *Γ* mente] mentemque *GXCPM*, *om. S* **33/34** conciperint *Δ* **34** retractant *Δ* emendent et] emendent *Δ* quot] *C*, quo *X*, quod *ΓΔ et reliqui* **35** tantae] tanta *Γ*, inite *Δ* praesertim] praesentim *E*ª, *om. S* uersentur] seruentur *G* enim *om. G* deliberatio (meditatio *E Pith. [ad Sichard.]*) nihil] meditationibus *S* **36** inmaturum] maturum *Δ* saepe] sua *L* dictata] dicta *ΔE*¹ autem] etiam *ES* subscriptionis *GL* **37** suas] seu *G* omnes . . . . . . fecerit *om. Δ* numeris *Γ* morem *Γ*ª **38** diuersis *om. L* quoniam] quod *L* plerique] plerumque *S* **38/39** deficientiam *M* **39** cupiant *E* nec] ne *S* priuetur *L* **40** testis *Γ* rogati] rogate *Γ*, rogari *Δ* arcana nescierint] arcanae scierunt *Γ* **40/41** coram (quoram *S*) testatore subscripserint *om. Δ* **40** testatore . . . . **41** testium *vacuo spatio relicto deest C* **42** pkaa] *ΓGPM Paris. 4408*, p.k.a. *ΔΞ*, pk *Φ*, pk aq am *L*, pk aug *Σ*, parens k.aa *E*, pater k. aa *XC*, parens karissime atque amantissime *S Pith. (ad Sichard.)* idcirco *(om. L)* inlustris (inlustra *Δ*)] inlustris idcirco *Paris. 4408* et *om. Paris. 4408* **42/43** praecelsa magnificentia tua] *sic verbis perscriptis ΓΔES Pith. (ad Sichard.)*, pcla mfat *L*, pref. mag t *Φ*, pmtua *P*, pmta *XCM*, pmt *G*, prompta *Paris. 4408* **43** omnium] omnibus *GPM* **44** iubebit (iubemus *G*) edictis] iubebitem dictis *Γ* facilius *S* **45** dat. . . . . symmacho *vacuo spatio relicto deest C* dat. uii kal. *om. ΣΞ* **45/46** dat. uii (ui *GX*, xu *L*) kal. ian. *(om. XL)* rom. (romam *Σ*) *(hic deficit L)* aetio (ecio *ΓΞ Paris. 4410. 4415*, actio *Σ Paris. 4413*, euotio *G*, ppo ΔΔ etio *Paris. 4408*) iii (ii *Paris. 4413*, i *Paris. 4411. Epit. Mon.*, *om. Paris. 4408. 4415*) et *(om. G Paris. 4415)* symmacho *(om. Paris. 4415)* uu. cc. (uc. *ΓΘΩ Paris. 4413*, uic. *Paris. 4414. 4415*, uu a *XΣΞ*, *om. GEPMS*) conss. *(om. ECΣ Paris. 4414. 4415) (hic finiunt ΓES)* acc. ui (uii *Ξ*, iii *C*, *om. G*) kal. ian. (iun. *Paris. 4413*, *om. Ξ*) rom. prop. u kal. ian. (iun. *ΣΞ*) (rom. prop. u k. ian. *om. G Paris. 4410*) in foro *(om. Paris. 4413)* traiani (traiano *Ω Paris. 4408*, traaanni *X*, ualentiniani *Paris. 4413*) conss. *(om. Paris. 4410. 4411. 4414. 4415)* ss. *(sic XC*, s stis *GPM*, *om. reliqui)*] dat. uii kal. ian. rom. pp u kal. ian. in foro troiano cons. *Paris. 4409*, dat. uii (uiii **ΔΔ*) kal. ian. rom. proposita (ppros *Leid.*) in foro traiani u kal. (l. *Leid.*) sup. *(om. Leid.)* scribt. (scb *Leid.*) *[scil. mensis]* aetio (etio *Leid.*) iii et symmacho uu. cc. (uic. *Leid.*) cons. **ΔΔ Leid.* **47** replecit *L* habetur *ΔPM* exposita] expressa *Paris. 4409* **48** obseruando *L* praecipit] praecepit *EPMΩΣΞ* si cui] sicut *Δ* **49** defuerint] fuerint *Δ* propriam *L* praescribat *ΨΘΩΣ*ᵇ*Ξ*, praescribet *Σ*ª, prescribit *Δ*, conscribat *ES* prolata] probata *Epit. Aegid. et Monachi. Burg. 45, 1* **50** obtinet] obtineat *G Ω*, obti(-e *L*)nebit *LΣ*ᵇ

XXII [*Haenel* XXI]. DE OFFICIO ET DE NVMERARIIS PRAEFECTORVM PRAETORIO.

xxii] xx *ΓO*, theod. xluiiii **ΔΔ Fuld.* de num.] *Γ(context.) Δ*, num. *Γ(lat.)***Δ O Fuld.* praefectorum praetorio] *sic Γ* **ΔΔ*, prefectorum *O Fuld.*

Nov. XXII [*Haenel* XXI] (446 Dec. 15).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRI-
CIO. Iustitiam suggestionis probamus, cuius omnis haec mens est, ne quid umquam contra
innocentiam male petentibus licere patiamur. Scimus enim, quanta saepe miseros vexet
invidia, quos iniquitas iudicantum fastigio potestatis adfligit. Officium sedis celsitudinis
tuae, sine quo necessitates publicae nequeunt expediri, per infortunia multa iam saucium
medicinam nostrae curationis exposcit, quae dudum potuisset adhiberi, si suggestio similis
1 ante manasset. Hac igitur mansura iugiter lege sancimus, ut quisquis ex officio prae-
toriano, priusquam militandi finem consummatis per ordinem temporibus sortiatur, sub
adtestatione gestorum testimonio praefecturam regentis honestam meruerit missionem, seu
quietis studio sive alterius amore militiae, nullam sustineat de non peractis stipendiis
2 quaestionem fiduciam perpetuae securitatis habiturus. Praeterea numerarios prae-
torianae sedis, penes quos publicarum rationum notitia consistit, sive privatos sive aliam
militiam fortasse sortitos, post quinquennium discussionibus subiacere prohibemus. Intra
hoc enim tempus vestigari facile quamvis latens veritas potest. Et certe nullius tam
3 gravis debet esse condicio, ut terminum non habeat sollicitudinis et timoris. Munimen
uberius consideratio flagitat aequitatis. Officium praetorianum sub quolibet expensarum
colore in praeiudicium cautionum vetamus urgueri, in cuius perniciem nequitia credito-
rum frequenter excogitat, ut pecuniam pro publica necessitate numeratam privatis
simulent profecisse conpendiis: quibus hanc poenam praesenti constituimus sanctione, ut,
si quando pecuniam suam sub tali credendam putaverint esse contractu, eius protinus
amissione multentur nihilque vel ab his quos adversum vetita deceperint vel de publicis
4 rationibus consequantur. Haec officio praetoriano salutis fortunarumque praesidia
tribuisse sufficiat, cui etiam mensores, quos pridem habere desiderat, pro mansionum
5 suarum quiete concedimus, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris
igitur et praecelsa magnificentia tua iustissimam legem propriis vulgabit edictis, ut
omnibus innotescat nostro saeculo rei publicae nihil amplius esse praestandum nisi quod
deceat adquiri. DAT. XVIII KAL. IAN. ROM(AE) AETIO III ET SYMMACHO $\overline{\text{VV}}$. $\overline{\text{CC}}$. CONSS.

ΓΔO Fuld. (incipit 25 igitur, *finit* 27 adquiri*)*

1 ii *om. O* $\overline{\text{ppo}}$] $\overline{\text{po}}$ *Γ*, $\overline{\text{pf}}$ $\overline{\text{po}}$ *Δ*, preposito *O* 2 suggestionis] suggescione *Γ*; *scrib.* sugg. tuae omnes *Δ* 3 uexet] *O*, uexit *Γ*, uinxit *Δ* 4 offitio *Γ* 5 quod *Δ* 6 medicinas *Δ* 7 iugiter mansura *O* sancimus] *Γ*, decernimus *ΔO* 8 consumatis *Γ* 9 testimonium *Γ* praefectura *ΓΔ* regentes *ΓΔ*, gerentis *O* honesta *Γ* meruit *Δ* messionem *Δ* 10 quietes *Δ* studium *Γ* substeneat *Δ* 11 habituros *Δ* numerarios] non meraris *Γ* 12 rationem *Γ* noticiam *ΓΔ* priuatos] *malumus* priuatos factos alia *Γ*, alias *ΔO* 13 milicia *Γ* sortitus *ΓΔ* discursionebus *Γ* 14 uestigare *Δ*, inuestigari *O* 15 timoris munimen] mun. tim. *O* 16 uberius c. fl. aequitatis *om. O* sub quolibet *om. ΔO* expensarum] ex suarum *Γ* 17 urguere *Γ*, urgeri *O* nequitiam *Γ* 18 pro *om. Δ* priuati *Γ* 19 proficisse *ΓΔ* 20 tale *Γ* putauerit *Δ* esse *om. O* 21 multetur *Δ* 23 sufficiat] *Γ*, sufficiet *ΔO* desiderant *Γ* $\overline{\text{pro}}$] $\overline{\text{prae}}$ *Γ* 24 quietem concedemus *Γ* pkaa] pka *Δ* inlustra *Δ* 25 et praecelsa] praecelsa *Fuld.* proprius *Fuld.* uulgauit *ΓΔ Fuld.* edictis ut] actus cum *Fuld.* 26 puplici *Fuld.* pristandum *Fuld.* nisi quod] quam *O* 27 deceat] docit *Γ*, decit *Fuld.* adquerat *Fuld.* dat. xuiii (xix *Δ*) k. ian. rom. aetio (etio *O*) iii et symmacho (simacho *Γ*) $\overline{\text{uu}}$. $\overline{\text{cc}}$. *(edd.,* $\overline{\text{uc}}$ *ΓO, om. Δ)* conss. *libri*

XXIII [*Haenel* XXII]. DE SEPVLCRI VIOLATORIBVS.

xxiii] xxi *Γ*, xxu *O*, u *reliqui (om. C)* sepulcri] *sic Γ(context.) S (lat. β)*, sepulchrorum **Δ(context.) Δ*, sepulcrum *S (lat. γ)*, sepulc(h)ris *reliqui* uiolatoribus] *sic Γ *Δ(context.) ΔES(lat. β) Paris. 4414. 4415*, uiolatorum *Ω² Paris. 4408*, uiolatis *L*, *om. reliqui*

Nov. XXIII [*Haenel* XXII; BREV. V] (447 Mart. 13).

DD. NN. IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Diligenter quidem legum veterum conditores prospexerunt miseris et post fata mortalibus, eorum qui sepulcra violassent capita persequendo. Sed quoniam noxiae mentes caeco semper in facinus furore rapiuntur et se ad poenas dudum statutas existimant non teneri, necesse est severitatem novare, quam videmus hactenus inpune contemptam. Quis enim nescit quietos sollicitari funestis ausibus manes et horribilem violentiam defunctorum cineribus inferri? Luce palam sepulcra caeduntur et quidquid religio vetat in usum licentiae traxit sacrilega praesumptio. Finis malorum iam nec mortuis datur, in quorum supplicia constructio miserandae sedis eripitur. Scimus enim — nec vana fides est — solutas membris animas habere sensum et in originem suam spiritum redire caelestem. Hoc libris veteris sapientiae, hoc religionis, quam veneramur et colimus, declaratur arcanis. Et licet occasus necessitatem mens divina non sentiat, amant tamen animae sedem corporum relictorum et nescio qua sorte rationis occultae sepulcri honore laetantur, cuius tanta permanet cunctis cura temporibus, ut videamus in hos usus sumptu nimio pretiosa montium metalla transferri operosasque moles censu laborante conponi. Quod prudentium certe intellegentia recusaret, si nihil crederet esse post mortem. Nimis barbara est et vesana crudelitas munus extremum luce carentibus invidere et dirutis

---

1 dd nn (dn nt *Paris. 4408*) impp (imp *Paris. 4411*)] *sic Paris. 4408. 4410. 4411*, d(omi)nis impp *ΣΞ*, impp (*vel* imp) *Γ et reliqui* ualentinus *S*, ualens *Paris. 4408. 4411* aug. *Σ* albino] albi *G*, basilio *Γ* ii *(bis PM)*] *om. ΔO GLΨ'ΘΩΣΞ Paris. 4409. 4410. 4413* ppo] praeposito *OS*, pfti *G*, pf *Paris. 4409* 2 patricio] pat. *Γ* prospexerant *O*, prospexisse *PM* et post] post *O* 3 facta *G*ᵃ*L*Φᵇ*Ξ* mortalium *G* uiolassent] uiolassent semper *S Paris. 4414. 4415* capita] capete *Γ*, capitali *Ω* persequendo] *OΘ*, persequendos *Ω*, persequenda (-dam *Ξ*) *ΓΔ et reliqui* quoniam] quod *L* 4 mentis *S Paris. 4410* furore] funere *Ω* 4/5 exstimant *Γ*, existiment *Ψ'* 5 non teneri] contineri *ΔO* seueritate *ΓΦ* nouare] *ΓES*, nouari *ΔO et reliqui*, non uari *Ξ* uidemus] uidimus *ΓOΩ* 5/6 contemptam (contimtam *Γ*)] contempta *ESΦ*, contempni *O* 6 quietos (quiete *Δ*, qui eos *G*) sollicitari (sollicitare *ΦΨ'*, solicitare *Ξ*) *post* ausibus *O* auxibus *Γ* manes et] manens et *S*, manere et *Ω*, manus et *Φ*, inanes et *G*, inmanis et *E* horribili uiolentia *G* 7 inferri] deferri *G*, ferri *L* lucem *LΞ* caeduntur] caeduntur ea *G* 8 licentia *E* traxit] tradidit *GPM* finis] *OGSL Paris. 4409. 4410. 4414. 4415*, funes *X*, funesta *Ψ'*, fines *ΓΔ et reliqui* datur] dantur *C*, datum *L*, quies datur *Φ Pith. (ad Cuiac.)*, datur requies *Paris. 4409* 9 in *(om. S)* quorum supplicia] quibus sepulturae *O* constructio miserandae sedis eripitur] *plerique*, constructio miseranda est diseripitur (disripietur *XC*) *XCP¹M*, constrictionis seruanda est sedis eripitur *G*, miseranda sedes eripitur (*om.* constructio) *O* nec] ne *L* 10 est] et *ES* solutis *L* 11 ueteris *om. Ξ Pith. (ad Cuiac.)* religionis] relegionis norma *Paris. 4409* ueneramus *G* colemus *ΓE*ᵃ 11/12 dedeclaratur *G* 12 occasus] hoc casus *G* necessitate *M* non *om. O* amant] manet *L* 13 rationes *Δ* sepulchra *L* honore] onere *Ω Pith. (ad Cuiac.)* 14 laetantur] ledantur *G* tantum *O* cunctis *om. S* temporibus] testibus *G* 14/15 in hos (hoc *GΨ'ΘΩΞ*, *om. XCM*) usus (usum *S*, *om. Ψ'ΘΩΞ*) sumptu (sumpto *G*, sumptum *S*) nimio] in huius sumptum nimium *O* 15 pretiosam *ΔS* censo *E*ᵃ laborantis *G* 16 quod] quo *Δ* prudentum *L* recusare *Ψ'* crederet (crederit *ΓGXCS*)] crediderit *EMΨ'ΘΩ Paris. 4408. 4409. 4414. 4415*, credederet *Ξ* 17 barbara est] barbarest *Γ* uesania *Θ*ᵃ lucem *G* inuidere et] inuiderit *E* dirutis] derutis *M*, diruptis *SLΨ'Ω²*, disruptis *E Paris. 4410. 4414. 4415*

per inexpiabile crimen sepulcris monstrare caelo corporum reliquias humatorum.
1 Huius nefandi sceleris inter ceteros reos vehementior clericos querella persequitur, quos
portentis talibus inmorantes frequenter aspexit dies tristior. Ferro adcincti vexant
sepultos et obliti numinis caelo ac sideribus praesidentis cinerum contagione pollutas
sacris altaribus manus inferunt, tanto in profundam caliginem conscientiae suae stupore
demersi, ut reverendis audeant interesse mysteriis et post excidia funerum credant deum
2 posse placari, quem nocentes precantur incassum, quem vita melior exorat. Commis-
sorum talium foeditatem, ne diutius tempora nostra maculentur, hac edictali lege dam-
namus. Quisquis igitur sepulcra profundae violator quietis et lucis ipsius hostis effode-
rit, quisquis ex his quaelibet marmora vel saxa sustulerit, poenae mox habeatur ob-
3 noxius. Servos colonosque in hoc facinore deprehensos duci protinus ad tormenta con-
veniet. Si de sua tantum fuerint temeritate confessi, luant commissa sanguine suo; si
4 dominos inter supplicia nullo interrogante nexuerint, pariter puniantur. Ingenui quo-
que, quos similis praesumptio reos fecerit, si fortasse plebei et nullarum fuerint faculta-
tum, poenas morte persolvant; splendidiores autem vel dignitatibus noti bonorum suorum
5 medietate multati perpetua notentur infamia. Clericos vero, quos tam diri operis con-
stiterit auctores, dignos credimus maiore supplicio: vehementius enim coercendus est
quem peccasse mireris, scelus omne gravius facit claritudo personae. Intolerandum, nimis
execrabile, non ferendum induere nomen et titulum sanctitatis et abundare criminibus.

---

18 inexpiabilem *E*, expiabilem *Ξ* corporum reliquias (-quas *L*)] r. c. *O* humatorum] humanatorum (-nitorum *Θ*, -niatorum *Ψ'*[b]) *ΔEΨ'Θ Ω Paris. 4408*[a]*. 4411,* humana natorum *Paris. 4414. 4415* **19** ceteros] ceteris *Γ* reos *om. Δ* uehimentio *Γ* prosequatur *S* **20** portentis] portentos et *O* dies tristior (tristitior *Θ*)] districtior *ΔSΞ Paris. 4408. 4414. 4415 Pith. (ad Sichard.),* inquisitio districtior *O* **20/21** ferro adcincti uexant (uexantur *Ω Paris. 4410*) sepultos (-tus *ΓMΘ*)] sepultos ferro adcincti uexant *E S Paris. 4414. 4415* **21** obliti] oblitis *ΔΘ* numinis] *Ω Paris. 4409*[b], nominibus *Δ*, nominis *ΓO et reliqui* praesidentis (praesi[*vel* -e]dentes *ΔGEXCMLΘ Paris. 4410. 4414. 4415*)] residentis *Paris. 4411. Pith. (ad Cuiac.),* illudentes *O* contagionum *G* polluta *L*, pollutus *Ξ* **22** inferunt] infuderunt *Θ*[a] tantum *SLΦ* profundam] profunda *M*, prouidum *G* caliginum *GMΦ* conscientiae] tantum conscientiae *E Paris. 4414. 4415* suae *om. G* **23** dimersi *LΦΘΩ*, dimissi *Ψ' Paris. 4410* my(*vel* -i)steriis] ministeriis *XΨ' Paris. 4408. 4411 Pith. (ad Cuiac.)* et] sed *E* excidias *L*, scidiam *Ξ Pith. (ad Cuiac.)* credunt *Γ* deum] dominum *Δ*, deum esse *Γ* **24** placeri *E* nocenter *L* incassum] in casum *Ω Paris. 4408. 4414* quem] quae *G* uitam *Γ* exorat] exortat *G*, exorata *Ψ' Paris. 4410* **24/25** commissorum igitur *O* **25** f(o)editate *ΔECΨ'ΘΩ*, fidelitate *Ξ* diutius] ducias *Γ*[a], ducius *Γ*[b] hac] haec *GELΦ* edictali] editali *Δ*, dictali *L*, edicta *EΞ Paris. 4408. 4410,* edicto *Fuld.*, edita *Epit. Mon. Pith. (ad Sichard.)* **26** quisquis] quicquid *M*, si quis *Ψ'* igitur] ergo *O* uiolatur *ΓΔLΦ Fuld.*, uiolatis *Paris. 4408*, uicto(*vel* -u)r *Paris. 4414. 4415* et lucis] et locis *Θ Vat. 1050*, locis *Ψ'* **26/27** offoderit *G* **27** quicquid *M* qualibet *Δ* saxa uel marmora *O* uel] aut *Paris. 4409* subtulerit *Ψ'ΘΩ Paris. 4410* poenae] poena *LΨ'*, pene *ΓG*, poenam *Fuld.* **27/28** obnoxius] innoxius *O* **28** seruos colonosque] seruus colonusque *ΓEMΞ Fuld. Paris. 4410,* seruus colonus qui *ΔΨ'ΘΩ Paris. 4409. Vat. 1050,* seruos colonos *OS*, seruus uel colonus seu quos *G* in *om. Ξ* deprehensos] deprehensus *ΔELΨ'ΘΩΞ Paris. 4410,* deprehinsus *Γ Fuld.*, comprehensos *G*, fuerit deprehensus *Paris. 4409* duci] duci eos *Paris. 4409* **28/29** conueniat *GLΦ*, conuenit *SΘΩΞ* **29** si de] sede *Γ*, sed de *Ξ*, et si de *ES*, qui si de *O* tantum fuerint (*om. Ω*[1]*Ξ Pith. [ad Cuiac.]*)] f. t. *Ψ'Θ* temeritatem *Γ* **30** dominus *ELΨ' Paris. 4410. 4411. 4414. 4415,* domnus *Paris. 4408*, dominum *OΘ ΩΞ Paris. 4409* inter supplicia *om. O* **30/31** quoque] quod *Ξ*, uero *Epit. Mon. Pith. (ad Sichard.)* **31** fortassis *E*, *om. Epit. Mon. Pith. (ad Sichard.)* plebegi *Δ* et] ex *Ψ'Θ*, et in *Paris. 4414. 4415* furit *G* **33** medietate] mediete *Γ*, medietatem *E* multati] multatim *Paris. 4409*, multi *Θ*, multa *Ψ' Paris. 4408*, notati *Φ* diri operis] diriuoperis *Ψ'*, dari operis *Ξ*, diu corporis *Θ* **33/34** constiterit] constitit *XCΦ Paris. 4410,* constat (costat *G*) *GM Epit. Mon.*, constituit *Ψ'* **34** auctoris *Γ* dignus *Γ*; *cf. Cod. Th. 11, 39, 10 v. 6 sq.* credemus *Γ*, credidimus *L*, credant *GM* maiore] maiori *OS*, esse *L* enim] erit *Ψ'Θ*, uero *Vat. 1050* coercendus] coherendus *Θ*, cocherendos *Vat. 1050* **35** mireris] *sic ΓM*, miseris *X CL Paris. 4414. 4415,* miserius *O*, mi[. .]ris *E*[a], miraris *S Pith. (ad Sichard.)*, mereris *Θ*, mereri *Ω*, meretis *Ξ*, meroris *ΔΨ' Paris. 4410*, memoris *E*[b], memores *Φ Paris. 4408. 4411. Vat. 1050. Pith. (ad Cuiac.)*, memores esse *G*, constiterit memorem quia *Paris. 4409*[b]*. Pith. (ad Sichard.)* omni *O* intolerandum] intoleranda *G*, intolerandae *XCM*, intollerandum est *S*, intolerando enim *E*, intolerabile *O* **36** execrabile] exigrabile *L*, exsecrabilique *S*, et execrabile *GM* feriendum (-do *Ξ*) *ΘΩΞ* induere] inducere *ΘΩΞ* nomine *GΘΞ* abundasse *O*

Quisquis igitur ex hoc numero sepulcrorum violator extiterit, ilico clerici nomen amittat
et stilo proscriptionis addictus perpetua deportatione plectatur. Quod ita servari opor-
tere censemus, ut nec ministris nec antistitibus sacrae religionis in tali causa statuamus
esse parcendum. Facessant querellae: nullius innocentiam sauciamus, nocentes tantum lex
6 nostra persequitur. Sed quoniam plerumque statutis salubribus dissimulatione venalium
iudicum negatur effectus, praesenti iubemus edicto, ut provinciae moderator adminiculo
municipum fultus censuram nostrae legis exerceat. Et licet nemo reus possit fascibus ac
securibus reluctari, si quis tamen extiterit sic superbus, sic inpotens, sic rebellis, in cuius
nequeat ire supplicium, amplissimas potestates directa relatione mox instruat, ne severitas
7 iusta lentetur. Quod si violatores sepulcri quos potuerit secundum formam sanctionis
huius punire neglexerit vel de superioribus referre distulerit, facultatibus et honore
8 privetur. Cuius quisquis, sive adhuc in potestate positi sive privati, propter omissam
poenam violatoris sepulcri voluerit accusator emergere, habeat liberam facultatem. Nec
delatoris formidet invidiam, cum praemio magis dignus sit, qui se constanter inprobos
9 odisse monstraverit, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris et
praecelsa magnificentia tua legem, quam pietatis et religionis amore concepimus, pro-
vinciis provinciarumque rectoribus celeriter innotescere propositis iubebit edictis, ut

---

37 hoc] isto *GM* numero] numero clericorum *G* uiolatur *L* clerici] celirici *E* ammittat *Γ*, amittant *E* 38 et] et sic E^b *Paris. 4409. Cuiac. ed. 1*, et sit *G*, *om. L* stilo] stillo *Δ*, stitulo *Ξ*, titulo *O* perscriptionis *G* adictus *Δ*, addictis *ΘΩΞ* plectantur *G* quod ita] quod si ita *E Paris. 4414. 4415* seruari] seruare *Φ Paris. 4410*, obseruari *GL* 39 censimus *Δ*, censuimus *Vat. 1050* anti(*vel* -e)stitibus] *ΓOEXC Paris. 4410. 4414. 4415. Vat. 1050*, ante(*vel* -i)stibus *Δ et reliqui* sacrae (sanctae *M*) religionis] sacri legionis *Paris. 4410* in tali causa (casu *CM*)] in c. t. *G* 40 facessat *O*, facescant *GESΨ'Θ* querela *O* nocentes] nocent *L* 41 nostra] ista *GM* persequitur] perquiritur *G* statutis] statu *Ω*^{1} salubrioribus *L* 42 iudicium *Paris. 4408. 4410* negat *G* ut] uti *M* prouinciae] prouidenciae *L* moderatur *Γ Paris. 4410* adminiculum *ΓΦ*, admiraculo *M* 43 municipium *GEΦΨ'Θ* fultis *Δ* censura *ES Paris. 4410* et licet] licet *SΩΞ* ac] aut *Ψ'Θ* 43/44 ac securibus *om. Ξ* 44 reluctare *Γ* sic superbus] sit s. *Ψ'*, tam s. *Vat. 1050* inpotens] inpetens *ΩΞ Pith. (ad Cuiac.)*, in poenis *Θ*, potens *GS*, impudens *Cui. ed. 2* cuius] cu(*sequitur vacuum spatium trium litterarum*) *Γ*, quem *Epit. Mon. Pith. (ad Sichard.)* 45 nequeat ire (iri *O*)] neque adire *EXMSΩ Paris. 4414. 4415. Vat. 1050*, nequat ire *Φ*, nequeat adire *Epit. Mon.*, neque adherere *Leid.*, neque habere *Paris. 4408* supplicium] supplicio *Γ*, iudicium *ΘΩΞ*, supplicum iudicium *Ψ'*, supplicium possit ad *S* directam relationem *S*, relicta relatione *Φ* instruant *GEXCMΨ'* 45/46 ne seueritas (seueritatis *Paris. 4408*) iusta] ne securitas iniusta *O*, ne seueritatis iustitia *S*, nisi lex ueritas iusta *Paris. 4415* 46 lentetur] laetetur *ΔOE*, letentur *Paris. 4409*, lenitentur *Paris. 4408*, legem nitentur *Vat. 1050* uiolatores] rectores uiolatores *Epit. Mon. Pith. (ad Sichard.)* quos] *fortasse* quis quos potuerit] poterit *S*, potuerint *GM* 47 huius] eius *Fuld.*, *om. S* puniri *Γ* neglexerint *GXCMΦΨ'Ω Paris. 4410* de superioribus (superiobus *Θ*, superbioribus *OESL*) referre distulerit (referre distulerint *GXC*, referendis tulerint *M*)] *scrib.* uel deferre superioribus distulerit a facultatibus *Fuld.* et honore] et honoribus *Ψ'ΘΞ*, honore *Fuld.* 48 priuentur *GM* positi] positis *ΔLΦ*, positus *GΨ'ΘΩΞ Paris. 4409. 4410* priuatus *Ψ'ΘΩΞ Paris. 4409* 49 uiolatores *Γ EΨ'Θ*, uiolatore *Δ* se sepulchri *Γ* accusator (-tur *Γ*) emergere (emercere *L*)] accusatorem mergere *XCSΨ'Θ*, se accusatorem mergere *G* habeas *E* facultatem] potestatem *Epit. Mon. Pith. (ad Sichard.)* 50 de(*vel* -i)latores *EΨ'Θ Ω Paris. 4410* inuidiam] inuidia *ELΦ*, iniuriam *Paris. 4409. Leid. Pith. (ad Sichard.)* premium *G*, primum *Φ* dignum *XCM Paris. 4410* constanter] constater *X*, constat *GM*, *om. Γ* inprobos] inprobus *ΓEXMΘΩΞ Paris. 4410*, improbum *C* 51 monstrauerit] monstratur *Ψ'Θ*, probauerit *Vat. 1050* albine *om. Leid.*

pkaa] *ΓOCPM Paris. 4408*, pka *ΩΞ Paris. 4410*, pk. ag. *Θ*, ii. k ags *Paris. 4413*, pk. aug. ag. *G*, pk. aq. am. *L*, pater kaa *X*, pater ka *Δ*, pater c. a. *Ψ'*, parens k(a) adq. *E Paris. 4414. 4415*, parens karissime atque amantissime *S*, praefecte kme atque amantissime *Paris. 4409*, *om. Leid.* 51/52 inlustris (inlustra *Δ*, illustris igitur *O*) et praecelsa (praeclara *Ω*) magnificentia tua (*sic verbis perscriptis plerique*, pcla fat *L*, pmta *M Paris. 4408. 4410*, prum(p)ta *Paris. 4411. Vat. 1050*, prae mta *C*, prae. m. t. *Φ*, pmt *O G*)] inlustrissima magnificentia tua et praeclara *Ψ'Θ Paris. 4413* 52 legem quam ..... concepimus *om. Γ* lege *Ψ' Paris. 4410* relegionis *MΦ* amore] more *XCM* concipimus *Δ*, concipiemus *G* 52/53 priuinciis *G*^{a} 53 prouinciarumque] prouincialiumque *M*, earumque *Γ* propositis] *sic Φ Paris. 4409*, propriis *ΓΔO et reliqui*

criminosis poena reddatur, innocenter viventibus gratulatio, pax sepultis. DAT. III ID. MART. ROM(AE). ACC(EPTA) VI KAL. APRIL. ROM(AE) CALEPIO V. C. CONS. PROP(OSITA) IN FORO TRAIANI VIII ID. APRIL. ANTELATA EDICTO ALBINI V(IRI) INL(VSTRIS) II P(RAEFECTI) P(RAETORI)O ET PATRICII.

Haec lex interpretatione non eget.

Γ. — BREV. (**ΔΔO[om. int.]GEXCP[deficit* 12 occasus] *MSL, item selectis tamen lectionibus Φ [om. subscr. int.] et decurtati ΨΘΩΣ[deficit* 7 defunctorum] *Ξ Leidensis [textus incipit* 26 quisquis] *Paris. 4408. 4409 [= Vatic. reg. 1048 = Bern. 263]. 4410 [= Berol. Savignian.]. 4411. 4413. 4414. 4415. 9653 [finit* 33 infamia, *redit* 48 cuius, *deficit* 49 facultatem; *om. subscr.]. Vatic. 1050 [textus finit* 3 persequendo, *redit* 26 quisquis; *om. inscr. subscr.]; Fuldensis textus partem [incipit* 25 hac edictali, *finit* 48 priuetur] *epitomatam exhibet; conciliorum Toletani IV [a. 633: v. Mansi X p. 630] c. 46 et Meldensis [a. 845: v. MG. Capitul. II, 415] c. 72 ad novellam nostram spectant).*

54 innocenter] innocenterque *S* uiuentibus] iubentibus *Paris. 4410* gratulatio] gratia *E*, gratiam *Paris. 4414, om. Paris. 4415* **54/55** dat. (datur *X*) iii (ui *S*, iiii *Paris. 4408. 4411. 4413. 4414. 4415*) id. mart. rom. (rauenne *O*ᵇ, *om. E*) *libri* **55** acc. (et acc. *Paris. 4409*) ui (uiii *Paris. 4414*, uii *ΔΨΘΩΞ Leid. Paris. 4408. 4409. 4410. 4411*, u *Paris. 4415*, iii *O, om. G*) kal. (id. *Paris. 4411. 4414. 4415*) april. (*om. Paris. 4409*) rom. (*om. Paris. 4409. 4410. Epit. Mon.*)] *om. Γ SL* calepio (*sic ΓMS Paris. 4409. Epit. Mon.*, calippio *E*, calupio *Paris. 4408. 4411. 4415*, calipio *ΔO et reliqui*) uc. (uic. *Ξ Leid. Paris. 4414*, uiro claro *S*, uiro clarissimo *Γ*, uictoriosissimo *G*, ualent. *Paris. 4409*) cons. (*om. E Paris. 4414. 4415*)] *om. L Paris. 4410* **55/56** prop. in foro traiani (troiani *G*, tra(h)iano *Ξ Paris. 4413*, troiano *Paris. 4409*) uiii (uii *OG*) id. april. (uiii id. april. *om. Epit. Mon.*)] *om. ΓESL Paris. 4410* **56/57** antelata (antelate *ΔΨΘΩΞ*, antelacte *Paris. 4413*) edicto (edictio *XC Paris. 4414*) albini (albine *Paris. 4413*, albino *Paris. 4408. 4409. 4414. 4415*, ab albino *G*) u inl. (incl *C*, i *G*, inlustri *Δ*, *om. ΨΘ Paris. 4413*) ii (*sic Paris. 4409. Pith. [ad Sichard.]*, sec. *Δ Paris. 4408. Pith. [ad Sichard.]*, seu *X*, secundo *GM*, et *ΨΘΩΞ Paris. 4411. 4413. 4415*, in *Paris. 4414*, *om. OC*) ppo (pfo *G*, pro *Ξ*, prepositi *O*, prop *Paris. 4411*, prope *Paris. 4413*, prof(*vel* -ph)et *Paris. 4414. 4415*) et (e *Paris. 4415*) patricii (*sic O*, et patricio *Δ et reliqui, om. G*)] antelate edicto albini uiri inlustri *Leid.*, inl. sec. ppo *Paris. 4410, om. ΓESL Epit. Mon.* **58** haec lex (ista lex *EXCMS*, lex ista *Paris. 4409*) interpretatione (interpretatio *S*, interpretationem *Θ*, inter *Δ*, exposita *L*) non eget (egit *ELΨΘΩ*, aeg/ *Δ*, indiget *G Paris. 4409*) *libri*

XXIIII [*Haenel* XXIII]. DE NEGOTIATORIBVS.

xxiiii] xxiii *Phill. 1735* ('in nouell. lib. h(abetu)r xxiii'), xxii *Γ*, uii *O*, theod. xxuii **ΔΔ Fuld.*

Nov. XXIIII [*Haenel* XXIII] (447 Apr. 25).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. AD FLORIANVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Inter cetera, quae perennitatis nostrae mansuro saeculis ordinamus imperio, hoc quoque, quo aerarii nostri commoda tueri posse salubri suggestione probamus, maiestatis nostrae sancimus oraculo, ne ulterius furtiva negotiatio et claris urbibus rarum faciat mercatorem et obscuris ac reconditis locis in damnum publicae functionis lateat turba
1 mercantum, Floriane f(rater) a(mantissime). Idcirco inlustris auctoritas tua pragmatici

---

1 ualentiniani *Phill.* ad florianum] *Γ*, floriano *O Pithoeus*, fiorentio *Pithoeus*, *om. Δ Phill.* **1/2** com. s. l.] *Ritter*, con *Γ*, consulari *O*, ppo *Pithoeus, om. Δ Phill.* **2** quae] *ΓΔO*, queis *Pithoeus* perhennitatem nostram e *Γ* mansuro] *O*, mansurum *Γ Pithoeus*, mansuram *Δ* imperio] *O*, imperium *ΓΔ* **3** quoque quo] *Γ*, quia et *O*, et *Δ*, quod et *Pithoeus* tueri posse commoda *O* suggessione *Δ* maiestatis] si maiestatis *Pithoeus*, quod maiestatis *Pith. (ed.)* **4** santiemus *Phill.* ne] nec *Δ* **5** obscures *Γ* **6** fa] *ΓΔ*, fr. amantissime *O* inlustra *Δ*

nostri tenore conperto sciat iuxta suggestionem suam omnes, qui declinatis urbibus per vicos portusque quamplures possessionesque diversas exercent negotiationis officium, pro aerarii nostri commoditate retinendos, ut secundum modum, quem iustitia suaserit, aurariam functionem cogantur agnoscere: gravis multae condemnatione proposita his, qui huiusmodi negotiatores in fiscale dispendium putaverint cohibendos. Aequum enim est eum, qui praeceptis nostris crediderit obviandum, facultatum suarum subire discrimen. DAT. VII KAL. MAI. ROM(AE) CALEPIO V̄C̄. CONS.

ΓΔO Phill. 1735 [Epit. Monachi] f. 158ᵃ (inscr. text. [incipit 3 maiestatis, *finit* 4 oraculo, *redit* 7 omnes*] subscr.) Fuld. (incipit* 11 aequum, *finit* 12 discrimen*)*

7 iusta *Γ* suggessionem *Δ* 7/8 per uiços portusque (portosque *Δ*) q. p. diuersas] et per diuersa loca *Phill.* 8 exercent neg. off.] negutia exercent *Phill.* *post* exercent *ins.* ut publici functionis lateant *(cf. v. 5) Phill.* pro ... 9 ut *om. Phill.* 9 ut] *O Pithoeus, om. ΓΔ* quem] que *Phill.* iustitia] iusti iam *Γ*, iustia *Phill.*ᵃ 10 cogantur] *O Pithoeus,* cogatur *ΓΔ Phill.* grauis .... proposita *post* 11 cohibendos *Phill.* cond. proposita (proposi *Γ*) his (hi uero *Phill.*)] his c. pr. *O* 11 negotiatore *Γ* fiscalem *Δ* putauerint] putauerit *Δ*, potauerit *Phill.* cohibendos] *scripsimus,* contuendos (-dus *Phill.*) *libri* est enim *Phill.* 12 eum *om. Phill.* qui .... obuiandum *post* discrimen *Phill.* credederit *Phill.*, credeberit *Fuld.* 13 dat. uii *(ΓΔ Phill.,* ui *O)* k. mai. rom. *(om. Phill.)* calepio *(sic Γ,* calipio *Δ,* calyppio *Phill.,* alipio *O)* ūc̄ conss. *libri*

XXV [*Haenel* XXIIII]. DE LIBERTIS ET SVCCESSIONIBVS EORVM.

xxu] xxiii *Γ*, [x]xui *O*, uii *Δ*, u *Leid.*, ui *reliqui (om. GC)* libertis] liberis *Vat. reg. 1048. Pith. (ad Sichard. et ed.)*, liberatis *S (lat.* ᵅ*) L (lat.)* et *(ins.* de *S)* successionibus (subcessionibus *L [context.]*, successoribus *ΦΨ [lat.] Θ [lat.] Ω*ᵃ *Paris. 4411*, susceptoribus *ΔΨ [context.] Θ [context.] Ξ Leid. Pith. [ad Sichard.])* eorum (eorum et pari*[-a context.]*cidiis *Fuld., om. Φ*)] *om. O*

Nov. XXV [*Haenel* XXIIII; BREV. VI] (447 Iun. 3).

DD. NN. IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Cum iuris aequitas omnibus dominis in commune permiserit fructu libertatis et praemio fortunam mutare servorum nec manumissoris posteros his graves esse conveniat, quos meliore iudicio tanti muneris auctor evexerit, duras nimis benemeritis credimus sanctiones, quae sic opprimunt sub ingrati actione libertos, ut ab heredibus defunctorum praecipiant in servitutem vocari, tamquam contra iniuriarum vel superbiae reos nulla
1 nisi abrogandae libertatis poena sufficiat. Huius ergo statuti vigorem benignius corri-

---

1 d̄d̄ n̄n̄ *(sic G Paris. 4408. 4414. 4415,* d̄d̄ n̄r̄is̄ *Paris. 4410, om. reliqui)* imp̄p̄. (imp̄ p̄p̄ *E Paris. 4409,* imperatio *S)* theod. et ualent. (ualentinus *S)* āā.] idem augusti *O* 1/2 albino *(sic ΓGE LΦ Leid. Paris. 4409. 4414. 4415,* ad albino *ΔΩ Paris. 4408,* ad albinum *reliqui,* albinum *Paris. 4410)* ii p̄p̄ō *(sic ΓE,* p̄p̄ᵒ *ΔLΨ*ᵇ*ΘΩ Leid. Paris. 4413. 4414,* p̄p̄m̄ *Paris. 4410,* p̄p̄ō ii *reliqui)* et *(om. Leid. Paris. 4409)* patricio (patricium *S Epit. Mon.*, patricio consulibus *G, om. Leid.*)] eidem patritio *O* 2 dominis] damnis *G* fructu] fructus *G*, fructum *ESL* libertatis] liberalitatis *OG*, ubertatis *Δ* 2/3 et praemio (-mium *E*)] praemio *Δ* 3 fortunam] fortune *E*, furtuna *Γ*ᵇ, futura *Γ*ᵃ mutare] uitare *Φ* *Pith. (ad Cuiac.)* nec] ne *L* manumissores *OE* posteros] posterius *O* grauis *ΓΔGESL* 4 meliori *GM* auctor (auctoritate *O*) euexerit (-rint *O*)] auctore (-i *Γ*) ue(-i *E*)xerit *ΓGEL* 4/5 credimus sanctiones (-nis *ΔM*)] s. cr. *C* 5 quae] qui *E* opprimunt] opp̄mum *Γ*, comprimunt *Pith. (ad Cuiac.)* ingrati] ingrata *G; cf. Cod. Th. 4, 10, 2* libertos] liberus *Γ* ut] aut *S* 6 praecipiant] *fortasse* praecipiantur in seruitute *GM* uocari] uocare *Γ*, uocaturi *Δ* tamquam] quam *Δ* contra *om. G* iniuriarum] iniuriam *ΓGΦ Pith. (ad Cuiac.)* nullam *ESL* 7 sufficiet *XC* statuti] stati *Γ*, statui *L* uigore *GM* benignus *ΓL*

gentes mansura iugiter lege decernimus, ut, si quis ex familia sua cuiuslibet sexus
homines libertate donaverit, eius heredes, sive extranei sive filii seu filiae seu nepotes
neptesque fuerint vel propinqui cuiuscumque cognationis et nominis, manumissos non
teneant ad obsequiorum necessitatem nullamque contra ingratos habeant actionem, sed,
quod minime remur, si contumeliam fortasse pertulerint, ad cohercendos iniuriarum reos
utantur iure communi. Nemo sibi nostrae legis obstaculo credat perire vindictam: late
adversum noxios severitas patet. Hoc unum genus ultionis nostro saeculo venturisque
temporibus nulli prorsus sperare permittimus, ut in ius vocati postulet servitutem.
Iustitiam praesentis edicti, si bene sentiant, famae praestamus heredum, ne videantur
2 non agere causam doloris, sed exercere potius cupiditatis ardorem. De successionibus
etiam, quas latius et obscurius veteres protulerunt, conpendium lucidae definitionis ad-
hibemus. Itaque libertus, qui c(ivis) R(omani) privilegium fuerit consecutus, sive unicum
pignus seu plures cuiuslibet sexus habeat filios, cum mori coeperit, suboli suae omnes
3 proprias si maluerit facultates supremo securus dimittat arbitrio. Quod si nulla prole
gaudebit, quattuor uncias bonorum suorum manumissoris filio vel, si plures erunt, filiis
derelinquat aut, si filiorum nullus extiterit, nepoti ex filio vel nepotibus eandem deputet
4 portionem. Filias vero manumissoris earumque filios et nepotes inpune praetereat, nisi
5 forsitan aliud amor suaserit voluntasque morientis. Ne quid autem scaevis interpreta-
tionibus calumniantum moliantur insidiae, quod pro liberto statuimus pari sibi munere
6 etiam liberta defendat. Praeterea intestatis libertis filius filiave nepos neptisque vel
si plures superstites fuerint, dummodo liberi civesque Romani, pro totius patrimonii
7 soliditate succedant. Nam si nec filios habuerint nec nepotes, reliquerint tamen patrem
matrem fratrem sororem pari libertate gaudentes, medietatem sibi intestatae successionis

---

8 discernimus *Δ* familia sua] familias a *Γ* 9 hominis *ΔEL* libertati *S* heredes] heres *M* siue] seu *OG* extranei] extraneis *ΓGE* siue] seu *O*, *om.* *ΓΔ* filii] fili *Γ*, filiis *GE*, *om* *Δ* seu filiae] siue filiae *ΔE* seu nepotes] seu *Δ* 10 neptesque (neptisque *ΓL*, neptaeque *G*)] neptesue *OC* fuerant *Γ* cognationis (nationis G^{a}) et] cognationi sit *L* manumissus *ΔL*, manumissis *G* 11 sed *om.* *S* 12 quod minime (mineme M^{a}) remur si (remorsi *XC*, reor si *M*)] cum memineremus si E^{b} contumelia *G* pertulerint] protulerint *G*, pertullerant *Γ* ad cohercendos (-dum M^{a})] ad quo hercendus *Γ*, a quo arcendos *G* 13 cummune *Γ* leges *E* obstaculum *Γ* perire uindictam] per eum dictam *L* late] date *X*, data *C* 14 aduersus *ΔL* noxios] obnoxios *E* ultionis *om.* *S* nostro] nostre *Δ* uenturisque] uenturumque *G* 15 temporibus] temporis *GM* nulli] nullus *Γ* prorsus *om.* *G* sperare (expetrare *L*, supplicare *GM*) permittimus (perremittimus G^{a})] omnino concedimus *O* uocati] indicato *G* 16 iustitiam] iuditium *O* presentes *G* edictis *E* si bene (sibi bene *G*, siue *L*) sentiant *om.* *O* famae *om.* *G* 17 non agere] agere *Δ*, non bene agere E^{v} causa *L* exercere] excipere *G* potius *om.* *O* 18 quas *om.* *G* obscuriis *Γ* ueteres *om.* *G* pretulerunt *G* lucidae] loci de *E* 19 libertos *EL*, libertis *G* qui *om.* *E* c̄. r̄.] *sic* *Γ*, ciuis (ciues *GE*) romani *reliqui; malumus* ciuitatis Romanae priuilegio *G* siue (seue *L*)] seu *GPM* 20 seu] siue *OΦ* cuiuslibet] cuius liber *E* habeat] habuerit *O* cum mori] commori *L*, communi *G* caeperit *GL*, ceperat E^{a}, coeperat E^{b} suboli] subole *Δ*, subules E^{a}, suboles E^{b}, sobolis *ΓG* 21 proprias *om.* *O* si maluerit] si maluerint *G*, simulauerit *L* supremo (su*[sequitur vacuum spatium trium litterarum]*mo *Γ*, sub premio *S*) securus (-os *XC*)] securus supremo *G* dimittit *G* nulla prole (prola *Γ*)] prole nulla *O* 22 manumissores *Δ* uel si p. e. filiis (filii *GL*) *om.* *O* 23 derelinquat] relinquat *ΔO* aut *(om. O)* si filiorum (filius *O*) n. extiterit *om.* *G* nepoti ex f. uel *om.* *O* nepotibus] neptibus *ΔPM* eandem (eadem *E*, tandem *L*) deputet] candede $Γ^{a}$, cande deputet $Γ^{b}$ 24 filias] filius *Γ* manumissores *Δ* eorumque *S* filios et nepotes (ueptes *Δ*)] sobolem *O* inpune] inponere *S* praetereant *E* 25 amor] mors *S* morientes *Δ*, morienti *Γ* quid] quis *L* scaeuis (scaebis *Γ*, scaei *X*) *vacuo spatio relicto deest* *C* 26 calumniantum] *ΓO et reliqui*, calumniantium *ΔG*, calomniatum *L* liberto] libero *Δ*, libertos *EP*, libertis *G* sibi] siue E^{b} 27 liberta] *sic* *ΔOSL*, libertas *E*, libertate *Γ et reliqui* defendet *L*, defendit *ΓES* intestatis] in testamentis *S* libertis *om.* *Δ* filios *G*, filis L^{a}, filiis L^{b} filiaue] filiasue *G*, filia uel *O*, filiae *L* nepos neptisque (neptesque *S*)] nepotes neptesue *O*, nepotes *Δ* 28 superstites (-tis *E*) *om.* *XC* dummodum *L* liberi] liberti *Γ* ciuisque *ΓGE* pro totius] potius *G* patrimoniis *GE* 29 si nec] sine *L* habuerint *om.* *O* reliquerint] reliquerent *Γ*, relinquerint *GS*, reliquerit *O*, derelinquerint *E*, *om.* *Φ* *Pith. (ad Cuiac.)* tamen] set tantum *O* patrem] pater *Φ* *Pith. (ad Cuiac.)*, *om.* *G* 30 mater *Φ* *Pith. (ad Cuiac.)* fratrem] *sic* *ΓΔES* *Pith. (ad Sichard.)*, frater *Φ* *Pith. (ad Cuiac.)*, *om.* *O et reliqui* soror *Φ* *Pith. (ad Cuiac.)*, sorem *G* pari] patri *G* libertatem *Γ* intestatam *XC*

haec de supradictis persona defendat quae gradu potior invenitur, aliam vero medietatem manumissorum reservamus heredibus: quos tunc respiciet omnis hereditas, si intestato
8 expressa necessitudinum nomina defuisse constiterit. Ipsis vero manumissoribus nihil penitus derogamus, quibus ius patronatus integrum semper manebit salvumque durabit quidquid vel prisci iuris auctoritas vel superiorum principum sanctiones contra ingratos
9 detulere libertos. Sed ne penitus sibi reverentiam posteri causentur negatam, statuimus et iubemus, ut adversum manumissoris filios et nepotes liberti libertaeve in nullis omnino causis testimonium dicant. Quod si, licet nihil valiturum, dixerint, puniantur,
10 Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris et praecelsa magnificentia tua propositis reverenter edictis cunctorum sensibus aequitatem nostrae legis insinuet, ut, quanto studio et detestemur iniustos et libertati tribuamus favorem, totus ubi noster est orbis agnoscat. DAT. III NON. IVN. ROM(AE) CALEPIO ET ARDABVRE VV. CC. CONSS. PROP(OSITA) IN FORO TRAIANI V ID. IVN. ANTELATA EDICTO ALBINI VC.

INTERPRETATIO. Lex ista constituit, ut liberti, qui cives Romani effecti sunt, ab heredibus manumissorum, sive filii sint sive extranei, proposita iniuriae actione, qua se dicant laesos, pro occasione istius ingratitudinis ad servitium nullatenus revocentur. Sed si talis casus emerserit, quasi contra alios ingenuos, sic de iniuriis apud iudicem actio proponatur. De successionibus vero libertorum, hoc est civium Romanorum, id censuit observandum, ut libertus sive liberta, si unum filium seu plures habuerint, ipsis facultatem suam morientes si voluerint integram derelinquant. Contra cuius voluntatem neque filii ex patrono neque nepotes ex filio ulla venire poterunt ratione. Quod si libertus libertave, qui defuncti fuerint, filios non habuerint et testari fortasse voluerint, tertiam facultatis suae manumissorum filiis vel nepotibus, qui ex masculis

---

31 supradictis] supradicti *GPM*, supradicta *S* personas *L* gradum *Δ* potius *EL* **32** quos] quae *G* resp. omnis (-nes *ΔE*) her.] hereditas omnis respiciet *O* si *om. G* **33** nomina necessitudinum *O* constiterint *ΔPM* ipsius *L* **33/34** nihil p. d. quibus *om. G* **34** durauit *ΓGE* **35** uel *om. ES* sanctionis *Δ* **36** sed ne] neque *Δ* **36/37** statuimus et] statui duce *Δ* **37** aduersus *ES* manumissoris] manumissorum *GPM* et nepotes] nepotes *Δ*, uel nepotes *O* liberti libertaeue] liberti libertiue *E*, libertiue *G*, liberti liber officio *Δ* nullis] nullius *ΔG* **38** testimonio *L* si licet] scilicet *ΔXC*, licet *E*, si *G* ualiturum *om. Δ* dixerint] edixerint *GPM* **39** pkaa] *OXC*, pka. *Δ*, pk aug̅. aug̅. *G*, pk aq̅. am̅. *L*, parens ka *E*, post k agustus *Γ*, parens carissime a̅a *PM*, parens karissime atque amantissime *S* inlustris] inlustra *Δ*, illustris igitur *O*, incl̅. *C*[1], *om. EΦ* **39/40** praecelsa (preclara *Δ*) magnificentia (magnitudo *S*) tua (*om. G*)] *sic verbis perscriptis ΓΔGES*, cla mfat *L*, pmta *XC PM*, pmt *O* **40** propositis] *Pith. (ad Cuiac.)*, p̅p *Φ*, propriis *ΓΔO et reliqui* reuerenter] reuerentur *G*, euidenter *E Pith. (ad Cuiac.)* nostra *E* insinuit *E*[a]*L*, insinuetur *G* **41** studium *Γ* et detestemur] detestemur *S*, detestamur *E* iniustos et] iniusto sit *S* libertatem *L* fabore *Γ* totos *MS* **42** agnoscat] ammoneas *S* **42** dat. iii (iiii *G*) non. iun. (ian. *GESL Paris. 4408. 4409*, iulias *Epit. Mon.*) rom. (*om. Paris. 4409*) (*hic deficit L*) calepio (*sic Paris. 4414. 4415. Epit. Mon.*, calipio *OGEPΨΘ Ω Leid. Paris. 4410*, calippio *Ξ*, callipio *ΓX*, calypio *Δ*, callypio *C*, alipio *S*, caelino *M*, asclepio *Paris. 4408*) et (*om. Γ*) ardabure (*sic OXCPMS ΨΘΩ Paris. 4410. 4414. 4415*, ardabore *E Paris. 4408*, ardabole *Paris. 4409*, ardebure *Epit. Mon.*, ardebore *G*, ardare *Δ*, *om. Γ*) u̅u. c̅c. (u̅u *Δ*, u̅c *ΓCΨΘΩ*, u̅ic *XΞ Leid.*, *om. GES*) conss. (*om. ΔEΨΘΞ Paris. 4409*) *libri* **42/43** prop. (acc. *ΨΘΩ Paris. 4413. Pith. [ad Sichard.]*, a̅aa *Ξ*, *om. ΔG Paris. 4410*) in foro (*om. Leid.*) traiani (tratiani *X*, traciano *Ξ*, troiani *ΔG*, troiano *Paris. 4409*) (*ins.* accepta *Leid. Paris. 4410 Pith. [ad Sichard.]*) u (quintu *M*, quitu *P*, ui *G Paris. 4408. 4409*) id. iun. (ian. *G Paris. 4408. 4409. 4414. 4415*) (*ins.* et *Ξ*) antelata edicto (antelate dicto *X Leid.*, ante latine edicto *G*, *om. Paris. 4409*) albini (albino *Ξ Leid. Paris. 4409. 4410. 4414. 4415*) u̅c. (u̅c [u̅ic. *Leid.*] co̅ns. *Ω Leid. Paris. 4408*, c̅sl *Paris. 4409*, *om. GXCPMΞ*)] *om. ΓOESL Epit. Mon.* **44** ciuis *Fuld.* **45** siue filii .... **46** ingratitudinis] seu filiis statim *Fuld.* iniuriae] in iure *S* **46** ingrauitudinis *ΨΘ* seruicio *Fuld.* casus] causa *G* **47** quasi] qualis *ΨΘ* alios] filios *G* proponatur] deponatur *Paris. 4409* successoribus *G* **48** libertorum] liberorum *GS* censuit] censuimus *G* obseruandum] obseruari dum *PM* **49** si] siue *S* habuerit *ΨΘ* integra *E* **50** neque] nec *Paris. 4409* fili *S* neque] nec *Paris. 4409* ulla] in ulla *S* **50/51** uen. p. ratione] poterunt rationi obsistere *G* **51** libertus] libertis *E*, liberti *Fuld.* libertaue (libetaue *G*)] libertaque *ES*, *om. Fuld.* qui defuncti] quae defuncta *G* filius *Fuld.* habuerint] *ΔGESΩΞ Pith. (ad Cuiac.)*, habebant *Paris. 4409*, abeant *Fuld.*, habebunt *reliqui* et testari ... **52** uoluerint *om. Fuld.* **52** uoluissent *XC* tertium *S* falcutatis *Δ*, facultatem *Fuld.* manumissorem *Fuld.* qui ex ... **53** fuerint *om. Fuld.* masculis] masculo *GPM*

nati fuerint, derelinquant. Filias vero manumissoris earumque filios et nepotes ab hac hereditate salva pagina testamenti securi, si voluerint, praetermittant, quia feminae ad istas hereditates penitus non vocantur: nisi forte illi liberti de duabus partibus pro gratia aliqua filiabus vel nepotibus ex filia patronorum suo voluerint conferre iudicio. Si vero liberti nec filios dimiserint nec nepotes, si patrem matrem fratrem sororem et ipsos libertos civesque Romanos factos esse constiterit, quos superstites derelinquunt, tunc medietatem sibi patroni heredes vindicent et medietatem de suprascriptis personis de gradu defuncti liberti qui proximior invenitur. Nam si liberti qui cives Romani fuerint vivo manumissore decesserint, si sine voluntate patroni condere voluerint testamenta, penitus non valebunt, quia auctoritati manumissorum omnia lex ista servauit. Contra filios vero vel nepotes nec libertus nec liberta testimonium dicere in quacumque causa praesumant: quod si fecerint, licet recipi nulla liceat ratione, tamen quicumque liberti contra filios vel nepotes patroni contrarium testimonium dederint, puniantur.

Γ. — BREV. (*ΔO[om. int.]GEXCP[incipit* 18/19 adhibemus*] MSL, item selectis tamen lectionibus Φ [om. subscr. int.]; decurtati omnes textum omittunt; Fuldensis interpretationis frusta exhibet [primum finit* 46 reuocentur, *alterum continet* 51 libertus . . . 53 derelinquant, *tertium* 60 si liberti . . . 61 ualebunt, *ultimum* 64 liberti . . . puniantur*]; ad vv. 29sqq. pertinent legis Visigoth. 5, 7 c. 13 et 14). — Cf. quae Mommsenus in Theodosiano p. CIII adnotat ad Berol. Lat. fol. 270 f. 16.*

58 fuerint] sunt *C* derelinquent *Fuld.* manumissoris (-ores *Δ*)] manumissorum *GPM* 55 de] pro *G* pro gratia] *plerique*, per gratiam *Pith.(ad Cuiac.)*, p̄rogatiua *Paris. 4409*[k] 56 suo (suae *E*, suorum *Pith. [ad Cuiac.]*) uoluerint] uoluerint suae uoluntatis *S* conferri *ΨΘ* iudicium *Δ* filios] filios nec filias *G* 57 matrem] *ΔELΩΞ Paris. 4409*, uel matrem *reliqui* fratrem *om. G* libertos] liberos *G EPML* ciuesque] quos ciues *S*, ciues *Paris. 4409* romano *M* 58 factus *M* constiterint *GΨΘ* quos] quod *XCPML* suprestites *ΨΘΩ* derelinquant *GMΨΩ* tunc *om. S* patrone *Ω* 58/59 uendicent *G* 59 medietatem] mediae *G* de suprascriptis personis] *sic Ω*, sibi suprascriptas personas *L*, suprascriptis personis *reliqui* 59/60 qui proximior inuenitur nam si liberti *om. Θ* 59 proximus *C post* inuenitur *add.* adtribuant *Paris. 4409*[a] 60 si *om. Ψ* qui . . . fuerint *om. Fuld.* uiuum manumissorem *Fuld.* discesserint *S*, discenserit *Fuld.* si] se *Fuld.*, et *S* patrono *Fuld.* 61 noluerint *G*[a] testamentum *XC Fuld.* ualebit *Fuld.* auctoritate *EΨΘΩ*, aucte *Δ* manumismissorum *E* omni *S* 62 seruauit] seruabit *ΔXCPMSΨΘΩΞ* filos *P* uero *om. XCPM* uel *om. P* nec libertus] uel libertus *E* nec liberta] libertauae *Paris. 4409* 63 fecerit *S* nulla] in nulla *E* liceat] licebit *G*, debeant *Paris. 4409* ratione *om. G* 64 filius *Fuld.* nepotis *Fuld.* contrarium] si c. *Fuld.* dederint] dixerint *L* puniuntur *Fuld.*

XXVI [*Haenel* XXV]. DE CONFIRMATIONE LEGVM DIVI THEOD(OSII) AVG(VSTI) QVAE LATAE SVNT POST THEODOSIANVM.

xxui] xxiiii *Γ(lat.)*, xxiii *Γ(context.)*, i *O*, theod. xxxu **ΔΔΣΞ Fuld.* confirmationem *Ξ* legum] *ΓO (context.)*, legum nouellarum (nouelli *Σ [context.]*) **ΔΔO (lat.) ΣΞ Fuld.* diui] diuito *Fuld.*, *om. O* aug̅.] *Γ Fuld. (context.)*, *om. reliqui* q. l. s. p. theodosianum] *Γ*, *om. *ΔΔOΣΞ Fuld; cf. Prolegomenorum caput primum.*

Nov. XXVI [*Haenel* XXV] (448 Iun. 3).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. ALBINO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Gloriosissimus principum dominus Theodosius clementiae meae pater leges a se post Codicem nominis sui latas nuper ad nos, sicut repetitis constitutionibus caverat,

---

1 theod. et ualent. aa. (ā *ΣΞ*)] ualentinianus *O* ii *om. OΣΞ* 1/2 p̅p̅o̅ et patricio] *Γ*, p̅p̅o̅ patricio *ΔΣΞ*, preposito (*om.* et patr.) *O* 2 princeps *Fuld.* me *Γ* legis *ΔΣ*[1] *Fuld.* 3 nomina *Fuld.* nuper] nobis *Ξ*, non per *Fuld.* ad nos . . . 4 praeceptione *om. Fuld.* 3 rei petitis *ΣΞ*

prosequente sacra praeceptione direxit, Albine p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).
1 Inlustris et praecelsa magnificentia tua nostrorum quoque apicum tenorem secuta perferri eas in notitiam omnium cum supradicta venerabili iussione simul missa, quae nihil dubitationis reliquit, tam suis quam provincialium iudicum decernet edictis, ut, sicuti uterque orbis individuis ordinationibus regitur, isdem quoque legibus temperetur. DAT. III NON. IVN. RAV(ENNAE) POSTVMIANO ET ZENONE VV. CC. CONSS.

. *ΓΔΟΣΞ Fuld.* (*incipit* 2 gloriosissimus, *finit* 4 direxit)

IMP. VALENT(INIANVS) A. FIRMINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Ad auctores suos beneficia delata respiciunt nec minus plenam gratiam meretur, qui praestanda suggessit quam qui suggesta concedit. Unum providi iudicis est, alterum munificentiae principalis et insinuatio, benevolentiae titulum praestando, gloriam cumulat insinuationis effectu. Censeo igitur, ut iuxta suggestionem culminis tui honoratis Afris et possessoribus hostili vastatione nudatis isto remedio consulatur, ut, quod fortunae inpressio sustulit, ad quantum potest, largitas augusta conpenset. Dulce est remedia fessis op-

---

1 pf p̄o *Δ*, preposito *O* auctores] *Oᵇ Pithoeus*, auditores *ΔOᵃ*, auditoris *Fuld.*, adiutores *Pithoeus* 2 plena gratia *Δ* 3 concedit] *O*, concedat *Δ* indicis *Pithoeus* 4 titulum] *O*, titulo *Δ* 5 affectum *Δ* iusta suggessione *Δ* affris *Δ* 6 nudati *Δ* fortuna *O* inpressio] *Pithoeus*, in precio *Δ*, pretio *O* 7 ad] id *Pithoeus* augusta conpenset] *Pithoeus*, augusta (angustet *O*) competens et *ΔO*

tata largiri et, licet habeat inexhaustum dolorem atque aeterna suspiria propriarum amis-
2 sio facultatum, tamen, quae in tam tristi fuerint sorte conlata, amissa solantur. Igitur
intra Numidiam provinciam ex desertis locis, de quibus, sicut celsitudinis tuae suggestio
loquitur, nihil emolumenti accedit, honoratis et possessoribus, quos praediximus, XIII
milia fere centuriarum sub quinque annorum vacatione concedimus: duo milia praeterea
solidorum, qui ex titulo vicenarum siliquarum, quae per singulas centurias exiguntur,
superesse et fisco perire dicuntur, exacta per officium magnitudinis tuae ad arcam praetori-
anam deferri praecipio, ut hostili vastitate nudatis atque depulsis ad eandem summam,
quemadmodum iuxta merita personarum per ordinem annis singulis dividi debeant, pro tua
3 moderatione decernas. Et in Sitifensi et in Caesariensi provincia [Mauretania et Numidia]
praedia iuris enfyteutici et domus divinae, quae ab accolis post Wandalicam vastationem
fuerant conpetita et a diversis hodie possidentur, auferri ab iisdem censeo et sub eo pensita-
tionis modo, quo nunc tenentur, subsignatione cessante honoratis proconsularis provinciae
ac Byzacenae potius conlocari, quos a barbaris sublatis patrimoniis etiam de sedibus pro-
4 priis constat expulsos. De pistoriis autem praediis statuo, quoniam his, quos barbaries
adflixerat, ob alimoniam ante fuerant lege concessa, ut ad eos tantum debeant pervenire,
quos ab hostibus certum est facultates captivitatis infortunio perdidisse, eisdem pulsis,
quos ad hoc beneficium indecenter constat admissos: nec liceat quemquam amplioribus,
quam eius loci ratio postulat, remediis adiuvari. Aequum est, ut, quod perculsis graviori
sorte contulimus, iusta singulis distributione proficiat; penes quos salvo urbis Romae
privilegio haec humanitas permanebit, donec auspice deo eos in Africam redire con-
5 tingat. Praedia obeuntium eiusdem scilicet iuris ad filios eorum, quibus data sunt,
successionis iure perveniant, salvo tamen, ut dictum est, privilegio urbis aeternae. Qui
si defuncto fortasse non fuerint, auctoritate iudicis huic dari praecipio, cui magis con-
suli iusta necessitas persuadet; maioribus enim debent beneficiis adiuvari, quos non
dubium est adversa vehementiora perpessos, Firmine p(arens) k(arissime) a(tque) a(man-
6 tissime). Itaque inlustris et praecelsa magnificentia tua ad designatos provinciales sub
programmate suo nostra edicta faciat pervenire, ut, quanta nobis eorum cura sit, prae-
senti lege cognoscant. DAT. III ID. IVL. ROMAE ADELFIO V͞C. CONS.

ΔO Fuld. (1 auctores . . . 2 respiciunt)

8 atque] et *O* propriarum] *O Pithoeus*, propria *Δ* **9** sorte] *O Pithoeus*, forte *Δ* solantur] *O Pithoeus*, soluantur *Δ* **10** suggessio *Δ* **11** emolumenti accedit] *O*, emolumentis agnoscet *Δ*, emolumenti agnoscitur *vel* emolumenti fiscus agnoscit *Pithoeus* **12** fere] *O*, ferte *Δ*, terrae *Cuiacius* ('doctor meus legit' *adnotat Pithoeus*) uagatione *Δ* **13** uicenarum] *O Cuiacius*, uicinarum *Δ* **14** superesse et fisco] *scripsimus*, et superesse fisco *Δ*, et fisco *O* perire] *ΔO*, per se *Cuiacius* **14/15** praetorianam d. pr. ut h. u. n. a. depulsis] *O*, praefecturae *Pithoeus*, *om. Δ* **16** iuxta] *Pithoeus*, iusta *ΔO* debeant] *Pithoeus*, debeat *ΔO* **17** in sitifensi] *O Pithoeus*, sitifensi *Δ* prouincia mauretania et numidia *libri: uncis in textu conclusa delenda, pergitur enim a Numidia ad Mauretanias duas* **18** enfitheutici *ΔO* domos *Δ* quae ab accolis] *O*, qui a uaculis *Δ* **19** fuerint *O* a diuersis] *O Pithoeus*, aduersis *Δ* possidetur *Δ* hisdem *Δ* et] *Δ*, ut *O* **19/20** pensitationis] *O*, insitationis *Δ*, insitionis *Pithoeus* **20** subsignatione cessante] *Δ*, subsignante cessatione *O* proconsularis] *O Pithoeus*, proconsulis *Δ* **21** ac byzacenae] *Ritter*, byzacenae *Cuiacius secundum Pith. (ad ed. F 2240)*, bizancinae *O*, abidiacene *Δ* **22** pistoris *Δ* statuo quoniam . . . . **23** concessa] censeo *(rel. om.) O* **23** ob alimoniam] *scripsimus*, et ob alimonia *Δ*, *def. O* ut] *O*, *om. Δ* **24** capt. inf. facultates *O* eisdem (iisdem *Pithoeus*) pulsis] *O Pithoeus*, idem pulsis *Δ*, iis demum pulsis *vel* iis depulsis *Pithoeus* **25** ad] *O*, ab *Δ*, a *Pithoeus* indecenter *om. O* **26** aequum] *O*, et cum *Δ*, aequum enim *Pithoeus* quod] *O*, quos *Δ* **27** iusta singulis] *O Pithoeus*, iuxta singulos *Δ* penes] *Δ*, apud *O* saluo] *O Pithoeus*, salua *Δ* **28** auspice deo *(sic Pithoeus*, adeo *Δ)* eos in (eos in *addidimus*) africam redire] *Δ Pithoeus*, meliore auspicio ubertas rerum africae *O interpolans* **29** praedia] ut pr. *O* scilicet *om. O* **30** iure] *O Pithoeus*, ire *Δ* **31** non fuerint] *Δ*, defuerint *O* auctoritatem *Δ* **31/32** consuli] *Pithoeus*, consulti *Δ*, consilii *O* **32** maioribus] *O Pithoeus*, maior ibi *Δ* debet *Δ* **32/33** non dubium est] *O Pithoeus*, dubium *Δ* **33** perpensos *Δ* **33/34** p͞k͞a͞a] *O Pithoeus*, *om. Δ* **34** inlustra *Δ* praecelsa magnificentia tua] p͞m͞t *O* ad designatos] *scripsimus*, adsignatos *Δ*, ad assignatos *O* prouinciales *om. O* **35** programmate] *Δ*, pragmatico *O* nostra edicta] *O*, *om. Δ* facit *Δ* eorum] *O Pithoeus*, eoralium *Δ*, curialium *Pithoeus*, doralium *Pith. (ed. 1)*, dotalium *Pith. (ed. 2)*; *Seeck proponit* eorum prouincialium **36** cognoscat *Δ*

XXXV [*Haenel* XXXIIII]. DE EPISCOPALI IVDICIO ET DE DIVERSIS NEGOTIIS.

xxxu] xxxii *Γ*, xxxi *O*, xi *Leid.*, x *Ξ*, xii *reliqui (om. C)* et de *(om. XCS [context.])* diuersis negotiis] *om. Γ(lat.) O* *post* negotiis *add.* et ne quis inuitus clericus ordinetur *E Paris. 4409 cum Cui. ed. 1, inde Pith. (ad Sichard.): interpolata lectione ex novellae Maioriani 11 rubrica (cf. v. 117/118)*

Nov. XXXV [*Haenel* XXXIIII; BREV. XII] (452 April. 15).

IMP. VALENT(INIANVS) A. FIRMINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. De episcopali iudicio diversorum saepe causatio est: ne ulterius querella procedat, necesse est praesenti lege sanciri. Itaque cum inter clericos iurgium vertitur et ipsis litigatoribus convenit, habeat episcopus licentiam iudicandi, praeeunte tamen vinculo conpromissi. Quod et de laicis, si consentiant, auctoritas nostra permittit: aliter eos iudices esse non patimur, nisi voluntas iurgantium interposita, sicut dictum est, condicione praecedat, quoniam constat episcopos [et presbyteros] forum legibus non habere nec de aliis causis secundum Arcadii et Honorii divalia constituta, quae Theodosianum corpus ostendit, praeter religionem posse cognoscere. Si ambo eiusdem officii litigatores nolint vel alteruter, agant publicis legibus et iure communi: sin vero petitor laicus, seu in civili seu in criminali causa, cuiuslibet loci clericum adversarium suum, si id magis eligat, per auctoritatem
1 legitimam in publico iudicio respondere conpellat. Quam formam etiam circa episcoporum personam observari oportere censemus, ut, si in huiusce ordinis homines actionem pervasionis et atrocium iniuriarum dirigi necesse fuerit, per procuratorem sollemniter ordinatum apud iudicem publicum inter leges et iura confligant, iudicati exitu ad man-

---

1 imp. (imp̄p. *ΓParis. 4414*) ualent. (ualentiuus *S*, ualenianus *Θ*, ualens *Paris. 4411*, constantiuus *Vat. 520*) a. (aa. *Γ*)] idem aug' *O* firmino] firmo *H* p̄p̄o (praefecto *G Paris. 4409*, p̄posito *OS*, prbt *Paris. 10753*) et patricio *(om. L Leid.)*] patricio p̄p̄o *Vat. 520* 2 causatio est] causationis *N* ne (nec *H*, et ne *Paris. 10753*, quam ne *O*) ulterius] nisi de eo umquam *G* 3 sancire *ΓSL*, sanctire *G* uerteretur *Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.)* conuenit] conuenisse *G* 4 habet *G* praeeunte] percunctet *G* uinculum *Γ* conpromissi] conpromisso *Γ*ᵃ *Vat. 520*ᵃ, primis *Paris. 10753* quod et ..... 5 iudices *om. L* de *om. Paris. 4411* 5 si consentiant (-tiat *G PM*)] conscientia *Paris. 10753* praemitti *N* aliter] et aliter *Vat. 520*, taliter *E* eos] eius *N*, *om. Γ* 6 condicione] condicionem *L*, uoluntate *O* quoniam] qđ *L* 7 episcopos] ep̄is *E*, ep̄s *ΓN* et presbyteros (praespiteros *G*, presbiter̄ *Γ*, p̄bro *N*)] *haec suspecta; vide ad v. 18* aliis] altis *G* 8 arcadii (archadium *Vat. 520*) et honorii (horatii *Paris. 10753*) *(ins.* secundum *G)* diualia (et alia *Paris. 10753*) constituta (costituta *H*)] *scilicet Theod. 16, 11, 1 (a. 399), Theod. 1, 27, 2 (a. 408); v. etiam C. Iust. 1, 4, 7 (a. 398)* quae] quae et *Paris. 4411* theodosianum] theodosiani *ES*, theodosiano *Vat. 520*, in theodosiano *O* corpus] opus *S Pith. (ad Sichard.)*, corpore *O* ostendit] ostenduntur *O* 8/9 religionem] religationem *E* 9 possit *G* nolent *ON*, nollent *ES*, nolunt *D*, nolentes *Vat. 520* alteruter] alteruterque *H*, alterutrum *E*, alter *O*, aliter *Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.)* agunt *G* 10 et *om. E* iuri *N* commune *Vat. 520* sin] si *E Vat. 520* petitur *G* in *om. E* ciuilis *N* 11 causa] causa uoluerit *O* cuiuslibet] quoslibet *Paris. 4411* clericum] clericorum *Paris. 4411*, curiarum *PM*, curialium *G* aduersariorum suorum *G* 12 legitima *N* in publico .... formam etiam *om. Vat. 520* iudicio *om. G* compellit *G* etiam] et in *P*ᵃ circa *om. GXCPM* 12/13 episcoporum] ep̄is *N*; *cf. l. Visigoth. 2, 3, 1* 13 persona *N*, personas *G* obseruare *Γ* si *om. D* huiuscemodi *OCS Paris. 4411*, huiuscemodo *X*, huiusmodi *Paris. 10753* ordines *G* homines (-nis *ΓG*, *om. S*) actionem] homini sancione *N* 14 peruasionis] persuasionis *C*, praeuaricationis *G* adtrocium *L* fuerit] fuit *Vat. 520* 15 inter leges (legis *PM Vat. 520*)] intelleges *N* iura] iure *L* confligant] configant *P*, confligit *N* exitu (-to *G*, -tum *NXCLD Vat. 520*) ad] extituat *Γ* 15/16 mandatorem *OD Vat. 520*

datores sine dubio reversuro. Quod his religionis et sacerdotii veneratione permittimus.
Nam notum est procurationem in criminalibus negotiis non posse concedi. Sed ut sit
ulla discretio meritorum, episcopis [et presbyteris] tantum id oportet inpendi; in reliquis
negotiis criminalibus iuxta legum ordinem per se iudicium subire cogantur. Si ab exe-
cutore conventi parere detrectent, servato iuris ordine sententia teneat contumaces.
2 In clerico petitore consequens erit, ut secundum leges pulsati forum sequatur, si, ut
dictum est, adversarius suus ad episcopi [vel presbyteri] audientiam non praestat ad-
sensum: poena defensoribus negotii, qui in eodem extraordinario iudicio adfuerint atque
egerint, huiusmodi constituta, ut causidicum officii amissio, iurisconsultum existimationis
3 et interdictae civitatis damna percellant. Nullus originarius inquilinus servus vel
colonus ad clericale munus accedat neque monachis aut monasteriis adgregetur, ut vin-
culum debitae condicionis evadat, non corporatus urbis Romae vel cuiuslibet urbis alterius,
non curialis, non exprimario, non aurarius, civis collegiatus sevir aut publicus servus.
4 Iubemus, ut clerici nihil prorsus negotiationis exerceant. Si velint negotiari, sciant se
5 iudicibus subditos clericorum privilegio non muniri. Defensores ecclesiae de expressis
urbium ministeriis non liceat ordinari: adquiescentes huic officio rerum suarum amissio
comitetur, quas curiae vel corpori suo praecipimus adplicari. Si custodire haec et exe-

---

16 reuersurum *GD* his] si huius *G* religionibus *N* sacerdoti *PM* uenerationi *G* permittemus *N*, permittamus *G* 17 notum] totum *G* procurationem] procuratorem *PM*, procuratorum *G* concedi sed] concedisset *N* 17/18 sit ulla] aliqua sit *O* 18 discretio (discriptio *EL*, districtio *Paris. 4411 cum Pith. [ad Cuiac.]*) meritorum] meritorum discretio *G* episcopis] et episcopis *Vat. 520* et presbyteris] et presbyteris his *GE*; *haec sine dubio delenda, cum desint presbyteri v. 12/13. Idem comma v. 7 et 22 insiticium videtur esse; nusquam enim praeterea episcopalis audientia extenditur ad presbyteros sine delegatione iudicantes neque, id si placuisset, potuit alibi silentio praeteriri* tantum id *(om. N)*] id (in *D*) tantum *OLD Vat. 520 Paris. 4411. 10753* 19 iuxta] iusta *L*, ius *S* legis *Vat. 520* ordine *L* iudicum *L* cogatur *N* si] se *Γ* 19/20 exsecutor *Vat. 520*, exactore *D* 20 parare *Vat. 520*, paris *L* detrectant *PM*, detractent *Vat. 520*, detractant *GL*, decertent *S* ordinem *Vat. 520* sententiam *OSD* teneant *O* contumacis *OGESD Vat. 520* 21 petitorem *E*, in petitorem *G*, peticione *Vat. 520* ut] et *Γ* legem *ES*, lege *D*, legis *NL Vat. 520* pulsati forum (foro *N*, *om. L*)] forum pulsati *O* sequantur *GES*, *om. L* si ut] *sic O Paris. 4411*, ut si ut *Γ*, sicut *reliqui* 22 aduersarius suus] *sic OS*, aduersarium suum *Vat. 520*, aduersariis suis *G*, aduersarios suos *(om. E) ΓD et reliqui* ad *om. OD* episcopum *G*, epis *E*, eps *N* uel presbyteri (presbiterum *G*, presb *E*, pbrs *N*)] *suspecta haec, vide ad v. 18* audientiae *O*, audiente *D*, in audientia *G* praestet *O*, praesentat *Vat. 520* 23 poenam *GNL* defensoris *G*, defensores *PM* negociis *L* eadem *EC* iudico *N*, *om. D* adfuerunt *Vat. 520* 24 egerunt *Vat. 520* constituta ut (aut *E*, *om. L*)] constet ut aut *G* causedicam *L*, causae decus *G* ammissio *L*, amissi *GPM*, amisso *Vat. 520*, amissione *ES* iurisconsulium *M*, iurisconsultorum *N Vat. 520* existimationis] *sic editiones*, extimationes *Γ*, stimaciones *Vat. 520*, stimationis *X*, estimationis *ESL*, aestimationis *reliqui*, *om. O* 25 et *om. ON* interdicta *ONE* damna *om. G* percellat *L*, percellent *Vat. 520*, praecellant *S* originalius *L* seruus] ac seruos *Vat. 520*, *om. N* 26 colonos *Vat. 520* clericalem *N* monachus *L* aut] *Γ*, in *GL Vat. 520 Pith. (ad Sichard.)*, et *O et reliqui*, *om. Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.)* monesteriis *L*, *om. Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.)* adgregentur *ΓE* ut] et *E* 26/27 uincula *O* 27 debitae *om. S* euadant *E Vat. 520* corporalis *L* 28 non curialis (-les *NL Vat. 520*)] *bis P*[1], *om. G* exprimarius *GPM*, exprimarios *Vat. 520* non aurarius (-rios *E Vat. 520*)] *om. L* ciuis] ciues *NGED Vat. 520 Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.)*, quiuis *Pith. (ad Cuiac.)*, cuius *Sich. cum Cui. ed. 1* collegiatus] colligiatus *L*, colleiatus *XPM*, collegiatos *Vat. 520*, collegatos *E*, colligitos *D*, non collegiatus *O* seuir] *ΓL Paris. 4411. 10753 Pith. (ad Cuiac. et Sichard.)*, sit uir *GXCPM*, siue *S cum Cui. ed. 1 (in margine): inde Pith. (ad Sichard.)*, seu libertus *Vat. 520 cum Cui. ed. 1 (in margine): inde Pith. (ad Sichard.)*, seuorilis *Cui. ed. 1 (in margine)*, seruilis *Cui. ed. 2 (in margine)*, fori *O*, fieri *D*, reuera *N*, *om. E* aut] ut *N* 29 prorsus] propsus *E*, pro ipsos *Vat. 520 cum Pith. (ad Sichard.)*, *om. S* negotiationis] denegotiationis *S* uellint *NESL*, uellent *Vat. 520* negotiare *GE* 30 non muniri (moniri *N*)] numerari *Vat. 520*, carituros non munere *O* 31 ministris *G*, minister *L* huic] hinc *L*, huius *N* officii *Vat. 520* rerum suarum *om. Γ* amissio comitetur] amissio *(om. Γ)* commitetur *ΓNSL*, amissione committitur *E Vat. 520*, amissione multandos *OD* 32 quas curiae] quia quos curia *G* corpore *Vat. 520* praecepimus *N* custodiri *D* haec et] haec *NEM*[a] 32/33 exequi] implere *Vat. 520*

qui neglexerint iudices conpetentes, facultatibus suis et status privilegiis exuantur, primoribus officii capitali discrimine constituto, ipsis nihilominus a tali officio repellendis, ut ab urbis suae conpetentibus obsequiis non recedant. Hi autem, qui intra decennium transactum a die latae huius legis diacones ordinati sunt, suffectos pro se dare debebunt; si non habent, unde sibi hac ratione prospiciant, ipsi ad nexum proprium reducantur: ceteris inferioris gradus ad conpetentia ministeria retrahendis, exceptis episcopis atque presbyteris, servatis tamen, quae de patrimonio talium personarum legum praecedentium
6 statuta sanxerunt. Originarii vero vel servi, qui iugum natalium declinantes ad ecclesiasticum se ordinem transtulerunt, exceptis episcopis et presbyteris ad dominorum iura redeant, si non in eodem officio annum tricesimum conpleverunt: ita ut huius condicionis diaconus domino pro se vicarium reddat, omni pariter peculio restituto. Circa quem nihilominus, si copia vicarii dandi non suppetat, quae de ministeriis urbium sunt superius
7 statuta serventur.. Universis clericis praeter ecclesiasticos actus nihil omnino cum aliis causis decet esse commune nec cum locis iuris publici, quae quasi destituta plerumque et non necessaria elicitis supplicationibus velut ad usum quendam religionis evertunt: poena XX librarum auri scriniorum proximis interposita, si aditus huic suppli-
8 cationi fuerit adtributus. Opportunum duximus occasione legis ea de successione decernere, quae anterioribus constitutis non sunt evidenter expressa. Itaque si vir sine liberis uxore superstite moriatur, sponsalium, quae mulier accepit, obeuntis patri matrive

33 neglexerint] noluerint *OD* iudices] iuditiis *O* conpetentes] consentientes *GPM*, competentibus *O* status] statutis *Vat. 520* priuilegii *ES* **33/34** primoribus] repellendi prioribus *E* **34** constituto] constituo *S*, consuetudo *G* ipsi *N* a tali] a tale *Vat. 520*, a talio *E*, ut ali *L*, ad *N*, ab *O* officio] officio suo *O*, officii *Γ Vat. 520*, fidutia *G* repellendi *Γ*, repellendus *Vat. 520* ut *om. S* **35** urbis] urbibus *G*, orbibus *Paris. 4411* suae] sibi *G* qui *om. G* intra decennium (-nio *G*)] tricennium *Paris. 10753* **36** transactum a] transacto *G* latae] laice *Vat. 520*, *om. S* diaconis *N Vat. 520 Paris. 4411. 10753*, diaconi *OE; cf. v. 138* ordinate *Γ* suffectus *GEL*, supfectus *N* **37** si] et si *E* hanc rationem *Vat. 520* prospiciant] prospiciatur *G*[a], prospectant *Paris. 4411* ad] ab *Γ* nexum] necessaria *G* propria *G* reducantur] deducantur *D Vat. 520*, reuocantur *G* **38** ceteri *L*, ceteros *G* inferiores *NGE*, inferis *S* grados *N* ad] a *NPM*, id *Vat. 520* conpetentiam *NEM*, paenitentia *Paris. 10753* retrahendis] subtrahendis *G* atque] et *G* **39** seruatis] seruent *G*, seruantes *L* patrimonio talium] patrimoniorum *Paris. 10753* legum praecedentium] *scilicet nov. Valent. 27 (26) et 31 (30)* **40** sanxerunt *M*[b] origi(-e *N*)nariis *NE* uero] *Γ cum interprete (v. 142)*, sane *reliqui* seruis *E* natalium] talium *Vat. 520* **40/41** ad ecclesiasticum se ordinem (ordinem se *L*)] ad aecclesiasticos ordines *G* **41** transtulerint *ES* episcopis] *sic Γ*, episcopis ut dictum est *Brev. libri omnes* et presbyteris] atque presbyteris (praebis *P*, praehis *M*, pbris.hi *G*) *GPMD*, presbyteris *E Vat. 520* **42** in *om. ES* triceusimum *NPML Paris. 4411. 10753*, tricessimum *Vat. 520*, trigesimum *G*, xxx *Γ* conpleuerant *Γ*, conpleuerint *E*, conpleuerit *Vat. 520*, impleuerint *OD* ita] itaque *Γ* huius] ius *G* **42/43** diaconis *N* **43** pariter] parte *D Paris. 4411* peculio] peculii *D*, periculo *S Paris. 10753* restituto] destituto *GPM* constituto *Vat. 520* circa] contra *Vat. 520* **43/44** nihilominus] nichil omnino *G* **44** copii *Γ* uicaria *NG* suppetat .... sunt superius *om. G* suppetat] suspitat *Vat. 520*, superat *Paris. 10753*, sufficit *O* quae] qui *E* ministerio *O* sunt superius] *sic Γ*, superius sunt *reliqui* **45** seruetur *G* uniuersis] diuersis *Paris. 10753* praeter] praeterea *N*, praeterea et *Paris. 4411* ecclesiasticis *C*[1] actus] actos *X Vat. 520*, *om. NC (vacuo spatio quinque litterarum relicto)* nihil omnino] nihilominus *GS* **46** causis *om. L* decet (debet *D*) esse] dictis *Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.)* communem *GEPMS*, communis *Vat. 520* nec] ne *NPMS*, *om. ΓD Vat. 520* quae *om. ES* distituta *EXL Vat. 520*, distita *N Paris. 4411*, statuta *Paris. 10753*, destutuntur *G* **47** necessaria elicitis] *sic XCPML*, nenecessaria elicitis *Γ*, necessariae licet his *G*, necessariis licitis *D Vat. 520*, necessariis illicitis *O (cf. Zirardini p. 179 B)*, necessaria electis *reliqui* subpraecationibus *GXCPM* ad *om. E* usum] suum *Vat. 520*[a] quedam *E* regionis *N* **47/48** euertunt] seuerunt *Γ*, emerentur *O* **48** poenam *G* xx] xxx *E* librarum auri] auri librarum *XC*, libras auri *Γ* interposita] inter se posita *Vat. 520*, imposita *em. Zirardini l. l.* additus *N Vat. 520* **48/49** supplicatione *N* **49** fuerit] non fuerit *E* adtributos *Vat. 520* diximus *Vat. 520*[a] occasionem *G* ea de] *sic ΓEXCS Paris. 4411*, etiam de *O*, eadem *reliqui* successione] occasione *G* **49/50** discernere *Vat. 520* **50** quam *G* constituti *N*, nostris constitutis *G* si] ut si *Vat. 520* **51** uxorem superstitem *N* sposalium *Γ*, sponsalio *N* quae *om. Vat. 520 cum Pith. (ad Sichard.)* accipit *GL*, acceperit *Paris. 4411* obeuntis (*sic P*[3]*S Pith. [ad Sichard.]*, obeuntes *ΓNEPML*, obeunti *Vat. 520*, (h)abeuntes *XC)* patri (patre *Γ*) matriue] obeunti matri patriuae *G*, patri

mediam restituat portionem sibi residuam servatura. Si desint personae quas loquimur, ipsi universa proficiant pro pudore percepta, quae non extantibus tam caris religiosisque
9 nominibus inminui non oportet. Similis erit de dote condicio, quam dari praesentis oraculi decernit auctoritas, ut, si nullis interpositis condicionibus viro fuerit contributa (quae lucrativa esse potest), uxoriae mortis eventu patri matrive defunctae maritus acceptae dotis mediam restituat quantitatem. Pars vero feminae tantum dare debebit quantum sponsalibus maritus intulerit, ut dantis et accipientis sit aequa condicio, ne placita futuraque coniunctio
10 uni lucrum, alteri faciat detrimentum. Muliere in matrimonio intestata deficiente superstitibus filiis derelictis pater usufructus totius patrimonii habeat potestatem usque ad vicesimum filiorum aetatis annum; post medietatem restituat filio filiaeve, sibi in diem vitae suae medietate detenta. Si expleto filiorum vicesimo anno medietatem portionis suae unicuique dare noluerit, suboli, quae medietatem ex bonis maternis a patre non fuerit consecuta, (fructus eius medietatis) post obitum patris a successoribus aestimatione habita iubemus exsolvi, ut, quod in familia quis constitutus amisit, futura saltim con-
11 penset aetate. In ipsorum autem matrimoniorum reverentiae vinculum, ne passim et temere deserantur, antiquata novella lege, quae solvi coniugia sola contraria voluntate permiserat, ea quae a divo patre nostro Constantio decreta sunt intemerata serventur.
12 Tricennali temporum definitione concludi ea praecipimus, quae perpetuis aut infinitis saeculis servabantur, exceptis Afrorum negotiis, qui se probaverint necessitatem Wandalicam pertulisse, ut de eorum causis illa tempora praefixo tricennio subtrahantur, quae claruerit sub hostilitate consumpta. Ceterum alia intra expressa metarum suarum cense-

matriue defuncti *O* **52** residuam] reduam *S*, residua *L* seruaturam *Vat. 520*, reseruatura *N XC Paris. 4411. 10753* **53** ipsi *om. Vat. 520* proficiunt *XCPM*, proficiat *Vat. 520* pro pudore percepta *om. G* quae] qui *Vat. 520*, *om. L* **54** nominibus] nomibus *M*, in omnb; *L*, omnibus *Paris. 4411* quem *Vat. 520* dari] dare *Paris. 4411; Seeck scribendum putat* dimidiari **55** auctoritas] auctoribus *G*[t] nullus *ΓG Vat. 520*[a] interpositus *G* uiro] uero *E Vat. 520 Paris. 4411*, utrum *G* fuerint *Vat. 520* contributa quae *om. G* contributa] *ΓESL*, adtributa *O et reliqui* **56** potest] post *N* uxoriae] luxuriae *G* mortis] morientes *Γ* euento *L* acceptu *Vat. 520* **57** media *N* quantitate *N* pars uero feminae .... **58** intulerit] *cf. nov. Maioriani 6 § 9; nov. Iust. 97 c. 1. 2; l. Visigoth. 3, 1, 5 p. 128 (Zeumer)* pars] pras *Γ* dari *OXCS* quantum] quam *N* sponsalibus] in sponsalibus *ONCL Paris. 4411*, in sponsalicibus *X* **58** ut] ne *C*, ue *X* dantes et accipientes *Γ Vat. 520* aequa] aequalis *O* ne] ni *G* coniunctio (coniuntio *G*[v])] condicio *ΓG*[t] **59** alteri] et alteri *E Vat. 520* faciat] facit *Vat. 520*, fiat *L* muliere in matrimonio ...... **60** habeat potestatem] mulier habeat in matrimonio potestatem *G* mulieri *L*, mulier *Vat. 520* intestate *L* deficiens *Vat. 520* **60** superstibus *L*, superstites *Vat. 520* usosfructus *S* **61** annum aetatis filiorum *G* post] postea *O* restituat] restitutam *G* filios *Vat. 520* filiaue *XCPM*, filiiue *Vat. 520* sibi] siue *E Vat. 520*, *om. O* in die *GE* **62** medietatem *ΓNL Vat. 520* detenta] detenda *Γ*, deteneat *N* si] si uero *O* medietate *L* **63** unicuique] accuique *G* noluerit] uoluerit *NGC* suboli quae] sobolisque *S* medietatem *om. G* maternis] paternis *O* fuerint *G Vat. 520* **64** consecuti *Vat. 520* (fructus eius medietatis)] *excidit in libris, sed monente Seeckio textui inseruimus; extitisse enim in archetypis cum Breviarii Alariciani tum corporis Maioriani et interpretationis verba v. 159 sq.* ('fructus eius medietatis ... post mortem patris ... habita aestimatione recipiat') *docent et l. R. Burg. 26, 1 (vide p. 152), ubi legimus* 'repetendum est quid quid in expressa portione a uicensimo a[illegible] filii de fructibus accipere potuissent secu[illegible] legem nouellarum' extimatione *Γ* 65 ut *om. G* quis] qui *Vat. 520* futura] [illegible], futurum *G*, *om. O* **65/66** conpenset ([illegible]pensit *EM*, penset *G*, compensetur *Cui. ed. 1*) aetate (aetatem *ΓNS*)] conpensitatem *Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.)* **66** in *om. O* reuerentiae] *N Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.)*, reuerentia et *Γ et reliqui* uinculum] *ΓO*, uinculo *reliqui* **67** temere] tenere *N* deseratur *Vat. 520* antiquata] antiqua *L Vat. 520* nouella (nouelle *L*) lege] lege nouella *E; scilicet nov. Theod. 12 'de repudiis' (a. 439)* solue *Vat. 520*, exsolui *GXPM*, exolui *C* sola] sua sola *L* **68** ea (et ea *C*, et *Vat. 520*) quae] aeque *G* patri *Γ* constantio] constantino *N; Ritter iniuria significari hic Theod. 3, 16, 1 putat* **69** tricenale *Γ*, tricinali *N* tempore *G* diffinitione *O* conclude *Γ* praecepimus *NE* **70** seruabuntur *NES Vat. 520*, seruantur *G Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.)*, seruabant *L* afrorum] arrarorum *N* probauerunt *GEM* necessitate *NS* **70/71** uuandalicam] *ΓOGC*, uandalicam *reliqui*, uandalica *NS* **71** pertulesse *M* ut] hic lege ut *X*, et *ES*, *om. G* de eorum] de orum *Γ*, de horum *NPMS Vat. 520*, de illorum *G* casis *Vat. 520* illo tempore *G* praefixo] perfixo *G*, praefinito *E* subtrahuntur *PM*, subtrahentur *G*, subtrahatur *XC* **72** claruerint *OGESL Vat. 520* consumpta] consummata *G* alia] *adnotat* quae non sunt iura perpetua *Pith. (ad Cuiac. F*[2]*); cf. l. R. Burg. 31, 2* intra] inter *O Vat. 520* **72/73** censuimus *E*

13 mus spatia contineri. Sane sicut non coeptam intra tricennium quamlibet causam vetuimus inchoari, ita quae contestatae litis sumpsit exordium, excepto privilegio pupillaris aetatis, quod divae memoriae patris nostri Theodosii lege concessum est, intra eadem tempora terminetur, nisi forte post vicesimum quintum annum ex eo, quo conpetere actio coeperat, contestata lis fuerit. Cui si is casus eveniat, emenso hoc tricennio, quod statutum est, aliud quinquennium prorogamus, intra quod debent negotia universa consumi, ne a malitiosis ingeniis calumniando legem priorem contestatis litibus aliud tricennium vindicetur. Abunde enim sufficit quinquennii adiectio, qua evoluta nulli penitus actioni copia tribuetur. Quae autem intra vicesimum quintum annum contestata lis fuerit, statuto
14 tricennio modis omnibus consumatur. Petitorem iubemus, postquam edito actionis genere adversarium suum tenuit et ad respondendum coegit, propositae litis probationibus inminere, quoniam ad damnosam iudicii observationem quemquam prius non debet ullus adtrahere quam omnia documenta praeparet, quibus exhibitum in disceptatione convincat: quod et scitis veterum principum continetur. Alias, si quis ad iudicium quem venire conpulerit et eodem in officio vel fideiussionis vinculo constituto non urgueat, quo intra quattuor menses institutas peragat actiones, et constiterit iudicem causas alias cognovisse, petitor, qui secretarium vitio suo noluit introire, sumptus expensasque restituat, quoniam actoris tergiversationem esse non convenit inpunitam, pulsatus his recupe-
15 ratis ab observationis necessitate integro petitori negotio liber abscedat. Quod si pul-

---

73 continere Γ Vat. 520 coeptam] O, ceptam NE Vat. 520, coepta ΓGPM, cepta XCSL tricennio Vat. 520, triennium G quaelibet E causa NE 74 uetuemus N, uetemus Vat. 520, uenimus G inquoari N contestatae] incontestatae M litis] ne litis Γ, lites NE sumpsit exordium] exordio sumpsit G priuileia Vat. 520[a] 74/75 pupillaris] exordia pupillaris Vat. 520 75 diui SL theudose Γ lege] legem L; intellegitur Theod. 4, 14, 1 (a. 424) cocessum C, consensum Paris. 4411 76 terminentur ONE Vat. 520 post] intra Vat. 520, om. Γ uicesimum quintum annum] xxů anno Vat. 520, uiginti et quinque annos E ex eo quo conpetere] sic ONCPM Vat. 520, ex eo quod conpetere G, ex eo conpetere SL Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.), ex eo petere Γ, ex quo conpetere EX cum Theoderic. 12 et Pith. (ad Cuiac. et Sichard.) actio om. N 77 caeperat G, ceperat ΓS, ceperit L, coepit Vat. 520 contestata] contesta G cui si is] cuius his Vat. 520, cuius G casu N, causus Vat. 520, causa Γ triennio ΓPM quod] quo XC 77/78 statutum] instatutum Γ, statum S 78 quod om. Vat. 520 debeant O, om. E uniuersa negotia O consummi N, consumpmi S 79 ne om. G ingeneis L, ingenuis GS[a] calumniando (-niandum E) legem priorem contestatis litibus] Brev., calumniando legem prioribus contestatis lites prioribus abuteri Vat. 520, om. ΓO aliud (om. Vat. 520) tricennium] alio tricennio G 80 uindicentur Vat. 520, inchoetur O sufficit] sic ΓES Vat. 520, sufficiet O et reliqui qua euoluta] sic XCPM, que uoluta ΓGL, quae euoluta S, quo euoluto O, que euolutio E, que deuoluta N Paris. 4411, qui deuoluta Vat. 520 actioni] actione Γ, ocio G, adiectionis Paris. 4411; malumus actionis 81 tribuatur GES Vat. 520 uicesimum quintum] uicinsimum Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.) contesta S 82 triennio GPM consummatur E petitore N postquam om. Γ edito] edicto OE Paris. 4411, edic N 83 genus E aduersario suo Vat. 520 coegit] coepit N proposita lis G 84 quoniam] quam GPM, quod O, qđ L quemquem Γ, quamquam L 85 ullos E, nullus G adtrahere] abstrahere G praeparet] Γ et reliqui, praepararet E, praepararit P[2] coniectura probabili, praeparare Paris. 4411, pararit G, prebere Vat. 520, prius comparet O exhibitos O, exhibitis G in disceptatione .... 86 principum con om. Paris. 4411 disceptationem O, discreptatione L, decepstacione Vat. 520 86 conuincat] cognoscat uel conuincat Vat. 520, conueniat L quod et ..... continetur om. Vat. 520 et scitis] et sciens Γ, ei sicut eis G ueterum] nenturum N principium ΓGP, printipem S quis] qui Vat. 520 86/87 quem (aliquem O, quemquam ES) uenire] conuenire G 87 eodem in] sic ΓES cum Pith. (ad Cuiac.), eodem KL, in eodem O et reliqui officium Γ Paris. 4411 cum Pith. (ad Cuiac.) constitutum N urgeat ΓSKL, urguet X Vat. 520, urguat GE quo] quod E, qui G, ut O quo ..... 88 peragat om. Vat. 520 88 institutas peragat (-gant Γ) actiones] instituta per actionis N et constiterit (consteterit Γ, constituerit EPM, constituere G)] et si constiterit N alias] alienas Vat. 520 89 cognouisse] agnouisse L petitor ..... introire post 89/90 restituat Paris. 4411 petitor (petitur G Paris. 4411) qui] petitorque qui N uitio suo] uiciose G noluit] uoluit G sumptus (-tos NK, -to Paris. 4411) expensasque] cum tot expensas G 90 quoniam] quō G actores NGE[a]K Paris. 4411, auctoris S, auctores E[b] Vat. 520 non om. ES conuenit] uenit G, cognouit EC inponitam M, inpunitum G, inponita Paris. 4411 his om. N 90/91 recuperatus E, reciperatis PM 91 ab om. NSK Vat. 520 obseruationibus N Vat. 520 necessitatem P petitore K, petituri X[b]C, petitoris O Paris. 4411, in petitori L liber] libet Paris. 4411 quod si] quoniam si Γ, quod Paris. 4411, nisi G

satus quis adesse neglexerit, evocatus secundum ordinem iuris sententiam excipiat con-
tumacis. Exhibitus sane si de solo pulsatus fuerit, cessante fideiussionis necessitate,
periculo negotii observationem se subiturum promittat. In pecuniariis autem causis non
nisi pro quantitate debiti, quod fuerit postulatum, praesentiae suae fideiussorem dabit, si
maluerit subire conflictum: si tamen eum in his locis, in quibus pulsatus fuerit, patri-
16 monium petitae summae conveniens constiterit non habere. Si quis a suspecto iudice
inl(ustri) v(iro) p(raefecto) u(rbis) Romae propter aliquas domesticas et privatas simul-
tates vocem appellationis emiserit, apud successorem eius sequentem mox quas ante
timuit exerat actiones, ut relationis difficultatum ac morarum, quas intercedere ad
17 respondendum nolumus, necessitas auferatur. Nec quisquam provocet a praefecto
18 cognitore in causa, cuius meritum intra centum solidos continetur. Si forte duorum
praediorum unus dominus atque possessor ex referto originariis et colonis agro ad alterum
rus aliquos homines propria voluntate et ordinatione transtulerit, ita id maneat, ut, sive
venditione seu donatione seu quolibet alio modo ad diversos dominos res utraque per-
venerit, translatos originis iure et titulo revocari non liceat. Indecorum est auctoris
facta convelli, quae pro consilio suo et tractatu necessaria iudicavit, cum magis deceat
19 ad eius reverentiam quae illi visa sunt inviolata servari. Quod autem antehac promul-
gata lege censuimus amissae temporibus originariae subolem priori domino non perire,
id in argumentum trahi aperta definitione prohibemus: scilicet secundum legem ad Pal-
ladium datam subolem dividi censemus, quae de originario suscepta fuerit alieno, Firmine
20 p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Quare inl(ustris) et praecelsa magnitudo

---

92 quis] *sic ΓESK cum Pith.(ad Sichard.)*, quid *L*, is *NG*, his *reliqui*, *om. O* euocatus *om. O* sententia *N* excapiat *Γ* **92/93** contumatis *S*, contumaces *ΓNG* **93** de solo] delo *Paris.4411 cum Pith.(ad Cuiac.)* cessante] ius sanctae *N* necessitatem *Vat.520* **94** periculum *ΓG*, periculi *Vat.520* negutio *Γ* observatione *ΓNGPM* se *om. GPM* subiturum esse *Vat.520* **95** pro *om. G* quantitatem *ΓN Vat.520*, qualitate *E* quod fuerit (fuerat *G*)] fuerit quod *Vat.520* praes. suae fideiussorem (-ore *G*)] fideiussorem praesentiae suae *O* dabit] *sic ΓONESL cum Pith.(ad Sichard.)*, dabis *Paris.4411*, det *GPM*, debet *reliqui*, *om. K* **96** subire] sibi re *N* si tamen eum *om. N* in quibus] quibus *GE* **96/97** patrimonio *E* **97** conueniens *om. KL* habere] debere *Paris.4411 cum Pith.(ad Cuiac.)* qui *Vat.520* a suspecto (a suscepto *NE*[v], auspecto *Vat.520*, ad senatum consultum *G*) iudice] *vide ad v. 193* **98** inl̄ ū] inl̄m *Γ*, inl̄ iudice *K*, inl̄ (inlustri *[vel -e] ONS Vat.520*) ui(-e *NE*)ro *ONEXCPMSL Vat.520* p̄ ū] praefecto (prf̄t *L*, praefecti *N Vat.520*) urbis *O NXCPML Vat.520*, praefecto *S* romae] romanae *N* domescas *K* et priuatas *om. G* **98/99** simultatis *N Vat.520* **99/100** quas ante timuit (tenuit *G*, intimuit *Paris.4411 cum Pith.[ad Cuiac.]*) exerat actiones (-nis *Vat.520*)] quassante extractationis *K* **100** relationis] *Γ*, relationibus *reliqui*, relatio *E* difficultatum (-tate *G*[a]) ac morarum] morarum ac difficultatum *O* intercedere] interdicere *G* **101** respondendam *P* noluimus *G Paris.4411*, uolumus *Vat.520 cum Cui. ed.1* nec] ne *N* quiquam *Vat.520* prouocet a] prouocet ad *EK*, prouocetur a *O*, prouocata (-am *X*) *GXC PM* praefecto] *sic ΓNK*, praefato *O et reliqui* **102** cognitorem *O* continentur *Vat. 520* si forte] lex si forte *E* **103** dominus unus *O* referto] repleto *O*[a] uriginariis *G* agro] agrum *NE*, *om. G Vat.520* **103/104** ad alterum (alierum *Vat.520*) rus (ius *N*, iures *K*, uel *Paris.4411 cum Pith.[ad Cuiac.]*, *om. OXS[vacuo litterarum erasarum spatio relicto]*) aliquos] ad alterius aliquos *E*, ad alterum rosaluticus.quos *Γ*, ad alterum rusticos aliquos *G* **104** et *(om. K)* ordinatione] exordinatione *Paris.4411 cum Pith.(ad Cuiac.)* id *om. G* maneat] mane. *K* siue] si *G* **105** uidicione *Γ*, uinditionis *GKL Vat.520*[b], uenditionis *ON*, uinditiones *Vat.520*[a] seu (siue *Vat.520*) donationis *OG Vat.520*, seu donationes *N* seu quolibet] aut quolibet *Vat.520* ad (a *K*) diuersos dominos] aduersus dominus *N Vat.520* **106** translatos (tranlatos *K*)] translatus *ΓNGEMSL*, translatis *Vat.520* origines *K*[a], origini *S*, originarii *E* iuris *G XCPM* titulum *E*, *om. O* reuocare *Vat. 520* indecorum] inde quorum *K* auctores *N*, auctori *K*, auctorum *G*, *om. Paris.4411 cum Pith. (ad Cuiac.)* **107** tractato *GE* deceat] doleat *G* **108** reuerentia *HS* quod autem . . . . . **111** alieno *om. O* autem *om. GPM* antehac] ante hoc *N*, hac *E Vat.520; significatur nov. Valent. 31 (30) § 2* **109** amissa *Vat.520*, admisse *E*, aemississe *N* originariae] tricenariae *H* suboli *H*, subolis *G* priore *Vat.520*, priorem *K* **109/110** perire id in *(om. H)*] periret.din *Γ* **110** argumento *G* definione *G* prohibimus *M* scilicet] *sic Γ*, scilicet ut *reliqui* lege *Vat.520; intellegitur Theod. 5, 18, 1 (a. 419): vide Mommseni editionem p. 240* **110/111** ad palladium] appaladium *Vat. 520*, appellantium *G* **111** data *ΓN Vat.520* sobolim *Vat.520*, soboli *Γ* diuidi censemus] *sic ΓHS*, diuidi censeamus *reliqui* (diui dicens. aamus *K*) **112** pkaa] *sic ΓOXCPM*, p̄ kl̄ aa̅ *G*, pka *HN*, pk atq̄ am̄ *K*, pr̄ aq̄ am̄ *L*, pat kl ags̄ *Vat. 520*, pk atque amantissime *E*, parens karis-

tua hanc saluberrimam edictalem legem etiam pendentibus in foro negotiis profuturam propositis vulgabit edictis, ut, quanta nobis disponendae quietis publicae cura sit, omnibus innotescat. DAT. XVII KAL. MAI. ROMAE HERCVLANO V͞C. CONS.

INTERPRETATIO. Lex ista de diversis rebus multa constituit: sed inprimis de clericis quod dictum est, ut nisi per conpromissi vinculum iudicium episcopale non adeant, posteriore lege Maioriani abrogatum est. De reliquis praecipit, ut, si quis laicus clericum seu in civili seu in criminali negotio per auctoritatem iudicis ad publicum provocaverit, pulsatus sine dilatione respondeat: episcopi etiam, seu pro pervasione rei alicuius seu pro quibuscumque gravibus iniuriis ad iudicium fuerint provocati. Licet in criminalibus causis per alium nulli liceat respondere, episcopis tamen et presbyteris hac lege praestatur, ut in talibus causis misso procuratore respondeant, sine dubio ut ad eos redeat sententia iudicati. In reliquis vero criminalibus causis, ubi de scelere persona convincenda est, suam in iudicio praesentiam exhibere procurent. Quod si tertio conventi per executorem ad iudicium venire noluerint, sententiam excipiant contumacis. Clericus si aliquem lite pulsaverit, in foro illius, quem ad iudicium provocat, audiatur, si tamen pulsatus non adquieverit ad episcopi vel presbyteri venire iudicium. Quod si aliud fecerit ille qui pulsat, defensores causae ipsius taliter notari praecipit, ut ab omni officio et prosecutione causarum habeantur extranei. Nullum etiam originarium inquilinum servum sive colonum ad clericatus officium iubet accedere neque in monasteriis recipi, ne per hanc occasionem debitam condicionem possit evadere. Nam nec corporatus civitatis alicuius, qui publicum servitium debet, nec curialis uel collegiatus clericus esse praesumat. Clericos

---

sime atque amantissime *S* quare inl.] quare inlustra *Vat. 520,* inl quare *H,* inl itaque *K,* illustris igitur *O,* qua regibus *G* **112/113** praecelsa magnitudo tua] *sic ΓES,* pmta *PM,* pmt *O,* p̄ m̄ *G,* pcla. mfa t *KL,* presbm. tam *N,* praecelsa magnificentia tua *XC Vat. 520,* permulta magnificentia *H(?)*
113 hanc] ac *PM,* hac *Vat. 520, om. G* saluberrimam edictalem *(om. O)*] saluberrimam edictam *N,* saluberrima edicta *Vat. 520,* saluberrime dictalem *G* etiam] et *O* pendentibus] petentibus *Vat. 520* profutura *H* **114** uulgabit] *sic OCS,* uulgauit *Γ et reliqui,* euulgauit *N* ut quanta nobis] at tamen noui *G* publicis *Vat. 520* **115** innotiscat *ΓGM Vat. 520* dat. xuii (xui *Vat. 520² Paris. 4411. 4414. 4415 Epit. Mon.,* uii *OXΘ Leid. Paris. 4413 et Gesta Aldrici,* ui *Ξ, om. G*) kal. (id. *L*) mai. (mad *E,* ian. *KL*) romae (roma *Vat. 520², om. NS*) herculano (hircolano *G,* hyrculano *N,* hyrcolano *Ω,* hircoliano *E*) u͞c (uic. *ΓXΩ Leid. Paris. 4414,* uiro claro *S*) cons. *(om. NGEK) libri* **116** ista] sta *H* **117** per] pro *C* uinculum] *sic P² Kᵇ Paris. 4409,* uinculo *reliqui* iudicio *E* episcopalem *NKᵃLΩ,* episcopali *E* addeant *Kᵇ* posteriore] *sic NK cum Hincmaro et Pith. [ad Cuiac.],* posteriori *reliqui; hac posteriore lege M. significatur altera Maioriani novella a Breviarii continuatoribus in epitomen illam, imperfecta illa quidem, recepta = nov. Maioriani 11*
118 abrogatum] confirmatum *EᵛKᵃL* est *om. Paris. 4409* praecipit] *GSKᵇL Paris. 4409,* precipet *H,* praecepit *reliqui* quis] qui *Kᵃ* clericum siue in ciuili *om. G* seu] uel *H* in ciuili (-le *NΩ*)] in ciuilibus *Ψ,* in ciuibus *Θᵇ,* in uinculis *KᵃL,* in uobis *Θᵃ*
119 criminale *NΩ* auctoretate *Fuld.* ad publicum] adplicum *K* prouocauerit] publicauerit *ΨΘ* pulsatus *om. H* sine] sine ulla *ΨΘ* **120** episcopi] ep̄s *G* etiam] *scilicet* respondeant seu . . . . **121** prouocati *om. Fuld.* seu] siue *L Paris. 4409* pro *(om. Paris. 4409)* peruasione] pro persuasione *C,* per uagationem *KᵃL* seu] siue *L Paris. 4409* **121** iniurias *Kᵃ* crimilabus *K* per alium . . . . . **122** in talibus causis *om. KᵃL, add. Kᶜ* per] pro *Ωᵃ* alium] alio *Fuld.,* procuratorem *ES* nulli liceat *om. Fuld.* **122** tamen] tantum *G Paris. 4409, om. Fuld.* et presbyteris] *vide ad v. 18* hac lege . . . . **123** iudicati in] licit *Fuld.*
123 resp. s. d. ut ad eos redeat(redeant *Kᵃ,* respondeat *C*)] sine dubio respondeat ut ad eos redeat (sedeat *Gᵗ*) *G,* respondeant s. d. ut ad eos respondeat s. d. ut ad eos respondeat *X* iudicati] iudicali *Gᵃ* **123/124** causis criminalibus *XC, om. Fuld.* **124** de scelere] disceptare *Gᵗ* in iudicium *NG* presencia *Fuld.* exhibere] exsequere *Fuld.* **124/125** procurint *N Fuld.,* procuret *H* **125** tertio] *deest in novellae textu v. 20* **126** contumaces *NGEᵃKᵃ* clericus *vacuo spatio relicto deest G* litem *K* ad] in *Paris. 4409* **127** ad *om. E* episcopi] ep(iscop)i sui *KL* **128** aliud] ter *Gᵛ* fecerit] facere *Gᵗ* defensoris *E,* defensori *S* ipsius] illius *G* praecipit] *sic S,* praecepit *reliqui* **129** et *(om. L)* prosecutione] et persecutione *CKᵃ* originalium *KL,* ori(uri- *Ψ*)ginarum *ΨΘ* **130** seruum] ac seruum *ΨΘ* siue] sibi *K* clericatus] clericus *Paris. 4409* iubeat *KᵃL* in] im *K* recipi] percipi *Kᵃ* ne] neque *KᵃLΨΘΩ*
131 occasione *PM* debitum *M,* debita *Ψ* possiut *EKᶜD Paris. 4409* nam *om. ΨΘΩD* nec] ne *NEKᵃ* corporatus] comparatus *Gᵛ* ciuitatis] euitatis *G* **132** qui *om. KᵃL* debent *GKᵃ* nec] ne *HᵃG* curiales *NS* uel] nec *HPM Pith. (ad Cuiac.)* colleiatus *EXPM,* colligatos *ΨΘ* clericos *ΨΘ* clericos] clericis *GSK Epit. Aeg.,* clericus *NM Fuld.*

quoque praecipit, ut negotiationes nullatenus exercere praesumant: quod si fecerint, velut alii negotiatores a iudicibus emendentur. De corporibus namque publicis nullum fieri defensorem ecclesiae lex ista constituit. Quod si quis ex curia adquieverit, ut fiat defensor ecclesiae, noverit res suas omnes curiae aut illi corpori, unde discesserat, adplicandas et se ad servitium civitatis in suo corpore revocandum. Nam et iudicem et officium eius provinciae, si eos non revocaverint, gravi, sicut ipsa lex loquitur, poena feriendos. Diacones, qui ex curialibus vel ex quolibet corpore publico facti sunt, praecipit, ut pro se ad agenda, quae utilitati publicae debentur, suffectos dare debeant. Quod si non dederint, ipsi ad condicionem debitam revocentur. Nam episcopos atque presbyteros non iubet hac lege constringi nisi tantum, ut de patrimoniis suis quae sunt Maioriani lege constituta evidenter observent. Originarios vero vel servos, qui ad honorem ecclesiasticum adspiraverint, debere intra triginta annos a dominis revocari: ita tamen, ut diaconus pro se vicarium, si habuerit, reddat et omne peculium suum dominus eius usurpet. Quod si vicarium non habuerit unde reddat, ipse ad condicionem propriam revocetur. Nam omnes clericos iubet, ut nullas alias causas nisi actus tantum ecclesiasticos agant et ut publica loca pro ecclesiarum reparatione non destruant. De successione quoque hoc specialiter credidit inserendum, ut, si vir uxore viva moriatur et filios non habeat, sed aut patrem aut matrem dimittat, de sponsalicia donatione, quam fecit, medietatem sibi uxor vindicet, medietatem patri aut matri defuncti mariti, qui superstes eorum fuerit, sine difficultate restituat. Quod etiamsi uxori talis casus evenerit, de dote, quam ab uxore maritus accepit, simili ratione, id est medietatem, parentibus aut si unus eorum superstes fuerit se noverit redditurum. Quod si nec parentes superstites fuerint nec filii, persona coniugis, quae alteri supervixit, et dotem et donationem sibi iure perpetuo vindicabit, ita ut faciendi de eis quidquid voluerit habeat liberam potestatem. Mulier vero, quae filios derelinquit, si marito superstite intestata defecerit, maritus

---

III. DE DEFENSORIBVS CIVITATVM.

iii] Γ, u Ψ'ΘΩΣ*(lat.)* Ξ *Aegid.*

Nov. III (458 Mai. 8).

IMPP. LEO ET MAIORIANVS AA. VNIVERSIS RECTORIBVS PROVINCIARVM. De civitatum per
omnes provincias positarum raritate cogitantes, quibus fugientibus incolis defensorum

---

1 imp̄p̄. leo et maiorianus āā.] *sic libri omnes; Leonem imperatorem (a. 457 Febr. 7 Constantinopoli creatum [Chron. min. 2 p. 87]) a. 458 Mart. 10 agnitum nondum fuisse in Occidente a Maioriano (creato a. 457 Apr. 1 [Chron. min. 1 p. 305]), cum novella praecedens (Maiorian. 2) nos doceat, sequens novella (Maiorian. 4) Iul. 11 eiusdem anni 458 ab utroque imperatore data est. Non habemus igitur cur paulo post Kalendas Apriles a. 458 agnitum esse Leonem a collega Maioriano negemus* uicitatum Γ 2 omnis Ξ raritatem Ξ, caritate Γ incomis Γ

auxilio destitutis, qui unumquemque civium ab inprobitatibus insolentum antiquae ordinationis studio vindicare consueverant, solitudo est nostris ordinationibus submovenda, ... dendi priscae consuetudinis morem omnibus contemptum revocandum esse censuimus: ut probis moribus, honestate . . . . providentia viri iudicio universitatis electi auctoritatem tuendae in civitatibus suis plebis accipiant et, quaecumque utilitatem publicam respiciunt, concessae per leges privilegio dignitatis vel exequendi vel insinuandi auribus mansuetudinis nostrae habeant potestatem. Hoc enim modo fieri potest, ut repressis per eos insolentiae vitiis quaequae accidentia in provinciarum nostrarum parte † tractatum intenti curis maioribus ignoramus, eorum ad emendandum suggestionibus instruamur et ii, qui per iniuriam conpulsorum rurales habitationes et solitudines expetunt, sub defensorum tuitione degentes publicis se urbiumque conspectibus repetiti domicilii habitatione restituant. Quapropter praeceptionis nostrae tenore conperto universarum civitatum, quae sunt inhabitantium frequentia celebres in tuae potestatis arbitrio constitutae, municipes honoratos plebemque commoneas, ut adhibito tractatu atque consilio sibi eligant defensorem factumque dematurent, ut sub hac sollemnitate desideria urbium singularum ad nostram mansuetudinem dirigant, quia ipsos provinciales propter expensas vel itineris laborem ad comitatum venire non patimur, ut conpertis eorum moribus atque personis, quos praeter ambitum dignos tali ministerio et honore iudicemus, idoneos defensores confirmatio constituat. DAT. VIII ID. MAI. RAV(ENNAE) D. N. LEONE ET MAIORIANO AA. CONSS.

ΓΨ'Θ (hi duo om. subscr.) ΩΞ

3 auxiliis Ξ   distitutis Ψ'ΘΞ   qui unumquemque . . . 4 consueuerant] *cf. Theod. 1, 29, 7 (= Iust. 1, 55, 5)*   insolentum] . . . . lentum *(vacuo spatio relicto ante* lentum*)* Γ, insolentem Ψ'ΘΩΞ   4 consueuerant] Γ, consueuerat Ψ'ΘΩ, consuerat Ξ   solitudo est] *scripsimus*, solitudinis Γ, sol(l)itudo ΘΩ[1]Ξ *Cui. ed. 1*, sol(l)icitudo Ψ'Ω[2]   submonenda Γ, mouenda Ξ   5 . . . . dendi *(vacuo spatio relicto ante* dendi*)* Γ, possidendi Ψ'ΘΩΞ *interpolantes cum Cui. ed. 1; scribendum esse* defendendi *vel* plebem defendendi *censet Seeck*   consuitudines Ξ   morem omnibus contemptum reuocandum] *scripsimus (cf. nov. Iust. 15 pr.)*, more oms contempdum Γ, morem reuocandum Ψ'ΘΩΞ *cum Cui. ed. 1*   6 probis] Γ *cum Pith. (ad Cuiac.) et Cui. ed. 2*, prouisi Ψ'Θ *Cui. ed. 1*, prouiri Ξ, prouisio Ω   honestate prouidentia *libri; fortasse scrib. cum Seeckio* honestate probata spectata prouidentia *vel simile quid*   indicio (indicio Γ) uniuersitatis electi *(sic* Ψ'ΘΩ, elicti Ξ, edicti Γ*)*] *cf. Theod. 1, 29, 6 cum int.*   7 auctoritate Ψ'ΘΩ   tuendae . . . . plebis] *v. ad v. 3/4*   7/8 utilitatem *(om. Ω Cui. ed. 1)* publicam] *cf. Iust. 1, 55, 8, 1:* publicam disciplinam   8 per] pro Ξ   priuilegio] Γ, priuilegiam Ξ, priuilegia Ψ'ΘΩ   dignitates Ψ'Θ   sequendi Ξ   9 mansuetudines Ξ   habent Ψ'ΘΩΞ   10 quaequae] *scripsimus*, quoque Γ, quoque que Ξ, quoque qui Ψ'ΘΩ *Cui. ed. 1*   accedentia Ψ'ΘΩ, accedentiam Ξ, accedenciae Γ   parte] pariter Ξ *cum Pith. (ad Cuiac.)*   tractatum *libri*, tractatuum *Reines., pro verbo hoc corrupto quid sit scribendum dubium;* tractu longo remota *vel simile quid requiri censet Seeck*   11 emendaendum Γ[b], emendaendam Γ[a], demandandum Ξ, emendum Ψ'   suggessionibus Ξ   12 ii] hii Γ, *om. reliqui*   rurales] curiales Ξ   habitationes (-nis Ξ) et] habitacionibus ei Γ   solitudines (-nis Ξ)] sollicitudinis Γ   13 tuicionem Ξ   publices Γ, poplices Ξ   se (seu Ξ) u(o- Ξ)rbiumque conspectibus] si urbium *(sequitur spatium vacuum)* fectibus Γ   reperii Ξ   habitationem Ψ'ΘΩΞ   14 conperto] Γ, percepto Ψ'ΘΩ *Cui. ed. 1*, praecepto Ξ   uniuersarum] in uniuersa Ξ   14/15 quae sunt inhabitantium] quam sint habitancium Γ   15 frequencium Γ   tuae] *scil. uniuscuiusque provinciae rectoris*   potestatem Γ, potestate Ξ   constitutae] constitae Ω, constituti Γ   16 honeratos Ψ', honoratus Ξ   plebem quem Ψ'   commoneas] *scripsimus*, commoneat ΓΘΩΞ, commemorat Ψ'   adhibitio Γ   17 sol(l)emnitatem ΓΩΞ   orbium Ξ   18 mansuetudine Γ, masuetudinem Θ   ipso prouincialis Ξ   iteneres Ξ   18/19 labem Γ   19 comiatum Θ   ut *om.* Ξ   20 praeter ambitum] *cf. Theod. 1, 29, 6*   talis Γ   confirmato Ψ'Θ   21 mai.] *sic* ΓΞ, mār Ω *Cui. ed. 1*   d. n. leone et] *sic* Γ, *om.* ΩΞ   aa. conss. (consl. Γ)] *sic* Γ, a. i conss. Ω, a. i cons. Ξ

IIII. DE AEDIFICIIS PVBLICIS.

iiii] *Γ*, ui *Ψ'ΘΩ Aegid.* aeficiis *Γ (context.)* publicis] *sic ΓΩ (context.) Aegid.*, curialium *Ψ'ΘΩ (lat.)*

Nov. IIII (458 Iul. 11).

IMPP. LEO ET MAIORIANVS AA. AEMILIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Nobis r(em) p(ublicam)
moderantibus volumus emendari, quod iam dudum ad decolorandam urbis venerabilis
faciem detestabamur admitti. Aedes si quidem publicas, in quibus omnis Romanae civi-
tatis consistit ornatus, passim dirui plectenda urbani officii suggestione manifestum est.
Dum necessaria publico operi saxa finguntur, antiquarum aedium dissipatur speciosa con-
structio et ut parvum aliquid reparetur, magna diruuntur. Hinc iam occasio nascitur, ut
etiam unusquisque privatum aedificium construens per gratiam iudicum in urbe positorum
praesumere de publicis locis necessaria et transferre non dubitet, cum haec, quae ad
splendorem urbium pertinent, adfectione civica debeant etiam sub reparatione servari.
1 Idcirco generali lege sancimus cuncta aedificia quaeve in templis aliisque monumentis
a veteribus condita propter usum vel amoenitatem publicam subrexerunt, ita a nullo
destrui atque contingi, ut iudex, qui hoc fieri statuerit, quinquaginta librarum auri in-
latione feriatur; adparitores vero atque numerarios, qui iubenti obtemperaverint et sua
neutiquam suggestione restiterint, fustuario supplicio subditos manuum quoque amissione
2 truncandos, per quas servanda veterum monumenta temerantur. Ex his quoque locis,
quae sibi conpetitorum hactenus vindicavit revocanda subreptio, nihil iubemus auferri:
quae ad ius publicum nihilominus redeuntia ablatarum rerum volumus reformatione
3 reparari, submota in posterum licentia conpetendi. Si quid sane aut propter publicam
alterius operis constructionem aut propter desperatum reparationis usum necessaria con-
sideratione deponendum est, hoc apud amplissimum venerandi senatus ordinem congruis
instructionibus praecipimus adlegari et, cum ex deliberato fieri oportere censuerit, ad
mansuetudinis nostrae conscientiam referatur, ut, quod reparari nullo modo viderimus
posse, in alterius operis nihilominus publici transferri iubeamus ornatum, Aemiliane
4 p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Quapropter inlustris magnitudo tua salu-
berrimam sanctionem propositis divulgabit edictis, ut, quae pro utilitate urbis aeternae
provide constituta sunt, famulatu congruo et devotione serventur. DAT. V ID. IVL. RAV(EN-
NAE) D. N. LEONE ET MAIORIANO AA. CONSS.

ΓΨ'ΘΩ

1 aa *om. Ψ'Θ Cui. ed. 1* aemeliano *Ω*, ameliano *Ψ'Θ* pu] *ΓΘ*, ppo *Ψ'Ω*, pp. *Cui. ed. 1* rp] rem publicam *Ψ'ΘΩ*, res publica *Γ* 3 omne *Γ* romanae] *Γ*, romae *Ψ'Θ*, si quidem *Ω*, *om. Cui. ed. 1* 4 suggestionem *Γ* 5 operis *Ω* figuntur *Ψ'* 6 parum *libri* 7 urbem *Γ* 8 de publicis locis *(om. Ψ'Θ)* necessaria] *cf. nov. Valent. 35 (34), 46 sq.; v. etiam Theod. 15, 1, 10; C. Iust. 8, 11, 15* quae] cum *Γ* 9 adfectionem *Γ*, effectionem *Ψ'Θ* ciuica] ciuicam *Ω*, *om. Ψ'Θ* seruare *Γ* 10 idcirco *om. Ψ'Θ* quaeue] *Seeck*, quae uel *libri* 11 usum] quam *Γ* amoenitate *Γ* publica *libri* 12 dextrui *Γ*, distrui *Ψ'Θ* contingui *Γ* 13 adparatores *Γ*[a] numerarii *libri* obtemperauerit *ΓΩ* 13/14 et sua (suam *Ω*) neutiquam] eisuanaeutiquam *Ψ'Θ* 14 suggescionem *Γ* restiterint] *Γ*[b] *Cui. ed. 1*, restituerint *Γ*[a]*Ψ'ΘΩ* manum *Ω* 15 ueterum] *Ψ'ΘΩ Cui. ed. 1*, uetera *Γ* monumentum *Ω* 16 quae sibi *om. Ψ'Θ* conpetitorum (conpetitor *Ψ'Θ*) h. uindicauit (-caret *Ψ'Θ*) reuocanda *(sic Ψ'ΘΩ*, uiudicando *Γ)* subreptio] *cf. nov. Theod. 17, 1. 2* nihil] nihil se *Ψ'Θ* afferre *Γ*[a] 17 redeunti *Ψ'ΘΩ* abletarum *Ψ'Θ* 18 quid] quis *Γ* 19 disperatum *Ψ'Θ* 20 apud *om. Ω Cui. ed. 1* amplissimum] *scripsimus cum Beckio*, amplissimi *libri*, amplissimo *Cui. ed. 1* ordini *Cui. ed. 1* 21 structionibus *Γ* praecepimus *Θ* alligari *Ψ'Θ* et] ut *Ψ'Θ* censuerit] consueuerit *Ψ'Θ* 22 mansuetudini *Ψ'ΘΩ* consciencia *Γ* uideremus *Ω* 23 publici] publi *Θ* iubemus *Ψ'ΘΩ Cui. ed. 1* emeliane *Ψ'Ω*, amelianae *Θ* 24 pkaa] *Ψ' Θ*, post kaa *Γ*, pka *Ω* magnitudo] *Γ*, magnificentia *Ψ'ΘΩ Cui. ed. 1* 24/25 saluberrima sanctione *libri* 25 di(de- *ΓΩ*)uulgauit *libri* utilitatis *Ω* 26 prouida *Ψ'Θ* famulatus (-tos *Ψ'*) *Ψ'Θ* u] ui *Ω Cui. ed. 1* 27 d. n. (doñ. *Γ*) leone et maioriano aa *(om. Γ)* conss.] ipsis aa consulibus *Ψ'ΘΩ Cui. ed. 1*

V. DE BONIS CADVCIS SIVE PROSCRIPTORVM.

u] *Γ*, uii *Ψ'ΘΩ* *Aegid.* proscriptorum] *sic ΓΨ' (context.) Θ (context.) Ω (context.) Aegid.*, proscriptoribus *Ψ' (lat.) Θ (lat.) Ω (lat.)*

Nov. V (458 Sept. 4).

IMPP. LEO ET MAIORIANVS AA. ENNODIO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Sublimitatis
tuae insinuationem probamus, qua fisci conpendia supprimi per provincias plerumque
iudicum venalitate commemoras. Cum enim caduca bona vel proscriptorum, sed et eorum,
quos in scelere deprehensos sine legitimo herede iuris vigor insequitur, privato aerario
conpetere videantur, occultata quibusdam fraudibus aerarii nostri commodis abiurantur.
Quod specialiter factum nuper in damnatione Severinae mulieris, quae peregisse adseritur necem mariti in Piceni provincia, indiscussum praeteriri non debet, Ennodi f(rater)
1 a(mantissime). Unde inl(ustris) auctoritas tua, cuius suggestiones providas conprobamus, pragmatici nostri secuta praeceptum, ordinatis in articulo palatinis, antelato nostrae
serenitatis oraculo provinciarum iudices interminatione proposita auctoritatibus propriis
admonebit, ut ab huiusmodi fraudibus temperantes venalitatis studium aestimationis suae
periculo anteferre non debeant, curaturi posthac, ut, ubi similis casus occurrerit, palatinum instruatur officium.
2 Ad Piceni vero consularem districtior praeceptio dirigatur,
ut omni censu praedictae mulieris disquisito, investigatis quoque vel in unam substantiam reductis, quae ex eo intercipi aut perire potuerunt, a tempore quaestionis vel poenae,
qua nocens illa periit, fructus quoque vel pensionum emolumenta discutiat. Si qua etiam
apud diversos retentatores sunt, conventis his quibus non potuerint iure conquiri, ad
utilitatem fisci reducat ac de omnibus missa relatione instruat amplitudinis tuae iudicium,
ut, sicuti fisco commoda provisione repertum est quod latebat, ita aerario profuturum
nulla fraude aut dissimulatione depereat. DAT. PRID. NON. SEPT. RAV(ENNAE) D. N. LEONE ET
MAIORIANO AA. CONSS.

ΓΨ'ΘΩ

1 aa] agustus *Γ*, ā *Ψ'* ennodo *Θ* crp] *Γ Cui. ed. 1*, crispo *Ω*, *om. Ψ'Θ* 2 insinuationum *Ψ'Θ* qua] que *Γ* conpendia] conpedita *Ψ'Θ* supremi *Ω* 3 ueneretate *Γ*[a] 5 occultata (occulta *Ψ'ΘΩ*) quibusd. fr. aer. n. commodis (*sic Γ*, commodi *Ω*, commodia *Ψ'Θ*) abiurantur] *cf. Theod. 9, 42, 5. 9, 42, 7 = Iust. 9, 49, 7 pr.*: ne quid rei priuatae commodis per gratiam atque colludium furto subducatur; *Theod. 10, 8, 2*: ne fraudibus caesarianorum minuantur uel petentibus aliquid abiuretur; *Theod. 10, 8, 5 = Iust. 10, 10, 5, 2*: nam si quid per fraudem in dispendium aerarii fuerit admissum 7 prouinciam *libri* praeterire *libri* ennodo *Ω*
7/8 fa] *Γ*, frater amantiss(ime) *Ψ'ΘΩ* 8 inl *om. Ψ'ΘΩ* auctoritas tua] auctoritate *Ψ'Θ* successioñ *Θ*, successione *Ψ'* 9 pracmatici *Θ* articulo] *Ψ'ΘΩ*, articulum *Γ* palatilis *Γ* 10 oraculum *Γ*[a] interminationem *Γ* auctoribus *Ψ'Θ* 11 ab] ad *Ψ'ΘΩ* temperantibus *Ψ'Θ* uenalitatis *om. Γ* 12 periculum *Γ* curatori *Ψ'ΘΩ* posthaec *Ω Cui. ed. 1* 13 distructior *Ψ'Θ* 14 praedicti *bis Γ* disquisitio *Ψ'* uestigatio *Ω Cui. ed. 1* uel] *scrib.* et unum *libri*, tuam *Cui. ed. 1* 15 intercepi *Ψ'Θ* 16 illa periit] *scripsimus*, imperit *Γ*, imperii *Ψ'ΘΩ*, periit *Cui. ed. 1* emulenta *Γ* discutiat] discuti ac *Ω* quam *Ω* 17 retentatores] rectores *Ψ'*[a], retentores *Ψ'*[b] potuerit *Ψ'ΘΩ* ad] aut *Ω Cui. ed. 1* 18 utilitate *Γ* reducat] *scripsimus*, reducta *libri* ampliustudinis *Θ* iudicum *Ψ'Θ* 19 ut *om. Ψ'ΘΩ* quod] *ΓΘ*[1], quid *Ψ'Θ*[2]*Ω* ita aerario] *Γ*, aerario *Ω Cui. ed. 1*, ita ratio *Ψ'Θ* profuturam *Γ*[a] 20/21 dat. prid. non. sept. (seb *Γ*, febri *Ψ'*, frbrii *Θ*) rau. dn (don *Γ*, *om. Ψ'ΘΩ*) leone et mai. aa (uc *Ψ'ΘΩ*, *om. Γ Cui. ed. 1*) conss. (const *Γ*[a]) *libri*

VI. DE SANCTIMONIALIBVS VEL VIDVIS ET DE SVCCESSIONIBVS EARVM.

ui] *Γ*, uiii *Ψ'ΘΩΣ (lat.) Aegid.* sanctimonialiabus *Ω (context.)* uel] et *Ω (context.) Aegid.* successoribus *Aegid.* earum] eorum *Ω (lat.) Aegid.*

Nov. VI (458 Oct. 26).

IMPP. LEO ET MAIORIANVS AA. BASILIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Susceptis regendi imperii gubernaculis cogitare debemus, quemadmodum nostra res publica et armis et legibus et integra religionis reverentia conservetur atque proficiat: cui plurimum sub hac emendatione confertur, si nobilium feminarum amplectenda generositas procreatis liberis multiplicata subcrescat, si piae necessitudines inter parentes et filios nullis insidiarum vitiis inmutentur et verum dei cultum mens non invita suscipiat. Hoc enim quamprimum nostri egere maiores, ut rem publicam armis et religione fundarent, cuius sanctam venerationem laedi commentis mortalium figmentisque prohibemus. Quis enim ferat parentes filias, quas oderunt, his non tam dicare quam damnare consiliis, ut eas in annis adhuc minoribus constitutas necessitati continuae virginitatis addicant ac, ne adulescentibus animis aliud velle sit liberum, capitibus invitarum sacrum velamen inponant, cum huiusmodi observatio philosophiam religiosa mente suscipiens non cogentis imperio, sed spontanea et matura deliberatione capiatur? Vitandae etenim sunt et magnis adtentionibus transeundae humanae cupiditatis inlecebrae, in quas praecipue primae aetatis ardor inpellit, ut iuventutis calore sedato deo dicata virginitas praeter ullum paenitentiae vitium ad senectutis annos et caelestis militiae palmam pervenire mereatur. Quid enim prodest, si cupiditas virginalis patria potestate conpressa subdolam voluntatem nubendi alte con-
1 cipiat et a legitimo revocata consortio ad inlicitas trahatur inlecebras? Unde ne per huiusmodi inpietatem parentum egestas et obprobrium personis nubilibus inrogetur et quod praecipue submovendum est, inrisionibus execrandis omnipotentis dei contrahatur offensio, edictali lege sancimus filias, quas pater materve a saeculari permixtione translatas Christianae fidei servire praeceptis continuata virginitate censuerint, in beatae vitae proposito permanentes non ante suscepto honorati capitis velamine consecrari quam quadraginta annos aetatis emensae talibus infulis inoffensa meruerint observatione decorari, ut multi temporis series et caelestis consuetudo servitii ad perfidam voluntatem
2 novis desideriis aditum non relinquant. Quod si ante definitum temporis spatium sanctimonialem puellam aliis adulti sexus sui votis calentem memoratorum quisquam parentum velari fecerit atque permiserit, tertia bonorum parte multetur. Eadem poena constringet etiam illam, quae parentibus destituta intra praedictae aetatis annos voluerit consecrari. Diaconi quoque, qui huic rei ministerium contra interdicta praebuerint, proscriptione
3 plectentur. Et quia earum coepit causa tractari, quas ad divinae religionis cultum

2 nostra] nostram *Γ*, *om.* *Ψ'* res publica] publicam *Γ*[a] 3 reuencia *Γ* cui plurimum] cum plurimis (-mus *Θ*) *Ψ'Θ* 4 emendacionem *Γ* adplectenda *Γ* 5 necessitudinis *Ψ'Ω*, necessitudis *Θ* parentes (-tis *Γ*)] praesentes *Ψ'Θ* et filios] filius *Γ* 6 uitiis *om. Γ* inmutantur *Γ*[a], inmutenter *Θ* inuita *om. Γ* 7 egeri *Γ* sanctam] *Γ*, sacrosanctae *Ψ'ΘΩ* *Cui. ed. 1* 7/8 uneratione *Ω* 8 qui *Γ* ferat] fecerat *Ω*[1] 9 ditare *Ψ'Θ* cosiliis *Θ* ea *Ψ'ΘΩ*[1] adbuc] ad *Ω*[1] *Cui. ed. 1* 10 necessitate *Γ*, necessitatis *Ψ'* 11 animis] *Γ*[b]*Ψ'ΘΩ*, nimis *Γ*[a], annis *Pith. (ad Cuiac. F*[3]*)* inponunt *libri* 13 magnis] *Γ*, magis *Ψ'ΘΩ* *Cui. ed. 1* adtentionisbus *Θ* 15 dei *Ω* *Cui. ed. 1* dicata] dicat aut *Γ* ullum] illum *Ψ'ΘΩ* *Cui. ed. 1* 16 senectute *Ψ'ΘΩ*[1] mereantur *Γ* prodeest *Γ* 17 sudolam *Θ* uolumtate *Γ* alte] *Radermacher*, arte *libri* 18 trahantur *Ψ'ΘΩ* 19 obproprium *Γ* nubilibus] *Seeck*, nobilibus *libri* 21 edictale *Γ* 22 seruare *Ψ'ΘΩ* *Cui. ed. 1* praecepta *Cui. ed. 1* censuerit *Γ* 23 honorati] *Γ*, honorato *reliqui* uel animae *Ψ'Θ* 24 annis *Γ* 24/25 docorari *Θ* 25 ut] *ΓΨ'Θ*, et *Ω* *Cui. ed. 1* molti *Θ* caelestes *Ψ'Θ* perfidiam *Ψ'Θ* uoluntetem *Θ* 26 quod si] *scripsimus*, quia *Ω*[a], qui *reliqui* diffinitum *Ψ'Θ*, *om. Γ* 27 aliis *om. Ψ'Θ* sexus sui] sex sui *Θ*, sexui *Ψ'* 28 uelari] uela *Ψ'ΘΩ* terciam *ΓΩ* partem *Ω* constringet] *Pith. (ad Cuiac. F*[3]*)*, constringi *libri* 29 illa quae *Ψ'Θ*, quae illa *Ω* *Cui. ed. 1* destituta intra] desit ut intra *Ψ'Θ*, destituta ut intra *Ω* *Cui. ed. 1* 30 praebuerit praescriptione *Γ* 31 plectantur *Cui. ed. 1* quia] qui *Ψ'Ω*[1]

cupientes demigrare volumus, non coactas, si qua parentum odiis ablegata propositum servandae virginitatis induerit, quae a fratrum consortio parricidali quodammodo arte subtrahitur, ne aut copulae tradenda maritali patris matrisve congrua largitate aut eorum decedentium aequa cum reliquis filiis successione potiatur, parentum obeuntium morte iam libera necdum quadraginta annos, quibus velari nequiverit, aetatis egressa nubendi, ex quo suae potestatis esse iam coeperit, licentiam sortiatur. Neque enim sacrilega iudicanda est, quae se hoc ante noluisse aut certe non posse conplere adpetita coniugii honestate prodiderit, cum Christianae religionis institutio atque doctrina melius esse censuerit virgines nubere quam inpatientiae ardore naturali professae pudicitiae non servare virtutem. Cum itaque in matrimonium nuptias secuta convenerit, exheredatio illi ob hoc a parentibus veniens aut sola Falcidiae quantitas relicta non noceat, sed scriptis heredibus vel suis in virilem portionem vel extraneis in dimidiam tamquam praeterita secundum normam veteris iuris adcrescat. Digna siquidem tali praemio et successione censenda est, quae procreationem liberorum professa generositatem familiae
4 suae ab interitu nititur vindicare. Illis autem, quae spontaneo laudabilique proposito sanctimoniae observantiam virginitatis amore susceperint, in tantum favemus, ut, si forte profana cupiditas inproborum devotam deo mentem per crimen raptus violare temptaverit, non solum divalium constitutorum qui id admiserit subiaceat ultioni, verum etiam cuiuslibet accusationi reddatur obnoxius, ita ut, qui pollutum tanto scelere hominem rebus probatis post haec constituta perculerit, addicti censu facultatibusque potiatur. Quod nos usque adeo a religiosis feminis iubemus arceri, ut etiam, si quis simile aliquid
5 in quacumque temptaverit, pari se noverit supplicio esse feriendum. Viduarum sane obstinationibus permovemur, quae nulla prole suscepta fecunditatem suam reparationemque familiae repudiata coniugii iteratione condemnant et solitariam vitam non eo eligunt, ut pudicitiae religionis amore famulentur, sed potentiae ambitum orbitatis suae casibus viduitatisque captantes lascivam vivendi eligunt libertatem: quibus ad omnem licentiae usum aut sollicitantium ficta religio personarum aut favor callidi captatoris adplaudit. Has ad honestioris vitae tramitem prisca dispositione revocantes aeternabili lege sancimus, ut maritali obitu destituta mulier quadragenaria minor, donec procreare per aetatem liberos potest, intra quinquennium nubat. Cui idcirco currentis lustri largimur in-

32 qua] que Γ abligata Γ, obligata Ψ'ΘΩ praepositum ΘΩ^1 **33** fratrum] frum Γ quadam modo Θ, quamodo Ψ' **34** subtrahitur] cob(con- Ψ')trahitur Ψ'Θ trahenda Ψ'ΘΩ^1 *Cui. ed. 1* maritalis Ω^a matris uel Ψ'ΘΩ^a, matris Ω^c largitio Ω^1, largitione Ω^2 *Cui. ed. 1* **35** cum] con Γ morte] *Pith. (ad Cuiac. F^2)*, mortem *libri* **36** uelare Ω^1 nequiueritates Γ **38** adpetita] *Seeck*, adpetiti *libri* **39** honestitate Ψ'ΘΩ christianae r. institutio (-ta *Cui. ed. 1*) a. doctrina] *significatur ἐπιστολὴ Παύλου πρὸς Κορινθίους I, 7, 9: κρεῖττον γάρ ἐστιν γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι* **40** consueuerit Ψ' **41** exhereditatio Ψ'ΘΩ **42** apparentibus Γ ueniens] Γ, uehemens Ψ'ΘΩ *Cui. ed. 1* sola falcidiae] Γ, sola fallatiae Ω, sola tallatiae Θ, solatiae Ψ' quantitatis Ψ' **43** suis] in suis Γ extranea in dimidia Γ **44** normar Γ dignam Γ *Cui. ed. 1* **45** successionem censendum Ψ'ΘΩ generositate Ψ'ΘΩ^1 **46** interitum Ψ'ΘΩ nitatur Ψ'Θ uindicari Γ **47** obseruancia Γ susceperit Ψ'ΘΩ febemus Γ **48** deuota Γ **49** diualium constitutorum] *vide Theod. 9, 25* qui id] quid Ω^1, qui Ψ'Θ **50** cuilibet Ψ'Θ accusacione Γ tantum Γ **51** perculerit] Γ, pertulerit Ψ'ΘΩ *Cui. ed. 1* facultatibusque] facultatibus Γ **52** a *om.* Γ religionis Ψ'Θ sarceri Γ ut *om.* Ψ'ΘΩ^1 etiam] eam Γ similem Ψ'ΘΩ^a **53** quacumque] ΓΨ'Θ, quamcumque Ω **54** quae *spatio vacuo relicto om.* Γ facunditatem Ω^1 suam] quam Γ **54/55** reparationem *Regino* **55** repudiate Γ^a solitaria Γ **55/56** eo eligunt ut] Γ *cum Pith. (ad Cuiac. F^2)*, colliguntur Ψ'ΘΩ^1 *Cui. ed. 1*, colligunt ut Ω^2 *Pith. (ad Cuiac.)*, ut colligitur *Regino* **56** pudicitiae religionis] *scripsimus*, religionis (relegionis Γ, religioni Ω^2) pudicitiae *libri*, religionis ac pudicitiae *Regino* famulentur *om. Regino* potentiae] Ψ'ΘΩ, potencie sue Γ ambitum . . . **57** captantes *om. Regino* **57** captantes] Ω^2 *Cui. ed. 1*, captantis Ψ'ΘΩ^1, captatis Γ lasciuiae Ψ'Θ, lasciuiaeque *Regino* licentiae] Ψ'ΘΩ^2 *cum Reginone*, licenc(*vel* -t)iam ΓΩ^1 *Cui. ed. 1* **58** pers. facta religio *Regino* fauor callidi captatoris adplaudit] *scripsimus*, fauore callidi (calidi Θ) captatores adplaudet (adplaude Ω^1, adplaudent Ω^2 *cum Reginone*, adblande *Cui. ed. 1*, adblandiuntur *Pith. [ad Cuiac. F^2]*) *libri et edd.* **59** onestiores Ψ'^a prisca d. r. aeternabili (*sic* Γ, aeternali Ω *Cui. ed. 1*) lege] reuocantes *Regino*, *om.* Ψ'Θ **60** distituta Ψ', de(*vel* -i)stitutam ΘΩ^a mulierem Ω^a quadragenaria] quadragenariae Ω^a, quadrigenariae Ψ'Θ minor donec] in ordo nec Ψ'Θ, cum adhuc *Regino* **60/61** liberos per aetatem *Regino* **61** cui idcirco . . . . **63/64** damnauerit *om. Regino* **61** currentes Ψ'ΘΩ largimus Ω

dutias, ut per spatium legitimi temporis luctus maerore deposito eligendi honestiores
nuptias habeat potestatem. Sin vero saecularem vitam et coniugales taedas perosa damnaverit, emenso, ut dictum est, quinquennio in viduitate persistens mox cum germanis
fratribus vel sororibus eorumque filiis vel parentibus propinquisque, per quos familiae
origo reparatur, suas dividat facultates aut, si hi fortasse defuerint, cum fisco patrimonium
partiatur: nihil intra lustrum temporis illius, quod luctui deliberationique deputavimus,
alienaturam de praedictis sex unciis se esse cognoscens, quas parentibus vel propinquis
statuit serenitas nostra proficere, usufructu tantum contenta vivendi, quae tum se probare
poterit studio castitatis secundas nuptias respuisse, cum liberalis fuerit in propinquos.
6 Illarum vero ratio diversa est, quae suscepta prole gaudentes ob hoc ad secundas
nuptias non demigrant, ut adfectuosam decedentis viri memoriam in alendis et locupletandis filiis sollicita pietate conservent: quas nubendi, si hoc maluerint, libertate suscepta
a condicione superius enarratae definitionis absolvimus, ita ut filiis ex matrimonio priore
susceptis, si hoc tamen pars voluerit filiorum, dato fideiussore prospiciant, qui salva fore
7 corpora omnia sponsaliciae largitatis evidenti sponsione promittat. Optionem sane continuae viduitatis matribus eatenus relaxamus, ut filios in gremio indulgentiae suae positos
vel donationibus pro merito prosequantur viventes vel heredes suprema voluntate consti-
8 tuant. Illud sane latus divalis constitutionis abolemus, quo videbatur matribus fuisse
permissum, ut ex quantitate sponsaliciae largitatis in unum filium, si vellent, portionem
maximam conferendi habeant liberam facultatem: in quam nos filios aequa iubemus lance
succedere, si quidem recte illa donatio inter bona paterna numerabitur, quam in uxorem
maritus contulit tempore nuptiarum. Si vero matri contra religionem sanguinis propositumque pietatis externus heres insidiatorque subrepserit, quidquid ab ea non iustis causis
exheredationis extantibus, quas sine dubio probaturus est qui videtur filiis anteferri,
donatum fuerit vel relictum aut inreligioso alienatum translatumque commento, id totum
9 ab eisdem filiis vindicetur. Et quia studiose tractatur a nobis utilitas filiorum, quos
et numerosius procreari pro Romani nominis optamus augmento et procreatis conpetentia
commoda perire non patimur, hoc necessario putavimus praecavendum, ut marem feminamque iungendos copula nuptiali par condicio utrimque constringat, id est ut numquam
minorem quam exigit futura uxor sponsaliciam largitatem dotis titulo se noverit conla-

---

62 luctos ΓΩ^2 maerore] memore Γ^b, memorer Γ^a disposito Ω^1 elegendi Θ **63** sin] si in Ω^1, in Ψ'Θ uero] uiro Ψ'ΘΩ^1 tedias Ψ'ΘΩ^1 perossa Ω^1 *Cui. ed. 1* **64** ut dictum est *(om.* Ψ'Θ*)*] *om. Regino* in] si in *Regino* persistit *Regino* germanis .... **65** parentibus *om. Regino* **65** propinquisque] propinquis Ω *cum Reginone et Cui. ed. 1* per quos ... **66** reparatur *om. Regino* **66** repararatur Θ diuidet Γ hi] Ω^2 *cum Reginone*, hii Γ, his Ψ'ΘΩ^1 *Cui. ed. 1* matrimonium Ψ'Θ *cum Reginone* **67** partiatur] diuidat *Regino* deliberationeque ΓΩ, deliberationemque Ψ'Θ deputauimus] putauimus Γ, deputamus Ψ'^{a}, deputauis Θ^a **69** contempta Γ uiuendi] *sic libri et edd., fortasse scrib.* quinquennii **70** poterit] ΓΨ'Θ, potuerit Ω *Cui. ed. 1* cascastitatis Θ propinquos] Γ, propinquis Ψ'ΘΩ *Cui. ed. 1* **71** quae suscepta (-tum Ω) pr. g. ob hoc ad (non Γ) *om.* ΨΘ **72** nuptias *om.* Γ dimigrant ΨΘ decedentes Ω **72/73** locupletendis Ω **73** sollicita] sullicitate Γ libertatem Ψ'ΘΩ **74** diffinitionis Ψ'Θ matrimonium Γ, patrimonio Ψ'Θ **75/76** salua (salbe Γ^a) f. corpora (-rum Ψ'Θ) o. sp. largitatis (-te Ω)] *cf. Theod. 3, 8, 2 pr.; nov. Theod. 14 § 1; nov. Severi 1 pr.* **76** euidente Ψ'Θ sane *vacuo spatio relicto om.* Γ **77** eatenus *vacuo spatio relicto om.* Γ relaxamus *bis* Γ filios] filius Γ^b ΨΘΩ, filiis Γ^a, filio *Cui. ed. 1* positus ΨΘΩ, possitus Γ, posito *Cui. ed. 1* **78** prosequatur Ψ'Θ uiuentis Ω **79** diualis constitutionis] *significatur aut Theod. 3, 8, 2 aut nov. Theod. 14 (§ 5)* abolemus] *vide etiam nov. Severi 1 pr.* **80** exponsaliciae ΨΘ uelint Ω *Cui. ed. 1* portioni Ω **81** maxima ΨΘΩ habent ΨΘ filias Ψ'Θ **82** si quidem recte (-ta ΨΘ) illa (-lam Γ) ... **83** nuptiarum] *cf. nov. Theod. 14 § 3* **83** religionem] legionem Ω, religio personarum Ψ'Θ sanguis Ψ' **84** heris ΨΘ ab ea] habea Γ, habeat Ψ'ΘΩ iusti Ψ' **85** exheredationis] *Cui. ed. 1*, exhereditationis *libri* quas *om.* ΨΘ dubium Γ uidetur] detur Ω anteferre Γ **86** inligionoso ΨΘ alienato Γ **87** uindicitur Γ, uindicentur Ω studiose] s(a)e ΨΘ **88** et numerosius] e numerosius Γ, numerosius *Cui. ed. 1*, e (et Ψ'Θ) numero siue Ψ'ΘΩ procreare Γ augmento et] augmento *Cui. ed. 1*, augmentum Ω et procreatis] *melius* et quibus procreatis conpetentiae Ψ' **89** necessaria Ψ'ΘΩ **90** iugendus Γ ut numquam .... **91/92** conlaturam] *cf. nov. Valent. 35 (34), 57 sq.; nov. Iust. 97 c. 1. 2; l. Visigoth. 3, 1, 5 p. 128* utrimque] *scripsimus*, utrumque *libri* ut *om. Sangall.* **91** minorum *Sangall.* exigi Γ, exegerit *Sangall.* futurum *Sangall.* sponsaliciam largitatem] Γ, sponsalicia (sponsalia Ω) largitate *reliqui cum Cui. ed. 1* titulum *Sangall.* se *om. Sangall.* **91/92** conlatura *Sangall.*

turam, scituris puellis ac parentibus puellarum vel quibuscumque nupturis ambos infamiae maculis inurendos, qui fuerint sine dote coniuncti, ita ut nec matrimonium iudicetur nec legitimi ex his filii procreentur.
10 Sane quoniam quorundam cupiditatibus obviandum est, qui generorum exhauriunt facultates ac sibi vel filiabus suis vel subornatis quibuscumque personis, priusquam aliquid de nuptiarum pactione constituant, ab incautis iuvenibus et futuri coniugii desiderio concitatis multa faciunt occulta fraude conferri, quae secuta sollemnitate votorum filiabus refundant aut forte maiore amore perfidiae sibi existimant adquisita, unde huius callidi frivolique commenti ita nullum esse iubemus effectum, ut infirmato talis colore contractus sui iuris postea gener vindicet vel actione proposita securus reposcat, quidquid per inliciti posthac contractus imaginem alienare conpulsus est.
11 Inter cetera captatorum etiam aviditas conprimenda est, qui nonnumquam ignotorum paene lectulis adsidentes animos ipsa corporum aegritudine fatigatos et sincera iam iudicia non habentes simulata adfectione depravant, ut plerique consanguinitatis et necessitudinum suarum frequenter obliti extraneos scribere videantur heredes, cum insidiosa munuscula diriguntur, cum subornantur medici, qui prava persuadeant et neglecto medendi studio fiant alienarum cupiditatum ministri. Quibus omnibus serenitas nostra diligenti examinatione perpensis hoc praesenti lege decernit, ut, si is, qui nulla testatori propinquitate coniungitur neque ex iis personis est, quibus etiam ab intestato deferri quocumque gradu vel titulo poterat antiquo iure successio, heres fuerit institutus, legatum fideicommissumve perceperit, ex relictis rebus atque corporibus tertiam publico inferat portionem, quatenus hoc saltem metu et testatorum iniquitas et captatorum cesset inprobitas.
12 Quae omnia constituta in futurum a die latae legis valere praecipimus, Basili p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Inlustris igitur et praecelsa magnificentia tua saluberrimam sanctionem propositis divulgabit edictis, ut omnes intellegant remotis inreligiosarum mentium fraudibus inpiisque commentis hoc constitutum fuisse, quod emendationi morum utilitatique publicae reducta in terras vi avorum omnium socia pietate proficiat. DAT. VII KAL. NOV. RAV(ENNAE) D. N. LEONE ET MAIORIANO AA. CONSS.

ΓΨ'ΘΩ. *Sangallensis f. 154 post novellae Valent. 35 (34) interpretationem textus exhibet verba inde a* 90 utrimque *usque ad* 94 procreentur; *eandem sententiam Aegidianae epitomae libri (v. Conspectum Subsidiorum) hunc in modum contractam servant:* 'ut, si inter coniugatos non fuerit aequa donatio, nec matrimonium iudicetur nec legitimi filii procreentur'. — *REGINO PRVMIENSIS de synodalibus causis (rec. F. G. A. Wasserschleben, Lipsiae 1840) II c. 173 sub praescripto* 'de eadem re *(scilicet de viduis)*. Ex lege Romana nouellarum diui Maioriani' *textus partem inde a* 53 uiduarum *usque ad* 67 partiatur *servat.* — *Nov. Severi 1, 1 sqq.:* 'Abrogatis capitibus iniustis legis diui Maioriani A. ad locum. Illud tantum ex eadem lege retinentes quod ueterum legum commendat auctoritas' *(scilicet nostrae legis §§ 6 et 8); l. l. § 2:* 'ut legis asperitas, quae ad amplitudinem tuam *(scil. Basili)* primae praefecturae administratione data est, per te correcta atque emendata uulgetur'.

92 ac] ut *Sangall.* **92/93** ambus infamilie maculis inorendus *Sangall.* **93** qui fuerint sine dote (-tem Ψ'ΘΩ) coniuncti] *cf. Epist. Leonis I. ad Rusticum Narbonensem episcopum (Mansi VI col. 402 v. 23); l. R. Burg. 37, 1. 2; l. Visigoth. 3, 1, 9 rubr.; Formul. Merov. (ed. Zeumer MG. LL. V) p. 208 l. 6: vide Mitteisii librum qui inscribitur Reichsrecht u. Volksrecht p. 228 sq. et quae Brunner disseruit in Actis Acad. Berol. 1894 p. 552 sqq.* matremunio *Sangall.* **94** procreantur Ω cupiditatis Γ **95** suis *om.* Γ **96** pactione] pactione nos Ψ'Θ **99** estimant Γ adquisisita Θ unde *delendum* huius] ΓΨ'Θ, eius Ω calidi Ψ'Θ conmentita Ψ'Θ iubemus] iubus Γ **100** infirmatum Γ coloris contractu *malumus* sui iuris] sub iure Γ gener] iuener Θ, uenerint Ψ' **101** inlicite Γ **102** auditas *libri* **103** paene] poene ΘΩ animo] animo si Ψ'Θ ipsa] ipso Γ aegritudinem Ψ'Θ, egretuditudine Γ **104** sincera (-ram Ψ'Θ) iam] Ψ'ΘΩ, sinceralem Γ plerique] implerique Ψ'Θ **104/105** cum sanguinitates Γ **105** necessitudinem Ψ'Θ frequenter] frequentia Ψ', frequen Θ extraneus Ψ'Θ uideantur] *fortasse scrib.* inducantur **106** dirigantur Ψ'Θ, dirigatur Ω priua persudeant (-seduant Ψ') Ψ'Θ **107** modendi Γ **108** is] his *libri* **109** coniungetur Γ iis] his *libri* ab intestato *vacuo spatio relicto om.* Γ **110** defferri Θ poterat *vacuo spatio relicto om.* Γ heris Ω institutus *vacuo spatio relicto om.* Γ **111** perceperint Γ publici Γ **112** captatore Γ cessat Γ^a **113** praecipimus] *Cui. ed. 1*, praecepemus Γ, praecepimus *reliqui* **114** pkaa] ΓΨ'Θ, pka Ω *Cui. ed. 1* **115** proposita Γ deuulgauit ΓΩ, diuulgauit Ψ'Θ *Cui. ed. 1* **116** commentis] Γ *cum Pith. (ed*

VII. DE CVRIALIBVS ET DE AGNATIONE VEL DISTRACTIONE PRAEDIORVM EORVM ET DE CETERIS NEGOTIIS.

rubricam om. O (context.), eras. E[a] uii] *sic Γ (lat.),* i *reliqui, om. Γ (context.) GE*[b]*C* curialibus] decurionibus *O (lat.),* curionibus *Aegid. codd. Vat. 991 Paris. 4418. 4633* et de agnatione ..... negotiis *om. Φ* et de agnatione .... eorum *om. O (lat.)* de agnatione] de agnitione *E*[b]*M*, agnatione *Γ (context.) S (lat.* [α]*) Paris. 4409. 4415,* agnitione *Paris. 4414,* de agnationibus *H,* agnationibus *Paris. 4413,* de actione *Ψ'Θ Aegid.* uel] et *Fuld.* detractione *Γ (context.) S (context.*[b] *et lat.* [β]*),* districtione *N (lat.) S (lat.* [α]*) L (lat.) Leid. Paris. 4411,* distractionem *Paris. 4413, om. Fuld.* eorum] *sic ΓNL (lat.) Ψ'ΘΩ Fuld. Paris. 4409. 4410, om. reliqui* et de] et di *Fuld. (lat.),* uel de *E*[b], et *O (lat.) GS (lat.* [α]*) L (lat.) Ψ'Θ Fuld. (context.) Paris. 4409 Aegid. cod. Paris. 4416,* ac *Ω (lat.)*[b] ceteris] *sic ΓE*[b] *Sich. (lat.),* diuersis *reliqui*

Nov. VII [= BREV. I] (458 Nov. 6).

IMPP. LEO ET MAIORIANVS AA. BASILIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Curiales nervos esse rei publicae ac viscera civitatum nullus ignorat; quorum coetum recte appellavit antiquitas minorem senatum. Sed id egit iniquitas iudicum exactorumque plectenda venalitas, ut multi patrias deserentes natalium splendore neglecto occultas latebras et habitationem eligerent ruris alieni, illud quoque sibi dedecoris addentes, ut, dum uti volunt patrociniis inpotentum, colonarum se ancillarumque coniunctione polluerent. Itaque factum est, ut et urbibus ordines deperirent et prope libertatis suae statum nonnulli per
1 contagionem consortii deterioris amitterent. Quod ne ulterius possit licere, saluberrima lege sancimus praeteritae praesumptionis supplicium relaxantes, ut praeter illos, qui patrias suas aliqua munerum conlatione iuverunt ac propterea nulla ordinibus praescriptione depereunt, ubicumque intra triginta abhinc retro annos inventi fuerint curiales, constrictis procuratoribus vel conductoribus praediorum dominisque conventis ad urbes,

Cuiac.), mentis *Ψ*[a]*ΘΩ Cui. ed. 1,* mentes *Ψ'*[b] fuisset *Ψ'ΘΩ* **117** emendatione *ΓΩ* publicis *Γ* ui auorum] *scripsimus,* uia (ua *Ψ'Θ*) uotum *libri,* iustitia uotum *Pith. (ad Cuiac.) et Cui. ed. 2,* iustitia ad uotum *Pith. (ad Cuiac. F*[2]*)* **118** rauenna *Θ* d. n. *om. Ψ'ΘΩ Cui. ed. 1*

1 imp̄ *E Paris. 4409* et maiorianus] maiororianus *Paris. 4409* a̅a̅.] a. *Ψ'Θ,* aug̅. *S* bassilio *Paris. 4410* p̅p̅o̅] praeposito *OS,* p(rae)f(ect)o *G Paris. 4409* curialis *E* neruos] neruus *ΓH,* seruos *OCS Paris. 4408,* seruus *NGE* **2** rei] re *Γ* uitatum *K* coetu *GP*[1]*MΦ* recte *bis H* **2/3** antiquitus *GΦ, om. XC* **3** minore *NK,* minorum *E* sed id egit] *P*[2] *coniectura omnino, sed probabili,* sed egit *EK,* redigit *NΦ,* rediget *XCP*[1]*MS,* redigat *H,* redigi *G,* set ad hoc rediit *O,* huc redegit *Cui. ed. 1* iudicium *GM, om. N* exactorumque] exactorum *N* **4** patrias] *sic HNEXC: cf. v. 10,* patrias suas *Φ,* proprias *PMS,* propria *G,* proprias patrias *KL,* possessiones proprias *O* spendore *G,* splendorem *K* **4/5** habitationes *E* **5** eligerent] elegerint *HNGESΦ* ruris] *sic OHP*[3]*SK cum Pith. (ad Sichard.),* puris *N,* rus *PM,* iuris *EΦ,* iure suae *XC,* ius *G* alienae *G,* alienis *K* quoque] uero *E* decoris *OGESK* ut] et *K* **6** patrociis *S* potentum *Φ cum Pith. (ad Sichard.)* colonarum] colonarumque *N* se (seu *NGS*[b], *om. Φ*) ancillarumque (et ancillarum *O,* ancillarum *N*)] ancillarum quae se *E* polluerent] *sic O,* polluerint *reliqui* **7** est *om. G* urbibus o. (ordinis *XC*)] ordines urbibus *O* deperirent] dederint *G* prope] pro *HG, om. O* nonnulli] nulli *K* **8** contagia *O* consortio *N* deterioris] deteriores *NES, om. G* amitterent] amitterint *N,* emitterent *M,* admitterent *HΦ,* admitterint *K,* omitterint *G* alterius *M* posset *N* saluberrimae *N* **9** leges *G* sanctimus *G* praesumptionis supplicium (*sic HKLΦ cum Cui. ed. 1,* supplicia *N,* supplicem *E,* sufficiunt *XC,* subsidium *reliqui*)] subsidium praesumptionis *O* relaxata *K* ut *om. G* praeter] *sic EK cum Pith. (ad Sichard.),* propter *reliqui* **10** numerum *S* iuuerunt] iusserunt *G,* minuerunt *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* propterea] praeterea *K* ordinibus] ab ordinibus *O* **10/11** praescriptione] *EK,* praesumptione *reliqui* **11** depereant *GPMS* annis *G* **12** constrictis] constricti si *G* procuratoribus] et procuratoribus *H* dominisque] dominusque *E,* dum in his quae *G*

quas deseruerant, cum uxoribus reducantur: quod ingratum esse agrorum dominis non
oportet, cum debuerint poena severiore percelli; amittant mulieres, quas inlicitis con-
sortiis iunctas esse siverunt. A quo constituto nec domum nostrae serenitatis excipimus.
2 Quorum progeniem ita dividendam esse censemus, ut quotquot fuerint masculini sexus
filii patrem sequantur feminis praedii domino relinquendis: illa discretione servata, ut,
si ex colonabus nati sunt, curiis inserantur, si ex ancillis editi, collegiis deputentur, ne
3 materni sanguinis vilitate splendor ordinum polluatur. De collegiatis vero illa servanda
sunt, quae praecedentium legum praecepit auctoritas. Quibus illud provisio nostrae
serenitatis adiungit, ut collegiatis operas patriae alternis vicibus pro curialium dispo-
4 sitione praebentibus extra territorium civitatis suae habitare non liceat. Hoc de
pendentibus sanxisse sufficiet. In futurum vero haec observanda censemus, ut, si quis
actor procuratorve domino nesciente susceperit curialem et non intra annum propriae
restituerit civitati, si ingenuus probabitur, collegiis adplicetur, si servus est, fustuario
supplicio interficiendum se esse cognoscat. Quod si id sciente domino ac volente factum
esse doceatur et non intra statuti temporis metas etiam cum ultione correctum, ipsius
5 praedii, in quo hoc admissum fuerit, amissione multetur. Similiter si servo suo actori
procuratorive ullus filiam iunxerit curialis aut certe iunctam esse permiserit et non intra
praescriptum temporis terminum natalibus suis urbique reddiderit, illa quidem curiae
restituenda revocetur — quam iubemus ab intestato parentibus aequa cum ceteris liberis
lance succedere, quia per eius quoque progeniem ordo reparandus est —, ille vero, si
originarius erit qui sibi frustra ac temere mariti nomen contra interdictum legis indiderit,
6 collegiis nihilominus deputetur, si famulus, servilibus poenis peribit. Filia curialis si

---

13 desererant H, deseruerunt KΦ reducantur] HNEXCKΦ, reuocentur OGPMS quod *bis* G 14 oportet] potest N s(a)euiori KΦ percellere N, praecelli Φ illicite O 14/15 consortiis iunctas (iusta G) esse *om.* O 15 siuerunt] *sic* N, sciuerunt K, se nouerunt Φ *cum Pith. (ad Cuiac.)*, censuerint E^{v}, quaesiuerunt XC, quaesierunt *reliqui* constitutum E, constitutio K donum G nostrae .... 16 diuidendam *om.* G excepimus EKΦ, excipemus N 16 quarum HNKΦ progenie E^{b}, *om.* K ita] eta E, *om.* O diuidendum K censemus] concessimus N quotquot] quodquod HXPM, quot O, quod GEK, cum Φ *cum Pith. (ad Cuiac.)* fuerint] fuerit Φ, defuerit G masculini sexus *om.* O 17 filio G praediis EΦ dominis Φ relinquentes E 18 colonabus] *sic* HNXCK, colona *reliqui* curiis] *sic* EK, curiae *reliqui* ex *om.* G edicti N, edii K collegii K, collegiatis G 18/19 ne materni .... 19 polluatur *om.* O ne *om.* G 19 uilitas NXCPM splend K ordinum] ordinis Φ *cum Pith. (ad Cuiac.)* pulluatur M colligiatis X, colleiatis Φ, collegatis NE, collegiis K, collegia PMS seruandae E 20 praecipit SΦ quibus illud] quod illo N prouisi G 21 renitatis H adiungit ut] adiungitur H colligeatis K, collegatus E, collegia S operas] operis H, super has E^{v} patriae] pariae G uicibus] ciuibus G procuralium S, prorialium N 21/22 dispositionem K, dispensatione H, propositione OG 22 territorum K, territorio EΦ suae *om.* E de *om.* G 23 pendentibus] praesentibus OE sufficiet] NE, sufficient K, sufficiat OHΦ, sufficiat et G XCPMS hae G obseruanda] o. esse E censimus G; *cf. Theod. 12, 1, 6* si *om.* E qui K 24 auctor NG, *om.* S^{a} procuratorue] G *coniectura probabili*, procuratorque *reliqui* sciente Φ *cum Pith. (ad Cuiac.)* susciperit EK et non] *sic* O: *cf. v. 125*, aut non *reliqui* infra XC 25 restituat OG ciuitati si] cuitati si K, ciuitatis NG ingenuos NG, ingenuum E probabitur] NEK, probatur OHGXCPMS, adprobatur Φ collegiatis G adplicetur] applicitos G, deputetur S *cum Pith. (ad Sichard.)* fustuario] *sic* ONGEP³Φ, furtuario PM, furtario S, furtunario XC, fructuario K, uario H 26 interficiendum se] se interficiendum OK, interficiendum NESΦ id *om.* E ac uolente] *sic* HEK *cum Pith. (ad Cuiac.)*, ac uoluntate N, aut uolente *reliqui* factum .... 28 amissione *om.* G 27 correctum] *sic* HNEXC, correptum *reliqui* ipsius] *fortasse scrib. cum Seeckio* ipse eius 28 hoc] haec PMS, *om.* N fuerit] docebitur O si *om.* G suo *om.* O auctori GS^{a} 29 procuratoriue] *scripsimus*, procuratori O, procuratorique *reliqui* ullius GEPM, illius S filiam] filiam suam O coniunxerit G: *cf. v. 130* certe *om.* O iuncta H, iunctum E permiserit esse O et non intra .... 30 reddiderit *om.* O non intra] intra S^{a} 30 praescriptum] perscriptum GE, praescripti KΦ *cum Pith. (ad Cuiac.)*, scriptum N terminum temporis GPMS urbisque G, urbibusque E illam KΦ, illic X 31 restituendas euocetur K quam ... 32 reparandus est *om.* O ab intestatis E *cum Cui. ed. 1* eque G liberis] EKL, *om. reliqui* 32 quoque] quocumque H progenie GEPMΦ neparandus G^{a}, praeparandus X illa G 33 origenarius NG, oriundus Φ *cum Pith. (ad Cuiac.)* frustra ac *om.* O timere M contra (contraque K) i. legis *om.* O indederit G, inde.dederit (*sic*) K 34 colligiis K, collegiatis G peribit] *sic* HNEKLΦ *cum Cui. ed. 1*, perinet X, perhibet P^{a}M, adficiatur P³, subiciatur [illegible] OGC (*vacuo spa*[illegible]

genitalis soli amore neglecto in aliam voluerit nubere civitatem, quartam mox omnium facultatum suarum ordini conferat, a quo se alienare desiderat: illi urbi, ad quam migra-
7 verit, curiales sine dubitatione paritura. Et quoniam usquequaque obviandum est
eorum dolis, qui nolunt esse quod nati sunt, quicumque se sub nomine clericatus quodam religionis obtentu civitati curialis vel corporatus fortasse subtraxerit, secundum praecedentium legum statuta si intra diaconatus gradum locatus probatur, ad originem suam sine dilatione revocetur, si vero iam diaconus aut presbyter aut episcopus latae huius legis tempore reperitur, sive adhuc obnoxius functionibus sive muniis persolutis, nihil de patrimonio suo alienaturum se esse cognoscat. Cui si masculini sexus prolem seu propinquos esse contigerit, qui utique curiae necessitatibus obsequantur, mox medietatem omnium facultatum eis tradere non desistat sibi ad usumfructum sex residuas uncias retentaturus; si defuerit sexus virilis, eadem in filiabus sine dubio servaturus, si tamen curialium conubiis copulentur. Qui si in totum fortasse defuerint, ad ordinem urbis suae praedicti patrimonium pertinebit. Si qua sane huiusmodi persona originis suae vinculis obligata ex his, quos ad ordines iubemus reduci, sub divini ministerii occasione intra ecclesiam
8 se crediderit occulendam, eam constrictus archidiaconus repraesentet. Hic etiam eorum
nequitia conprimenda est, qui locum principalitatis indepti vendunt defugas curiales et obnoxios corporatos, cum eos occulta depraedatione concusserint: quos utique, si honestatis memores patriae suae aliquid adfectionis inpenderent, revocare deberent. Quod ne

---

19/20 nulla (-lam *HΦ*) uiolari (-re *NG*[a]) accusatione (occasionem *Paris. 4414, om. Paris. 4415*) *om. X* *post* **20** permittimus, *ubi textus ab Alaricianis epitomatus finit (vide supra), in solis codicibus XC suppositicia quaedam invenimus origine iucerta, quae pertinent ad eos qui ad ecclesias confugerunt (cf. Theod. 9, 45, 1. 4. 5; l. Visigoth. 6, 5, 16. 9, 3; l. Baiuvar. 1, 7); sunt autem haec:* 'illud quoque nobis eodem (eadem *C*) suspectu religionis occurrit ut hominem qui ad ecclesiae profugia recurrit quicumque temerator aut sacris altaribus cogatur euertere aut pro eo inhumana dispendia sustinere exabundantia .... *(hiatum notat C)* ut multo minus poenae obnoxios quoque foribus sanctis ad mortem uel cruciatum cogatur eicere cum rei instituta haec consueuerint (consueuerent *X*) esse profugia. quod si quis statuti nostri temerator emerserit ut homines intra ecclesias constitutos ad poenam non reprehendit adducere capitali supplicio subiacebit' dat. u (xu *KΨΘ Paris. 4408*, ui.ui.u *[sic] Paris. 4409*) kal. (id. *Paris. 4413*) april. *(om. Ξ)* arelato (arelate *G Leid. Paris. 4411*, arel *PM*, arelt *N*, arlt *Ω*, aurelianis *O, om. Paris. 4409 Epit. Mon.*) magno (mago *Paris. 4409*) et apollonio (et appollonio *GΞ Paris. 4411*, et pollinio *Leid., om. Paris. 4409*) uu. cc. *(vel similiter, om. OHGEXCPMS Leid. Paris. 4411)* conss. *(om. NEK) libri* **21** ideo] *sic H(?)N cum Pith. (ad Cuiac.)*, ad eos *Ξ*, adeo *reliqui, om. GS* scripta non est] non est scripta *H*, non habetur scripta *ΨΘΞ* quia] qui *Ξ* iam quae] iam *HS*[b], *om. ES*[a] **21/22** de diuersis negotiis] *sic scriptum ab Alaricianis ad exemplum nov. Valent. 35 (34) et Maiorian. 7 (cf. codicum Leid. et Paris. 4409 rubricam)* **22** euidenter *NΨΘΞ* interpretata *ΨΘ* habetur *G* sed] ad *Ξ* **23/24** interpetratione *G*, interpretationem *Ξ* **24** intellegi potest] non potest elegi *N*

XII. DE AVRIGIS ET SEDITIOSIS.

(contextus deficit; rubrica extat in titulorum laterculo codicis Γ: vide p. 155)

II.

LEGVM NOVELLARVM IN ORIENTE PROMVLGATARVM

MARCIANI

IN EPITOMEN ALARICIANAM RECEPTAE.

TITVLI LEGVM NOVELLARVM
DIVI MARCIANI A.

De apparatu conferas quae diximus p. 1.

I. Neminem exhiberi de provincia ad comitatum nisi ad relationem iudicis a quo fuerit appellatum.

niminem *Fuld.*, nemine *L* exhibere *Fuld.* *Ψ'ΘΣΞ* de prouincia] de pr. sua *S*[a]*ΣΞ*, de prouinciani *Fuld.*, *om.* *O* nisi] ni *Fuld.* ad relacione *Fuld.*, a relatione *L* ad quo *Fuld.* fuerat *Ξ*, emerit *Fuld.* appellatus *ΣΞ*, appelletus *Fuld.*, appalat *L*

II. De indulgentiis reliquorum.

ii] iii *O*

III. De praediis civitatum omnium.

iii] ii *Σ* praesidiis *Θ*

IIII. De matrimoniis senatorum.

V. De testamentis clericorum.

de *om.* *Fuld.* clericorum] cl. et religiosorum *O*, cl. uel religiosorum *N*

Fuld. *ONSLΨΘΣ* (*om.* II. IIII) *Ξ* (*om.* II)

LIBER LEGVM NOVELLARVM DIVI MARCIANI A.

I. NEMINEM EXHIBERI DE PROVINCIA AD COMITATVM NISI AD RELATIONEM IVDICIS A QVO FVERIT APPELLATVM.

i] *om. GCΘ (context.)* niminem *Fuld.*, nemini *Φ* exhibere *GΦΨΘΣ (lat.) Ξ Fuld. Paris. 4409. 4414. 4415* de prouincia (-am *Fuld. [context.]*)] de prouincia sua *S (lat.* $^{\alpha}$*) ΣΞ (lat.)*, de prouinciani *Fuld. (lat.)*, *om. O* ad comitatum] ad prouintiam uel ad comitatum *Capit. Angilramni 4* relationem] relatione *Fuld.*, rationem *Paris. 4409* iudicis *om. N (context.) E Paris. 4409. 4410* a (ad *E Fuld. Leid. cum Cap. Angilr. 4*) quo (quem *Cap. Angilr. 4*) fuerit (emerit *Fuld.*) appellatum (-tus *NGΦ*Ω^1*ΣΞ [lat.] Fuld. Paris. 4410. 4414. 4415*) *(add.* id est ut actor rei forum sequatur *[vide v. 48]* Ω^2 *cum Pith. [ad Sichard.])*] *om. O*

Nov. I (450 Oct. 11).

IMPP. VALENTINIANI ET MARCIANI AA. EDICTVM. Multa remediorum genera nostrae clementiae provincialibus suis prospicere gestienti et crebra cogitatio subpetit et ipse rerum usus adportat. Nam cum venalem iudicum ambitum radicitus amputasset et ad res privatas vel publicas sincerissime gubernandas homines spectandos atque consultos traxisset invitos — sciens quippe felicem fore rem publicam, si a nolentibus et actus publicos repulsantibus regeretur —, cogitanti nostrae pietati statim occurrit, quonam modo possint longi itineris intervallo et enormibus sumptibus legitimo egentes auxilio liberari. Videtis enim agmina, videtis catervas adeuntium infinitas non solum a finitimis

---

1 impp.] intep̄. *G* ualentiniani] *sic C Iust.*, ualentini S^a, ualent *PK*, ual *Paris. 4409*, ualentinianus *O et reliqui* marciani] *sic* C^bS^a *Iust.*, martinianus S^b, marc(*vel* -t)ianus *O et reliqui* aug̅. *G* edictum] ad edictum *E*, edictum ad omnes iudices *O*, edictum ad populum *Iust.*, *om. Φ Leid. Paris. 4414. 4415* generem *N* nostra *E*, nostrem G^β 2 clementia $G^\beta E$ gestiendi $G^\alpha Φ$, gestient E^b ipsa *E*, ipsae *Φ* 3 usum *HNPMΦ* nam cum] nam *K*, nec G^β uenale NG^β indicium *NKΦ* ambitu E^b, ambito *N* radicitus *om. K* amputasse *ECPM*, amputare *O* 4 uel publicas] uel publici *N*, et publicas *O* sincerissime] serenissime *E* gubernans *KL* spectandos] *sic HN*, spectabiles *O*, expectando(*vel* -u)s *reliqui* 4/5 atque consultos (consumtos E^b) traxisset (traxisse *H*, tradidisset *PMS cum Pith. [ad Sichard.]*) inuitos (-tus *NK L*)] etiam inuitos tradere uellet *O* 5 felicem fore (fore felicem *O*) rem] felicem profore rem *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)*, felicem ferorem (furorem *N*) *NE* a nolentibus] nolentibus *Φ*, abolentibus E^b actos *HNEPM*, acto *K* 6 repulsantibus] recusantibus *O* regeretur] *sic OP*^{s} *coniectura probabili, om. reliqui* cogitanti] haec cogitanti *O* nostrae pietati (-tis *HNΦ*)] pietati nostrae *O* occurrerit *E KL* 6/7 quonam (quoniam *HNM*, quo *Φ*) modo possint] quo iure possint *O*, quo ūrae possint *S*, quoniam modo uestra possint *E*, quod admodo (amodo *L*) uestrae opus sit *KL* 7 longi itineris . . . sumptibus] *cf. nov. Maiorian. 2, 41 sqq.* enormibus (*vel* inorm- *vel* inurm-)] inermibus *O*, inarmibus *Φ*, in omnibus *C* 8 liberari] liberali *N* uidetis] uidimus *O* augmina *NPM* uidimus *O* cateruos *K* adeuntium] audientium *L*, aut centium *K* non solum] id est non solum *E* a finitimis (fitinitimis *K*)] infinitimis *N*

provinciis, verum extremo orbis Romani limite confluentes et adversum suos adversarios
conquerentes. Quod profecto nullatenus accidisset, si in locis integritas vel severitas
iudicum floruisset. Ne igitur huiusmodi flagitia etiam ulterius porrigantur, ne quis de-
sertis laribus suis aut certe dulcibus pignoribus per incognitas mundi partes diutius per-
vagetur, hoc consultissimo edicto statuendum pariter et omnibus declarandum pietas
1 nostra decernit: Quicumque civilem actionem vel certe criminalem accusationem ad-
versariis suis intendere moliuntur, viros clarissimos adeant provinciarum rectores et ex-
positis querimoniis insinuatisque desideriis suis paratissimum promptissimumque posthac
subsidium iuris expectent. Illi noxiae potentiae vim legum benignam obponant, illi
divitiis integram mentem obiciant. Non illos supercilium, quod hoc tempore nullum est,
terrebit, non effeminabit mentem severam quilibet census oblatus. Sed unicuique, non
altiore suspecta, non despecta humiliore fortuna, nostrae mandatorum non inmemores
pietatis et antiquo et nostro iure succurrent et querimonias suas probantibus aut indemni-
2 tate servata aut legitima vindicta consulent subsecuta. Has ergo ob causas nullum
adversarium suum a proximis vel longinquis partibus, non per sacros adfatus, non per
magnificentissimorum vel inlustrium iudicum sententias volumus exhibere, nisi forsitan
aut propter potestatem adversarii aut ipsius rei difficultatem aut publici debiti molem
deficiente rectore provinciae spectabilis iudicis, qui in locis vel proximo deget, vel
3 amplissimae potestatis vel aliorum maiorum iudicum auxilium postuletur. His pro
commodo vestro et pro nostri imperii humanitate dispositis unusquisque vestrum, cum
sint in locis iudices legum custodes et earum pervigiles defensores, prout quisque possit
sine peregrinatione, sine sumptibus super dubiis rebus et adire iudices et auxilium ami-

---

9 uero *N* orbis (*sic HCS*, urbis *reliqui*) romani] romani orbis *O* confluentes] confluentibus *PMS*, commeantes *O* aduersus *O* 10 conquerentes] *sic OHNCP*^{2}, conquirentes *reliqui* accidisset] *sic OHCP*^{2}, accedisset *E* φ, occidisset *NP*^{1}*M*, concidissent *S*, concidissent occidisset *KL* si in locis *om. H* 11 iudicium *NES* ne] *sic OE*, et ne *reliqui* flagitia huiusmodi φ etiam *om. O*φ ulterius] ulteriora *PMS* porrigatur *HK*φ, perrogantur *E* 11/12 ne quis desertis] neque dissertus *H* 12 laribus] laboribus *OHNS*Φ *cum Pith. (ad Sichard.)* pigneribus *OS*Φ incognotas *K*^{a} diustius *K* 12/13 peruagitur *K*, peruagentur *H* 13 consultissimum *KL*, consulentissimo *C* statuendum] ita tuendum *N* pariter . . . declarandum *om. O* pariter] pariter antiquitus *E* 14 quicumque] ut quicunque *O* accusationem] actionem *H* 15 molliuntur *N* uiris *N* rectores prouinciarum *O* 15/16 et expositis] expositis *KL* 16 paratissimum] paratis paratissimum *K* promptissimumque] prumptissimum *N* 17 iuri *K* expectent] *sic OHE*, expectet *N*, expectant *L*, expetent *C*Φ, expetant *PSK*, expetint *M* illi] et illi *H* noxiae] noxae *K*, nox ac *E* potentiae] potentia *H*^{2}, *om. H*^{1} uim (de *KL*) legum benignam (-nem *S*, -na *E*)] b. u. l. *O* apponant *O* illis *N* 18 diuitiis] de uitiis *CPM* integrum *K*, integra *E* obiciant] *sic Cui. ed. 1 et posteriores edd.*, abiciant *HE*, obicient *NCKL*φ, obseruent *O et reliqui* illos] *scripsimus*, illo *HECL*φ, illius *PMS*, ullius *O*, illi *K*, illum *N*; *Ritter significari hic Chrysaphium, qui a. 450 a Marciano interfectus est (cf. Seeck apud Pauly-Wissowa III, 2485 sq.), haud iniuria putat* supercilio *EKL*Φ 18/19 est terrebit] exterrebit *E*, terrebit *H*, est aliquem terrebit *O* 19 non] nec *E* effeminauit *HNEM* seueram] sinceram *O*; *cf. v. 10* quaelibet *S* censu sublatus *N* sed] se *E* 20 altior *M*, alteriorae *N* despecta (dispecta *HNKL*) humiliore] hum. desp. *O* fortune *K* nostro] nouo *O* 21 succurrente *E* 21/22 indempnitates *S* 22 consulentur *K*, consulente^{s} *H* subsecuta] *sic HNKL*Φ, subsecutas *reliqui*, *om. O*; *cf. v. 36 sq.* ob] ut *E* 23 aduersarium suum a pr. uel longinquis (longiquis *H*, longisque *S*, a longinquis *K*, ad longinquis *L*) partibus] a longinquis uel proximis partibus ad comitatum uolumus exhiberi *O (cf. v. 24)* non] nec *O* sacos *K* adfatus] affatos *K*, affectus *NPL*, affectos φ non] nec *O* 24 magnificentissimorum] magn. potestatem *E* sententiam *H* uolumus exhibere (-ri *H* P^{2} *cum Sichard.*, exigere Φ) *om. O (cf. v. 23)* 25 potestatum *HNK* aduersariis *H* difficultate *N* debit. *K* 26 deficiente] definiente *Pith. [ad Cuiac.] cum Cui. ed. 2* rectorem *K* spectabiles *NES*, expectabiles Φ, specialis *H* iudices *NES*φ locis uel *om. O* proximo] in proximo *KL* degit *OK*, detegit *L*, decent *E* 26/27 uel amplissimae] amplissimae *CPMS* 27 potestates *NE* iudiciis *PMS* postuletur auxilium *O* 28 uestro] *sic HNEKL*φ *cum Pith. (ad Sichard.)*, nostro *C*, tuo *O et reliqui* nostri] nostro *N* K^{a} humanitate imperii *O* uestrorum *O* 29 locis iudices (iudicis *K*, iuris *S*)] lociudices H^{a}, loci iudicis H^{b} et earum (arum *K*)] ueterum *E* prout quisque] uti quisque *O*, uti prout quisque *KL*, pro utrisque *E* 30 super] sine *S* iudicis *K*, iudicem *Cui. ed. 1* 30/31 et (ut *N*, *om. K*) auxilium amicum (-corum *S*) legibus] et am. leg. aux. *O*

cum legibus adipisci, haec quae dicta sunt observare debebit. Si vero vel ab adversario
tamquam excedente provinciale praesidium fuerit contemptus vel a iudice non auditus
hocque in amplissimae potestatis vel alio maiore, conpetenti tamen, examine per relatio-
nem iudicis contra adversarium missam seu ipsum iudicem documentis quibusdam
neglexisse nostrae maiestatis edicta sui periculi memor se promiserit probaturum, tunc
post indemnitatem ei legibus servatam etiam vindicta iuri congrua in convictum protinus
4 subsequetur. Quod si appellatio apud iudicem fuerit subsecuta, ea, quae super provo-
cationibus legibus antiquitus statuta sunt, diligentius modis omnibus conplebuntur.
5 His additur aliud maius, quod innocentes praecipue hactenus conterebat. Nonnulli nam-
que suis adlegationibus diffidentes, vexare suos adversarios tantummodo cupientes, non
iure cum his, sed arte pugnabant et per sermonem fucatum et falerata verba, nonnum-
quam legibus arte confusis, ad aliena eos iudicia pertrahebant, ita ut hinc saepius
eveniret, ut et miles in civili et privatus in militari, sed sibi incongruo, peregrinaretur
iudicio. Ergo hanc quoque partem ne ad laesionem nobis subiectorum per iuris et
legum contemptum ulterius perduraret, hoc providentissimo edicto nostra pietas censuit
emendandum. Iubemus namque omnes pro priscis ac saluberrimis institutis suos adver-
sarios satisfactionem forsitan differentes in proprio, non in minime conpetenti fictis quibus-
6 dam occasionibus exposcere litigii foro. Actor rei forum sequatur. Quod sine caelesti
sententia non constat esse decretum, intactum inviolatumque servetur: nemo a nostra
serenitate postulet — nec enim impetrabit non rescriptum non mandatum vel iussum quod

---

31 adspeci *N* dicta] prodicta *S* uel ab aduersario] uel aduersario *K*, uel aduersariis *H*, aduersario *O* **32** tamquam *om. O* excidente *KL*, excedentem *Φ* prouinciale ..... contemptus uel *om. O* praesidium] praedium *H*ᵃ*KL* contemptus] comtus *K*, consecutus *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* auditus] aditus *PM*, additus *S* **33** hocque] haec quae *S*, hecque *H* in] iam in *E*, *om. Φ* potestates *NE* uel alio ..... tamen *om. O* alio] aliorum *H* maiore conpetenti] *sic NEΦ cum Cui. ed. 1*, re conpetenti *C*, maiorum c. *H*, non c. *PMS cum Pith. (ad Sichard.)*, maiore non c. *KL* examine] cognitione *O* **33/34** relatione *N* **34** iudicis *om. O* missam] missa *HΦ*, emissam *Sichard.* seu ipsum .... quibusdam *om. O* ipsam *N* documentum *S* quibusdem *H* **35** neglexisset *G*, neglexissent *H*, neglecta *O* maiestatis nostrae *O* sui periculi memor *om. O* periculo *G* memor se] m. si *GS*, memorie *M* probatura *G* **36** indemnitate *HG* ei] et *G*, *om. H* seruatam] seruata *G*, seruata tam *E*, reseruatam *N cum Pith. (ad Cuiac.)*, reseruatum *HKL Φ* uindictam *MK* iuris *HE* conuictum] conuicto *Φ*, condicto *G*, uictum iuris *H* **37** subsequetur] subsequitur *NK*, subsequatur *O*, obsequitur *LΦ*, suo sequentur *G* obsecuta *S*, obsecutus *G* ea quae] et ea quae *K*, atque *G* super] per *N* **38** antiquitas *E*, antiquis *KL; cf. inter alia Theod. 11, 30, 25* sunt statuta *O*, st. sint *G*, statuta *N* **39** additus *E*, aditus *PM* quod] quod hactenus *O* innocentem *GPMS*, innocentiam *O* hactenus *om. O* conterebant *H* nonnullis *N* **40** alligationibus *HSΦ* defidentes *GCPM* uexare] et uexare *O*, ne sane *H* suos] uos *N* **41** iure *om. C* cum his] commissi *H* sed arte] *sic OHNEP*ᵃ*Φ*, sed arta *KL*, sedare *reliqui* repugnabant *E*ᵇ fucatum] factum *Φ* falerata] *sic HNPMΦ*, phalerata *C*, falsata *OS cum Pith. (ad Sichard.)*, falsarum *E*, perfallere et falsata *KL* **42** arte] *scripsimus*, ante *libri* alina *M* eos] eo *E*, eas *K*, *om. O* protrahebant *Φ* ita ut hinc ..... **44** iudicio *om. O* ita ut] *sic E cum Cui. ed. 1 neque minus Vat. reg. 1128*, ut *H*, at *C*, aut *reliqui* hic *PMS* **43** eueniret] *sic E cum Cui. ed. 1*, euenerit *H*, euenit *reliqui* miles (milis *NΦ*) in (*sic HE cum Cui. ed. 1*, *om. reliqui*) ciuili (-e *H*)] mali ciuili et milis ciuili *KL* in militari (-e *N*)] sit militari *CP*¹*MS* sed] et *E*; *fortasse scrib. cum Seeckio* scilicet sibi] siue *P*¹ *MS* incongruum *K*, incongruos *N* peregrinatur *H* **44** subiectarum *PMS* **44/45** per iuris et legum contemptum] *scripsimus dubitantes*, legum (-gem *H*) superioris (super priores *N*) et legum contemptum (-tu *E*) *reliqui*, et legum contemptum *O*, patiamur iuris et legum contemptum *Sichard. coniectura* **45** ulterius] alterius *bis H* perduraret] *sic OEKΦ*, perdurare *reliqui* **46** emendandam *O* omnes *om. EΦ* pro priscis] propitiis *O* **46/47** suos aduersarios *om. Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* **47** satisfactione *NE*, factione *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* forsitan *om. Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* differentes] *sic OHNSKL cum Pith. (ad Sichard.)*, deferentes *reliqui* in proprio non in minime .... **48** exposcere] in proprio foro conuenire *O* non *om. N* in *om. E* conpetentis *H* factis *KL* **48** poscere *S* litigii foro] *Seeck*, litigatore *H*ᵇ*NELΦ*, litigator *H*ᵃ, legatore *K*, litigatorem *reliqui* auctor *SΦ*, actor igitur *O*, *om. H; cf. nov. Valent. 35 (34), 21* quod] et quod *O* sine] si nec *N* caelestis *N* **49** constat esse] constantes se *E* decretum] secretum *Φ* intantum *Φ* seruetur et inuiolatum *O* a] ad *E*, *om. HΦ* **50** inpetrauit *NECP*ᵃ*MΦ* non rescriptum] nostrum r. *EP* mandatum datum *Φ*

dicunt sacrum — suos adversarios in minime conpetenti iudicio respondere, maxime cum
hoc tempore, quod superius dictum est, unusquisque clarissimorum vel spectabilium
iudicum, si tamen propter causas praedictas ita usus tulerit, et integras adeuntibus
aures praebere et omni postposita invidia, omni spreta gratia recto proposito potuerit
7 iudicare. Quam formam etiam in militari parte volumus observari nec passim aliquem
armatae militiae sociatum longinquis partibus trahi, sed in locis apud competentem iu-
dicem pulsari, nisi tamen super maximis et necessariis causis
et militarem iudicem in locis excedentibus fuerit accusa-
tus: || ⌜non ignorante eo⌝, cuius ex interpellatione aliquis se-
cundum datam formam in longinqua fuerit protractus exa-
mina, quod, si culpa sui fuerit dilata cognitio vel minime
actioni suae adfuerit vel delata probaverit, pro calumnia
quidem poenam luat legibus constitutam; pro vero pecuni-
aria causa post dispendia, post sumptus, considerata quantitate
postulatorum vel medii itineris intervallo, condemnationem
pro aestimatione iudicis sustinebit. || Nam dignum est eos,
qui maiorum nostrorum nostrarumque legum, avaritia stimulante vel invidia incitante,
fines perturbare seu castra perfringere conabuntur militantum, saltem intimato, quo
8 magis puniuntur, dispendio refrenari. Ergo consulite vestris commodis, nostris saluberri-
mis parete praeceptis. Nemo a nostra pietate maioribus occupata vel a magnificentissi-
mis seu inlustribus iudicibus nisi in maximis ac necessariis, quod superius cautum est,
rebus publicis vel debitis exhibitionis subsidium poscat. Nam si quis aliter quam edicta
continent petulanti animo his despectis maiorem iudicem vel nostram primum contra
ordinem legum adierit maiestatem, sciat se non solum litis iacturae atque plus petitionis

Iust. 7, 51, 4
|| *incipit* ⌜non ignoret is⌝

|| *finit*

---

51 discunt Φ sacram *H* in *(om. E)* minime] inminere Φ maxime .... **55** iudicare *om. O* **52** quod] ut *E* clarissimorum] *sic HNE*, clarissimum *reliqui* expectabilium *N S*Φ **53** iudicium *NKL* propter] pro *H* praedicta *K* ita usus tulerit] ita ut sustulerit *HE*, obtulerit Φ et integras] integras *K* **54** et omni] in omni *H*, in omnia *K* indicia H^a, inuicia H^b omnis *HNKL*Φ expreta *H*, praeca *L*, prae *K* proposita *K*, praeposito *L* **55** uolumus] id uolumus *H* obseruare *HNCK* aliquem *om.* Φ **56** militaem *(sic) K* sociatu *N* longis quis *S* parentibus Φ trahit *K*, *om. E* **58** et militarem] et apud m. *O*, militarem *K* in *om. G* excidentibus *OHG*Φ, exsedentibus *N* **59** ignorante] ignorantiae *GE*P^1*MS* eo cuius *om. G* ex *om. H* aliqui H^a, aliquid H^b **60** datum *K*Φ formam] firmum Φ in *om. H* longinquam *PMSKL*, longinquo *O* **60/61** examina] examine *OGEK*, examinem *S*, exanima *N* **61** quod] a quo *G*, ad quod *S* delata *E*, dilatum *O*, dilatata *HG* cogniti *G* minima *KL* **62** actioni] *sic EPM Iust.*, accusationi *O*, actionis *reliqui* adfuerit] fuerit *O* delata] *sic HEKL Iust.*, dilata *O et reliqui* probauerit] non probauerit *O* pro calumnia] pro calumniam *NK*, calumniam *G* **63** poenam luat] poena luat *N*Φ, poenalem aut *G* constituta *N* uero] uiro *G*, *om. H* **63/64** pecuniaria] pecuniali *H* **64** post sumptus] pro sumptus *G*, post disumptos *K* **65** postulaturum *N* inteluallum *G*, *om. O* condemnatione *G*Φ, contemplationem O^a **66** pro aestimatione (extimatione *H*)] praesumatiotione *G* eos] ut quos *G* **67** qui *om. N* nostrorum nostrarumque] nostrarumque *NE*Φ, nostrarum *H* auaritia .... incitante *om. O* auaritia] auxilia *G*P^1*MS* stimulatae *G* inuidia] iudicia *G*P^1*MS*, *vacuo spatio relicto om. C* **68** finis *NK* perturbant *O* seu castra .... **69** puniuntur *om. O* conabantur *E*, *om. GS* militantum] *scripsimus: cf. v. 80*, ibi tantum *E*, alii tantum *H*, habitantum *NCP*, habitatum Φ, habit testantum *G*, habitis tantum *reliqui* intimato] *sic HNKL cum Cui. ed. 1 in margine*, intemptato *E CP*Φ, intemptatos *M*, intemptemus *reliqui* quo] qui Φ **69** puniantur *C: recte* ergo *(om. E)* consulite (consulete *PM*, cum solitae *E*, consulte *NS*, consulenti Φ, consolatꝭ *(sic) K*)] consulite ergo *O* commodis *om. K* nostris *om. K* **70** parete (parite *N*, parere *HEKL*) p.] praeceptis parete *O* a] ad *SKL* nostrum pietatem *KL* uel a] uel ad *HNKL*, uel *E* **71** in *om. ONE* necessariis] necessariis rebus *O* quod superius .... **72** debitis *om. O* quod] quo Φ superius cautum est (est c. *H*, cautum *E*)] super iudicatum est *N* **72** rebus] si *S* publicis uel] *melius* uel publicis debitis] litis Φ exhibitionibus *E* poscant *N*, pascat *K* qui *K* quam edicta] *scrib. cum Pith. (ad Cuiac.)*, quam edictum *O*, quam dicta *E*P^s, quae dicta *reliqui* **73** continet *O*Φ petulanti .... despectis *om. O* petulanti animo his] petulantia nemo his *N*, petulantia modis Φ, petulanti a his *S*, petulantes animi his *E* despectis] *sic C*P^s, dispectis *HNEKL*Φ, desperatis *reliqui* maiores *O*, *om. H* iudices *O* nostre *H* primum .... **74** legum *om. O* primum] promant Φ; *fortasse* prius **74** adiret *S*, dierit *N* iacturae] *O cum Sichard.*, iacturam *reliqui libri* atque plus ... **75** periculo *om. O*

periculo, verum etiam conpetenti motui fore subdendum. DAT. V ID. OCT. CONSTANTINOPOLI VALENTINIANO A. VII ET AVIENO VC. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis adversarium suum aut repetitione aut criminis obiectione pulsaverit, in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerat actiones nec aestimet adversarium suum alibi aut longius ad iudicium pertrahendum: illi vero qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Simili etiam et militantes ordine teneantur, ut et ipsi apud conpetentes iudices, quas conpetere sibi credunt, exerant actiones, quia omnibus legibus constitutum est, ut actor rei forum sequatur.

BREV. *(O[om. int.]HNG [textus, cuius suo loco (fol. 303^b) non extat nisi principium usque ad* 2 gestienti *(G^{α}), particulae quaedam fol. 303^a novellae Valent. 35 (34) interpretationi adnexae sunt, hoc quidem ordine servato, ut post* 57 et necessariis .... 69 puniuntur *sequantur* 1 edictum ... 3 uenalem *(G^{β}), denique* 35 neglexisse ... 40 aduersarios; *inscr. subscr. int. suo loco habemus] EX [incipit* 80 et militantes*] CPMSKL, item selectis tamen lectionibus Φ [om. subscr. int.]; decurtati omisso textu omnes fere inscriptionem subscriptionem interpretationem, Fuldensis interpretationem usque ad* 80 appellare *exhibet. Ex codicibus fragmenta minora continentibus D [Paris. 12445] inter Theodosiani 9, 1, 11 inscriptionem et textum interpretationem nostram interponit sub praescripto* 'ex interpretatione legis martiani' *addito in fine* 'secundum has leges decreuit carthaginense concilium capitulum xxx', *Phillipp. 1741 in margine inferiore fol. 191^a eadem exhibet, praeterea in fol. 13^b interpretationis principium [usque ad* 80 appellare*] sub praescripto* 'et item leges dicunt').

Adhibuerunt novellam aut interpretationem L. R. BVRG. 33, 1 (cf. v. 77—79), IVST. 7, 51, 4, CAPITVL. ANGILRAMNI IV in fin. (rubricam et v. 48 = 82). VII [= Benedict. Levita add. IV, 18] (v. 77 sqq.). XXIX (v. 79/80), alii quos neglexímus. HINCMAR (ed. Hardouin in Actis Conciliorum V [1714] p. 1348) sub praescripto 'et item leges dicunt' *interpretationem servat usque ad* 80 appellare.

75 periculum *H* motui] *sic HKL Cui. ed. 1,* mutui *NCPM,* mutua *S,* multae *O cum Pith. (ad Sichard.),* metu *E cum Pith. (ad Cuiac.),* morti *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* fore] forte *Φ,* fori *O* 75/76 dat. u (ui *EKLΨΘΩΞ Paris. 4408. 4414. 4415,* ii *O,* prid. *G, om. Epit. Mon.)* id. (kl̄ *G,* non. *O)* oct. constantinop. (consol̄. *E, om. Ξ) (hic finit O) (ins.* prae *G,* ppo̅ *Paris. 4408)* ualent. (constantino *Ξ)* a. *(om. CPMS Leid.)* uii (ui *Paris. 4411. 4415,* u *Leid.,* iiii *ΨΘ Paris. 4413, om. Paris. 4414)* et auieno *(sic EC Paris. 4414. 4415 Epit. Mon.,* abieno *NPMS Paris. 4409. 4410. 4411,* auiano *G,* abn̄dtio [= abundantio] *H,* albino *reliqui)* ūc. *(HKΘ Paris. 4408. 4413,* uir cl̄ *Paris. 4409,* uic̄ *ΩΞ,* uicariis *G, om. reliqui)* conss. *(om. NGEK Paris. 4410. 4414. 4415) libri* 77 aduersarium suum] *sic NESK^{b}ΨΘΩ Paris. 4409 Epit. Mon.,* aduersarium *reliqui* aut *om. N* repetitione] repetitionem *ΩΞ,* ad repetitionem *N Fuld.* aut *om. Ω^1* criminis] criminales *Ξ,* certis *PM,* certe *S* obiectione] abieccionem *Ξ,* subiectione *L,* subactione *K^a* 78 consistet *H* ille] illi *Fuld., om. S* exerat] exerceat *G* accionem *Fuld.* extimet *H,* stimet *Ξ Fuld.* 79 suum *om. H* aut] ad *Ξ, om. H Paris. 4409* iuditii *G,* iudicem *N* protrahendum *Ξ* illi uero .... 80 appellare] *cf. quos locos attulimus ad nov. Valent. 35 (34), 183* illi] *sic Ξ Fuld. cum Capit. Angilramni 7 et Cui. ed. 1,* ille *reliqui* pulsatus fuerit] pulsatur *C* 80 susceptum *Ξ* appellari *HNGΩ* ut et] et ut *Ξ,* et *E* ipsis *K^a* 81 exerceant *G* 82 ut *om. H* auctor *EXSΨΘ Paris. 4409* furum *Ψ^b,* foro *N,* furmam *Ξ,* futurum *Ψ^{a}Θ*

II. DE INDVLGENTIIS RELIQVORVM.

ii] *om. C*

Nov. II (450 post Oct. 11).

IMPP. VALENTINIANVS ET MARCIANVS AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Curae nobis est utilitati humani generis providere; nam id die ac nocte prospicimus, ut universi, qui

---

1 ualentinianus et] ual̄ *Paris. 4409* martinianus *E* aug̅. *G, om. O* ppo̅] po̅ *Φ,* pf̄ *Paris. 4409,* praeposito *OS* curiae *P* 2 utilitate *K* prouideri *XCPMS* id] in *K* die ac] die hac *HS,* de hac *O* prospicimus] prius praecipimus *E^t*

sub nostro imperio vivunt, et armorum praesidio ab hostili impetu muniantur et in pace libero otio ac securitate potiantur. Ideoque mirati sumus laudabilem suggestionem celsitudinis tuae, quae praeter alias virtutes, quibus sublimitas tua plurimum pollet, etiam humanitatem tui culminis evidenter ostendit. Nam debitorum, quae in reliquis trahuntur, exactionem molestiam esse testatur obnoxiis ac merito postulavit, ut praedicti debitores sacra nostra indulgentia liberentur. Quapropter admirabilem insinuationem tuam
1 probandam esse censuimus. Cesset igitur pro securitate provincialium exactio reliquorum et a sextae indictionis initio usque ad finem quintae decimae nuper elapsae debita deleantur, sive ex possessionibus † liberari vel patrimonialis templorumve aut civilis fiscalisve iuris, seu in auro seu in argento seu in speciebus vel in metallica quacumque materia aliove quolibet conlationis titulo in publicis calculis residere noscuntur. Et sive arcae sublimitatis tuae sive thesauris sive sacro debentur aerario, sive cellariis vel privatae rei nostrae aut dominicae domui, sive operibus huius inclitae urbis, omnia conlatoribus nec non curialibus seu cohortalibus seu provincialibus officiis et aliis, quicumque
2 reperiuntur obnoxii, remittantur. Et ne qua liberalitatem nostram caligo fraudis valeat inpedire, etsi in privatum contractum vel in cautionem debitum publicum transisse vel novatum esse dicatur aut si quis curialis exactor vel cohortalis conpulsor pro obnoxio
3 se intulisse commemoret, nihilominus liberalitas nostra firma permaneat. Curialibus etiam et cohortalibus nulla super exactionibus adversus obtiones vel actuarios vel devotissimos milites querellae permittatur occasio, ita ut et obtiones et actuarii et devotissimi milites invicem taceant et nullam adversus curiales seu cohortales vel conlatores seu officia provincialia seu decuriones moveant pro debitis publicis actionem, etiam si quas

---

3 nostri *N* hostili] hostium *O* muniuntur *HPMS* in *om. E* **4** otio] itio *K* potiantur] potiuntur *PS*, patiantur $H^b G$, patiuntur $H^a K$, puniantur E^t, ponuntur *M* miserati *H; fortasse* admirati **5** quae] *sic KLΦ cum Cui. ed. 1*, quibus *O*, *om. reliqui* alias] illas *H* sullimitas *O* etiam *om.* G^1 **6** humanitatem] humanitate *PMS*, ad humanitatem *K* **7** exactionum *E*, exactione *N* molestiam] molestam *OH cum Cui. ed. 1*, molestium *Φ* obnoxiis esse testatur *O* obnoxius *G*, obnoxii *E* **8** nostram *K* qui propter *S* **9** probanda *Φ* censuimus] *HNGEXCKΦ*, censemus *reliqui* cessit *NSΦ* sicuritate *M* **10** a sextae indictionis (inditionis *GS*, indictiones *EΦ*) initio (indicio $P^1 MS$)] a sexta indictione *O; ea incipit a. 437 Sept. 1* ad finem *(ins.* ad *S)* quintae decimae] *finit a. 447 Aug. 31* lapse *H*, alapsae *GK* **11** diluantur *E* siue ex .... **12** iuris *om. O* siue] sibi *N*, suae *G* liberali *N*, liberaria *E*, liberalibus *G*, aerarii *Cui. ed. 1 in margine; expectaveris* emphyteuticarii *Seeck* patrimoniales *K* templorumue] *scrib. cum Cui. ed. 1 et Pith. (ad Sichard.)*, templorumque *G*, temporumue (temporum uel *Φ*, temporum *H*) *reliqui* **11/12** ciuilis (-es *E*) fiscalis(-es *E*)ue (que *H*, uel *KL*)] fiscalis ciuilis fiscalisue *XCPMS* **12** seu in argento seu in auro *O* seu in auro] suae in a. *G* seu in speciebus (specibus *E*)] siue (seue K^a) in sp. *K* uel in] uel *K* metallis *E* quaecumque *ESΦ* **13** materica *N* consolationis *G* resedere *NGΦ* et siue] siue *SΦ*, et si *E* **14** archae *XK*, arcis *G* thensauris *HP*, theauris *K* sacro aerario debentur *H* siue cellariis .... **16** cohortalibus *om. O* cellariis] *scrib. cum Cui. ed. 1*, cellarii *HNEΦ*, celarii *K*, cellario *reliqui; vocem* cellarium *pro summo omnium cellario neque scriptores neque inscriptiones confirmant* **14/15** priuatae] prauitate *G* **15** rei] seu *N* nostra *N* aut] ut ad *S* domui] domus *HEXCPMS* huius] siue *S*, siue huius *KL* inclinatae *Φ* orbis *Φ* **15/16** conlatoribus] consultoribus *KL* **16** nec non] nec non et *H* coha(-a)rtalibus *GK* et aliis *om. O* quaecumque *N*, quibuscumque *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* **17** rei pereuntur *K* ne qua] neque *E*, ne quam *Φ* libertatem *C*, libertate *G* nostra *G* calico *K* fraudes *NG* ualeat] possit *OC* **18** etsi .... **19** dicatur] *cf. nov. Maiorian. 2, 21 sq.* etsi] si *O* priuatu contractu *G* cautionem] *sic NXCKΦ*, cautionibus *H*, cautione *reliqui* publicum debitum *O* **19** nouatum] locatum *G*, notatum *Φ* aut] ut *G*, *om. H* quis] qua *K* exactor] uel exactor *N* coartalis *G* **19/20** pro obnoxio se (si *S*)] prout noxiose *G* **20** intulisse *om. Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* libertas *EXC* **21** coartalibus *G* super exactionibus] *sic E*, superactionis *K*, super exactiones *O*, superexactionis *reliqui* obtionis *E KL*, obiectiones *H* acturius *K* **21/22** deuotissimus *K* **22** quaerela *Φ* ut et] ut *NGXCK* obtiones] obiectiones *H* actuarios *H*, actuali *S* et deuotissimi] deuotissimi *E*, et deuotissimos *H* **23** in inuicem *H* nulla *G* seu] seo *K* coartales *G* uel conlatores .... **24** actionem *bis XPM* uel conlatores .... **24** prouincialia *bis* C^a uel conlatores *om. H* seu] seo *K* **24** prouincialium *H* decuriores G^a, decurionum *H* pro debitis (prouidetis *H*) publicis *om. O* actionibus *H*, questionem *O*

4 expensas se pro aliis intulisse contendant. Praeterea quidquid ex titulo senatorii follis
5 in provinciis debetur, hoc quoque remitti iubemus. Si quid autem ex quintae decimae
indictionis vel superiorum temporum debitis ad expensas primae indictionis seu posteri-
orum temporum deputatum est et si quid ex naulis ac pretiis materiarum et relevatis
vel donatis aut translatis atque adaeratis vel ab arca sacratissimae Constantinopolitanae
urbis debetur, id huius donationis beneficio non tenebitur. Sed et si quid in auro vel
in speciebus vel in materiis civitatum operibus deputatum est et hoc erogatum non esse
monstratur, eius quoque ratio servetur intacta nec possint debitores huius donationis
auxilio niti, sed conpellantur hi, qui noxii reperiuntur, inplere suscepta opera et sump-
tuum reddere rationes. Nec enim oportet hanc liberalitatem nostram eo usque protendi,
6 ut in aliorum lucra iniuste proficiat, quod ornatui urbium delegatum est. Sentiant
universi, quantum sibi pietas nostra profuerit, et in posterum devoto animo pensitationes
publicas solvant qui se sciant praeteritis debitis liberatos, Palladi p(arens) k(arissime)
7 a(tque) a(mantissime). Inlustris igitur et praecelsa magnitudo tua huius saluberrimae
pragmaticae legis moderationem per universos populos ac provinciarum iudices edictis
propositis divulgari curabit, ut securi et beneficium nostrae pietatis et securitatis suae
fructum libenter agnoscant. SCRIPTA PALLADIO V(IRO) INL(VSTRI) P(RAEFECTO) P(RAETORI)O
ORIENTIS, HERMOGENI V(IRO) INL(VSTRI) COMITI SACRARVM LARGITIONVM, GENETHLIO V(IRO) IN-
L(VSTRI) COMITI RERVM PRIVATARVM, MAXIMINO V(IRO) INL(VSTRI) COMITI ET PRAEPOSITO SACRI
CVBICVLI . . . . . D. N. VALENTINIANO A. VII ET AVIENO V̄C̄. CONSS.

---

25 expensus *H* intitulisse *X* senatorii] *scrib. cum Cui. ed. 1,* senatores *Φ*, senatoris *reliqui libri* follis] polles *G*, ullis *Φ*, publicis *E*, solidis *S cum Pith. (ad Sichard.)*, solidis follis *KL*, *om. O* 26 debitor *NGXC* remitti] non mitti *PMS* quis *H* ex quintae decimae . . . . . 27 temporum *om. G* ex] a *O*, ad *PMS* 26/27 quintae decimae (quindecimae E^b*XC*, quintae *N*) indictionis (indictiones *H*, inditionis *SKΦ*)] *vide ad v. 10* 27 temporum *om. H* primae indictionis (inditionis *S*, *om. K*)] *a. 448 Sept. 1 — 449 Aug. 31* 28 quis *Φ* ac] haec *G*, aut *E* et (ex *G*) reuelatis *GC* 29 tranlatis *K* atque] et *O* ab *om. N* archa *OGXS*, arcas *K* constantinapolitanae *P*, constantinopoli *K* 30 id] ad *NS*, in *E*, *om. O* beneficio donationis *O* non *om. O* et si] si *G*, et *N* quid] quicquid *N* 31 in speciebus] in specibus *N*, speciebus *OSKΦ* ciuitatum] comitum *OPMS* operibus *om. O* et hoc] hoc *N*, de hoc *G* 32 intacta] ita *G* possent *GΦ*, possit *E* 33 auxilio] benefitio *O* niti sed] noti sint *G* hic *XC* 33/34 sumptum *GPM* 34 rationis *NGE* hanc] eam *S*, ea *PM*, ana *X*, *vacuo spatio relicto om.* C^1 libertatem *E* 35 lucra] solacia *OPMS cum Pith. (ad Sichard.)*, *om. G* quod ornatui] cur natui *N* delegatum (delegatu. *S*, diligatum *K*) est] delegatur *O* sentiant . . . . . 36 profuerit et *om. O* sentiant] sensiant *M*, censemus *S* 36 quantum sibi] si tantum *S*, si tantum sibi quantum sit *H* et] ut *S* in postero *G*, in posterum ergo *O* deuoto] debito E^a pensitationes] pensationes (-is *L*) *KL*, pensiones *E*, pensent actiones *G* 37 publica *E*, *om. O* qui se (*om. E*) sciant (sciunt *O*)] quis sciant *N*, quiescant *K* praeteritis] publicis *O*, praeter ius *Φ* liberatus *N*, libertos *G*, obligatos *O* palladii *S*, palladio *N*, pallidi *GK* 37/38 p̄k̄āā] *sic OC*, p̄k̄ *HNXPM*, p̄k̄ et *Φ*, p̄ kl āḡ *G*, p̄k̄ āq̄ ām̄ *L*, p̄k̄ atq̄ ām̄ *K*, p̄k̄ atque amantissime *E*, parens karissime *S* 38 inluster *H* praecelsa magnitudo tua] *sic perscr. E*, praecelsa mt. (mat. *X*) *XC*, pmta *NPM*, pmt. *O*, pcla. mfat. *K*, pclm infat *L*, praef. mft *Φ*, precella (preclara *S*) magnificentia tua *GS*, tua *H* saluberrima *C*, saluberrimi K^a 39 praugmaticae *HEK*, praumaticae *L*, praumaciae *G*, prigmaticae *N*, pragmatici *XPM*, *om. O* legis *om. X* moderationem] *sic OHSΦ*, moderatione *reliqui* per uniuersos] peruersos *K*, per diuersos *L* ac prouinciarum iudices *om. O* edictis *post* uulgabit *O* 40 propositis] prompte *XC* diuulgari (*sic C*, diuulgare *X*, deuulgari *GS*, die uulgare *PM*, deuulgare *reliqui*) curabit (-uit *NEXKΦ*, -bitur *S*)] uulgabit *O* securi *om. O* et beneficium] beneficium *H* securitatis] sanctitatis *PMS* 41 agnoscat *H*, agnoscent *L*, cognoscent *K* 41/43 scripta palladio ū. inl. *om. et* p̄p̄ō orientis hermogeni ū. inl. *post* maximino ū. inl. *Paris. 4411* 41 scr. . . . . 43 maximino ū. *om. Leid.* scr. . . . . 44 cubiculi *om. Ω Paris. 4408. 4414. 4415* scr. . . . . 44 d. *om. Epit. Mon.* scr. . . . . 44 ualent. a. *om. Paris. 4409 Vat. 1048* scr. . . . . 44 conss. *om. Ψ'Θ* 41/42 p̄p̄ō (p̄f p̄ā *KL*, praeposito *OS*, praefecto *C*) orientis] o pro cunctis *H* 42 hermogeni] e hermogeni G^a, hermogeniano *KL* comiti] et *H*, *om. Paris. 4411* sacrorum *H* largitiorum *N*, largionum *K*, largiter *X* genethlio] *sic scrib. secundum concilii Chalcedonensis a. 451 habiti praescripta (cf. Hardouin, Act. Concil. II p. 53/54. 273/74)*, genetrio *H*, geneclio *NCPMKL*, geneglio *Paris. 4411*, genedio *GX*, genesio *E*, gitecilio *O*, gitelicio *S* 43 comiti] conl̄. *Paris. 4411* priuatorum *H*, praedictarum *Paris. 4411* maximino] maximiano *OPMS*, maximo *G* ū.] uecar. *Paris. 4411* inlustris *Paris. 4411* comiti et] *om. Leid.*

INTERPRETATIO. Lex ista hoc continet, ut per provincias relaxatae beneficio principis tributorum reliquiae non quaerantur, tamen quod exactum est, si apud exactores resedisse constiterit, id praecipit, ut publicis debeat utilitatibus non perire, sed quod exactum est a retentatoribus thesauris inferatur et a provincialibus vel a possessoribus quod solutum non fuerit non quaeratur.

BREV. *(O [om. int.] NHGEXCPMSK, item selectis tamen lectionibus LΦ [om. subscr. int.]; decurtati textu omisso inscriptionem subscriptionem interpretationem omnes fere exhibent, Fuldensis interpretationem integram servat). — Ad interpretationis v. 45 sq. spectat Benedict. Levita (MG. LL. II, 2 p. 17 sqq.) I c. 369.*

Paris. 4411 praepositu *Paris. 4411*, proposito *E*, ppo *GPM Leid.* sacria *N*, sacrio *Leid.* **44** cu(*vel* -o)bili *N Paris. 4411*, cupicule *Leid.* *Dies mensis locus deficiunt in libris (extat* dat. lex *Vat. reg. 1048 Paris. 4409*, dat. *L*, ppta *Ω). Paris. 4408 habet* data iii non mar rom *interpolata ex nov. Valent. 1, 3 eodem anno eodemque sub titulo data. Datam esse novellam nostram post oct. 11 praecedens novella (Marcian. 1) docet* d. n.] dnn *K*, domn *Paris. 4411*, dom nr *Leid.*, domino *O*, domno *Paris. 4408. 4414. 4415*, domini *NEXC*, domni *GΩ*, dominici *S*, *om. L* ualentinianum *Leid.*, ualentiniani *G XCPMLΩ*, ualente *Paris. 4408* a. uii .... conss. *om. Leid.* uii] uiii *X*, ui *O Paris. 4414. 4415*, 4 *C*, xuii cons. *Vat. 1048 Paris. 4409*, *om. E* auieno] *sic OXC Epit. Mon.*, auiano *G*, albino *HE Vat. 1048 Paris. 4408*, abein *Paris. 4411*, abiegno *Paris. 4414. 4415*, abieno *reliqui* **45** sta *H* principe *Fuld.* **46** tributarum *Ω* reliquae *HNXCK¹Ω Fuld. Epit. Mon.* quaerentur *ΨΘ* tamen] amen *Fuld.* exactum] actum *ΨΘ* exactore *N Fuld.* residisse *HNXCΨΘ*, residere *PMS* **46/47** contetuerit *Fuld.* **47** praecipit] praecipis *G*, precipet *H*, praecepit *NEXCKΨΘΩ Fuld.* perisse *H* quod] si *Fuld.* **47/48** a retentatoribus] a retentoribus *GΨ*, a retentatibus *K*, a retentantibus *L*, senatoribus *H* **48** thesauris] thensauris *HPM*, in thesauris *ΨΘ* infer.tur *(sic) Fuld.* et a] et ad *Kᵃ ΨΘΩ* a p.] a possessioribus *M*, possessoribus *N* quod *om. Fuld.* solitum *C*, sultum *N*, solute *Fuld.*, non solutum *ΨΘ* non *om. E*

III. DE PRAEDIIS CIVITATVM OMNIVM.

iii *om. C* praesidiis *Θ (lat.) Paris. 4413* ciuitatem *Ξ* omnium *om. PΦΞ Epit. Mon.*

Nov. III (451 Ian. 18).

IMPP. VALENTINIANVS ET MARCIANVS AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ORIENTIS.

Avaritiae suae culpam arguit, qui pro possessionibus, quas detinet, debitas functiones inferre cunctatur. Itaque inter ceteros egregios actus, quibus rei publicae tua sublimitas prodest, etiam suggestionem de praediis iuris civilis oblatam iure laudamus, per quam postulatum est, ut, si qui memorata praedia dempto civili canone consecuti sunt, veterem canonem in posterum cogantur agnoscere.

1 Celsitudo igitur tua id nobis placuisse cognoscat, ut, ‖ si qui ⌜vel⌝ ex titulo donationis vel ex emptione sive ex alio quolibet titulo possessiones ⌈ ⌜iuris civilis, tantummodo⌝ quae huius iuris esse vere probantur, cuiuslibet civitatis et praecipue huius aeternae urbis, cui maiorem debemus favorem, tam civilis, ut dictum

Iust. 11, 70, 5
‖ *incipit* | ⌜uel⌝ *om.*
⌈ uel domus uel ergasteria | ⌜iuris dumtaxat ciuilis⌝

---

1 imperatorum *G* ualens *Paris. 4414* marcianus] arcadius *N Paris. 4410* aa.] aug *G*, ad *ΨΘ*, *om. O Leid.* palladio] ad palladium *Epit. Mon. Iust. (I)*, *om. G Paris. 4409 Iust. (KO)* ppo orientis] praeposito orientis *S*, pf. orientis *KL*, ppo *Paris. 4410. 4413*, pp *Iust. (I)*, preposito *O*, praefecto *G*, *om. Paris. 4409 Iust. (KO)* **2** pro possessionibus] pro pessionibus *S*, pro possessionibus suis *Φ Paris. 4408* detenit *NK*, detinent *HXPM* debitas] *H NΦ*, debita *E*, *om. reliqui* **3** cunctatus *XCᵃ*, cunctantur *HΦ*, moratur *O* tua *om. H* **4** prodeest *HEPM* etiam *om. H* suggessiones *H* iure ciuili *E* oblata *N*, oblato *H*, sublatam *EΦ* laudamus] l. aetiam *H* quem *H* **5** quis *K* dempto] adempto *HN EK*, adepta *Φ* consecute *Kᵃ*, consequuta *C* sunt] sint *O* ueterem] ut ueterem *KL* **6** coguoscere *O* **7** placuisset *K* **8** ex emptione] *sic HPM Iust.*, emptione *S*, ex(c)eptione *XC*, ex emptionis *reliqui* siue] uel *H* alio quolibet] aliquolibet *K*, alio modo quolibet *XC* **8/9** possessionis *HNESK* **9** iures *Eᵃ* ciuili *NEᵃ* **9/10** tantummodo quae huius iuris esse uere probantur] *sic Iust.*, tantummodo qu(a)e (qua *Φ*) *reliqui libri nostri*, *om. O*, tantummodo et *Sichard.* **11** pauorem *S* tam ciuilis ..... **12** possessiones *om. O* tam] nostrae *S*

est, iuris quam etiam agonotheticas possessiones, ⌜ex⌝ consulatu Auxonii et Olybrii dempto civili canone acceperunt, ⌈ inpositum ⌜praediis⌝ canonem iuxta fidem publicorum monumentorum ⌜civitati⌝, ad quam ⌜praedia⌝ pertinuerunt, praebere ⌜iubeantur⌝ ||: ex praesenti quoque quarta indictione, cessante praeteriti temporis canonis exactione, manente penes eos successoresque eorum et detentatores inlibato dominio. || Nam si privatis viris debita non patimur denegari, multo magis praebenda sunt civitatibus quae iure debentur, cum sufficiat possessoribus, quod apud eos dominium in perpe-
2 tuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quae tamen possessiones iuris civilis canonem privatis largitionibus in praesenti praebent vel numquam ademptum vel postea inpositum, ad hanc ⌜pragmaticam⌝ iussionem non pertinebunt, sed privato aerario canonem, quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebunt, dominio firmiter apud eos successoresque
3 eorum et detentatores pari modo permanente. || Illud etiam dispositionis culminis tui probamus atque firmamus, ut, si qui cuiuslibet iudicis commotione multati sunt et partem seu totam multam adhuc debere noscuntur, id quoque indulgentia nostrae clementiae perfruantur, ut nullam sustineant
4 exactionem, Palladi p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). Celsitudo igitur tua haec, quae per hanc pragmaticam legem sanximus, rectoribus provinciarum declarare non differat, ut et civitates et possessores et ceteri, de quibus haec constituimus, utilitati suae consultum esse laetentur. DAT. XV KAL. FEBR. CONSTANTINOPOLI MARCIANO A. I CONS.

⌜a⌝
⌈ eos | ⌜eis⌝
⌜ciuitatis⌝ | ⌜eaedem res⌝
⌜iubemus⌝ | || *finit*
|| *redit*
⌜pragmaticam⌝ *om.*
|| *finit*

---

12 agonotheticas] *sic HNC*ᵇ *Iust. (K)*, agonothecas *Φ*, abonothe(*vel* -te *vel* -thei)ticas *XC*ᵃ*PM*, exbonoteticas *S*, ex bono agonot(h)eticas *KL*, infet theudicas *E* 12/13 ex consulatu .... 13 canone *om. K* ex consultu *H*; *respondet a. 379* 13 auxonii] *sic HNXC*, auxoni *Φ*, auxononii *Iust. (O)*, ausonii *KL Iust. (K)*, ausoni *E*, albonii *PMS*, albini *O* olybrii] *XC PKL Iust. (OI)*, olybri *M*, o(*vel* ho)librii *OHS*, olibri *EΦ*, colebri *N* dempto] tempto *H*, de empto *E*, adempto *Φ*, id empto *N* acciperunt *EK* 14 inpositum (-to *K*) praediis] in posterum praediorum *O* 14/15 munimentorum *NS*, momentorum *K* 15 pertinuerunt (-rint *M*)] pertinuisse noscuntur *O* 16 quarta indictione] *incipit a. 450 Sept. 1* 17 cessante *om. O* praeteriti .... manente *om. Φ* canonis] *Sichard.*, canonum *O*, canonem *K*, canone *reliqui* exactionem *ONK* paene *E* 18 detemptatores *K*, detentores *S*, detentores eorum *O* inlibato] *sic OHE*, inlibatae *K*, inlibata *reliqui* 19 priuatis uiris] priuatis iuris *C*, priuati iuris *O Iust. (KO)*, priuati sui iuris *E* patiamur *HK* 20 ciuitatibus quae] quae talibus *O* 21 sufficiat possessoribus] sufficientia possessoris *H* dominum *S* in *om. H* 22 ex] et *K* si *om. K* quae] qui *OEΦ*, quid *N* 23 possessiones] possessionis *O*, egregius possessionis *E*, egregios (-us *L*) actos (-us *L*) possessionis *KL* iuri *E* canone *N* largitionis *S*, largionibus *K* 24 praesente *K* praebent uel numquam] praebentum nuper *Φ cum Pith. (ad Cuiac.)* adeptum *N*, ab impetum *E* 25 pagmaticam *N* iussione *K* 27 dominium *E*, domino *NS* 28 detentatores] detemptatores *K*, detentores *OS*, de retentatoribus *H* 29 dispositionis] ex dispositione *O*, expositionis *E* probamus atque *om. O* 30 iudices *N*, iuris *OS* commotione] commotionem *XM*, commutationem *C*, commutatione *E*², communitione *E*¹, communione *S* et partem] et quantitatem *E*, et quantitate *PM S*, seu quantitatem *O* seo *K* 30/31 debere] dare *O* 31 id quoque] ii quoque *O*, ideoque *N* indulgentia (indulgentiae *H*, indultu *O*) nostrae clementiae] n. c. indulgentiam *K* profruatur *H*, perfruor *S* ut nullam ... 32 exactionem *om. O* ut] *sic S recte*, et *libri reliqui* nullum *N* 32 exactionem] actionem *S* palladii *S*, palladio *N* pkaa] *sic OXCPM*, pka *H*, pk *Φ*, p̄k aug̅ *N*, p̄k. aq̅. am̅. *K*, pk adque amantissime *E*, parens karissimae aug̅. *S* celsitudo] inl̅. celsitudo *H* 33 praugmaticam *H*, pagmaticam *N* sancimus *OHPMS* 34 deferant *N* ciuitates et] ciuitatis *E* et ceteri .... constituimus *om. O* 34/35 utilitatis *HSK* 35 laetantur *M*, latentur *N* 35/36 dat. xu (*sic HEK Paris. 4415 cum Sichard.*, ui *ΨΘ Epit. Mon. cum Pith. [ad Sichard.]*, u *reliqui*, *om.* Ξ *Paris. 4413*) kal. febr. (septb. *N Epit. Mon.*) constantinop. (*om. O Epit. Mon.*) marciano (martiniano *E*, *om. Paris. 4413*) (*hic finit N Paris. 4409. 4410*) a. (*om. PK Leid.*) i (*sic HXC Paris. 4408. 4411. 4414. 4415*, ii *O*, *om. reliqui*) cons. (*om. EK Paris. 4414. 4415*) *libri*

INTERPRETATIO. Si quid de fiscalibus agris vel aedificiis donatione principis vel venditione vel qualibet ratione ad privatos fortasse pervenerit, id lex ista constituit ut soluto canone a possessoribus in perpetuum teneatur et, inpletis fiscalibus debitis, illi qui possident heredibus suis relinquendi aut quibus voluerint donandi habeant potestatem.

BREV. *(O[om. int.]HNG[om. text.]EXCPMSK, item selectis tamen lectionibus LΦ[om. subscr. int.]; ex decurtatis Paris. 4408 inscriptionem, textus principium [usque ad* 2 possessionibus*] subscr. interpretationem exhibet, reliqui fere omnes inscr. subscr. interpr. servant, Fuldensis interpretationem solam). — IVST. 11, 70, 5. — Cf. nov. Theod. 23 § 1.*

37 quis *HΨΘ Epit. Mon.*, qui *Ω* donationem *Ω*, donacionum *Ξ* principes *Ξ* uel *om. N* **37/38** uinditione *G Fuld.*, uindicionem *bis Ξ* **38** racionem *Ξ*, traditione *Ω* ad] a *Fuld.* priuatus *Fuld.*, priuatum *S*, priua *Ξ* perueniat *Fuld.*, peruenit *S* id *om. K* ista *om. Ξ* **39** possessoribus] possessore *Fuld.*, possessoribus uel eius heredibus *Epit. Aeg.* perpetuum] *sic HCK Fuld. Epit. Mon.*, perpetuo *reliqui* teneantur *HNE CΨΩ Paris. 4409*, tenuantur *Ξ* et inpletis] inpletis *H* fescalibus *G*, fiscalis *Fuld.* illi qui] illis qui *ΨΘ*, quod illi *N* possedent *N*, possedit *Fuld.* hereditatibus *ΨΘ* **40** aut] a *ΨΘ*, uel *Epit. Mon.* quibus] quidquid *Epit. Mon.* noluerint *G*, uoluerit *Epit. Mon.* donandi] faciendi *Epit. Mon.* habeant potestatem (-tes *N*)] habeant liberam p. *Ω Fuld. Epit. Aeg.*, liberam h. p. *Epit. Mon.*

IIII. DE MATRIMONIIS SENATORVM.

